


DBC

ARBOR HÆRETICÆ Consanguinitatis,

Hoc est,

HÆRESEOLOGICA DESCRIPTIO, IN QVA

PRÆCIPVÆ HÆRESES VETERUM EX UNO post Christum natum principio deductæ, in Quatuor Classes dirimuntur, explicantur, refelluntur, & ad duo Antichristianismi summa Capita revocantur:

AVCTORE

DANIELE CRAMERO SS. Th. Doctore, Pastore & Professore Stetinensi:

Cum triplici Indice.

OPVS NON TANTVM AD INTELLIGENDAM VERAM HYPOTHESIN APOCALYPSEOS Iohannis, & saniorem Theologiam necessarium, sed & Omnibus, imprimis Antiquitatis, Veritatis & Varietatis rerum Studiosis, perquam utile & jucundum.

IN CALCE, ADDITA EST CENTVRIA SENTENtiarum ex Patribus collectarum, de Abusu Philosophiæ.



ARGENTORATI

Sumptibus Hæredum LAZARI ZETZNERI.

ANNO M. DC. XXIII.

Proverb. 28. 1.

Fugit impius, nemine perſequente, Juſtus autem quaſi Leo confidens, abſque terrore erit.



Quos crux Chriſti animat, quos Chriſti morte coronat
Acquiſita ſacræ gloria juſtitiæ:
Pectoris intrepidi ſunt, & victrice triumphant
Mente, metu vacui ceu Leo magnanimus.

DOMINIS BURGGRAVIO, PRÆCONSULIBUS ET CONSULIBUS;

Totique incluto Senatui, Regiæ Dantiſcanæ Reipublicæ:

VIRIS

Quà Nobilitas, quà Virtus, quà Auctoritas haud facilè comparabilibus:

Patribus Patriæ conſcriptis, & de Eccleſiæ Civiumq; Salute optimè meritis:

Dominis, Mecœnatibus & Amicis ſuis ſuſpiciendis.

Salutem & Pacem in Chriſto.



Ota eſt vox Divi Pauli, quæ extat, 1. Cor. 11. 19. Oportet & Hæreſes inter vos eſſe, ut, qui probati ſunt, manifeſti fiant in vobis. *Vox divina illa quidem, ſed dura, & quæ vel ſanguineis lacrumis nunquam ſatis deplorari queat. Miſerum enim & deplorandum, quod dicit,* oportet eſſe: *Miſerius, quod* Hæreſes: *Miſerrimum, quod addit,* inter vos. *Tria illa non geminant, ſed triplicant dolorem, ex Neceſſitate, Farragine, & Vicinitate earundem. Penſitemus ſingula. Nam ſi* oportet *eſſe, neceſſitatis durum telum quis evitabit. Si* Hæreſes; *jam non una hujus mali ſpecies, Si* inter nos; *non procul hinc aberunt. Primum ergo aſſerente Apoſtolo, neceſſitatis eſt, quod* Hæreſes eſſe oporteat. *At verò non abſoluta; non de Iure, ſed de facto.* Oportet, *ſed non ex causâ, culpâ & impulſu Dei. Apage ſit, qui tam impiè ſuſpicatur & loquitur, de omnis Boni origine,* DEO. Oportet eſſe,

quia Culpa penes Diabolum & Homines est, puta, quia Diabolus vigilat & Homines dormiunt. Ad hanc enim angustiam, omnes omnium Hæresium Causas reducit Salvator noster, Matth. 13. 25. Quæ vigilantia Diabolica, & humana securitas, cum sit sine intermissione, quid mirum, si per Necessitatem sequela introducantur, imò intrudantur Hæreses. Sed hoc miserabilius est, quod non Hæresin, sed & Hæreses *dicat. Nam de farragine sermo est. Atque copulativa* Et, *novum adhuc mali genus, in vitâ, puta, Crimina, flagitia & scandala præsupponit, cui Hæreses superaccedunt.* Hæreses, *inquam, non Hæresis, quia hæc pestis non una, sed multiplex, sed varia, sed inexhausta est, adeò ut* si mihi vel linguæ centum sint, oraque centum, *vix enarrare possim Hæresion, Hæreticorumque capitum colluviem. Miserrimum autem omnium, quod Paulina autoritas addit,* inter vos. *Nam si vel maximè, hoc malum esset Necessariũ, & Multiplex, dũmodo alibi esset,* ultrà Garamantas & Indos, *non inter Ecclesiæ pomœria, & in sinu ipsorum Corinthiorum, & Cœtus, quem Paulus plantavit, Apollo rigavit, imò cui Deus ipse superaddidit incrementum. Hoc verò est, hoc est, quod lacrumarum rivis nunquam satis satisquè deplorari potest. Quid agas? Desperandum hîc nobis planè esset, nisi vulneri medicinam fecisset Deus, & nisi vulnificis suis verbis statim saluberrimam medelam subjecisset Apostolus. Sequũtur enim* ἰατροὶ λόγοι, *quãdo addit:* ut qui probati sunt, manifesti fiant in vobis. *Ecce,* una manus nobis vulnus, opemque, facit. Intelligat *enim* homo, *inquit Augustinus, super Psal.21.* Medicum esse Deum, & tribulationem medicamentum esse ad salutem, non pœnam ad damnationem. *Idem de Malo Hæreseos dixerimus. Malum id quidem, & miserum, & lethale, & perniciosum, sed quod nonnihil etiam boni conferat Ecclesiæ, Deo ità mirificè disponente & eliciente etiam ex malis, quod optimum est. Sæpe enim per contraria agit Deus. Nam, quod res est, hoc Boni consequitur Ecclesia à malis, ut* qui probati sunt, *ex Hæreseos fermento se non infecerunt, clarescant in mente, & manifesti fiant in nobis. Proficiant in cognitione: Eluceant in Confessione, ostendantq; fidem suam, constantiam, veritatem, opera, ut glorificetur*

Pater

Pater noster, qui in cœlis est. *Quod iterum pulchrè Augustinus, in calce Epistolæ 105. Cum inquit:* Hæreticorum quippe inquietudine, ut Scripturas vigilantius perscrutemur, unde ne Ovili Christi noceant eis possit occurri, tanquam de somno ignaviæ nostra excitatur industria: ita per multiplicem gratiam Salvatoris, etiam quod inimicus in perniciem machinatur, Deus convertit in adjutorium. Quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. *Sed de his in Tractatu sequenti fusius. Hoc qui non observet, hoc est, qui hanc Paulinam divinamque sententiam non integram legit & considerat, non potest non vehementer turbari, si vel perpendat superiorem Ecclesiæ statum; vel si secula hæc ultima pellustret. Vbique enim hæc nostri fundi calamitas, & lolij seges plus satis. Vnde fluctuare facilè mens posset, An sit Deus? an Scripturæ veritas? an Ecclesia? & ubi? Homines enim qui Mundana sapiunt, Paradisum in hoc mundo quærunt, id est, rosas sine spinis, & metalla sine scoriis. Optandum id quidem, sed non sperandum. Quin imò & Papistæ & Anabaptistæ, cum priscis Catharis, vel hinc sibi de Certitudine & Bonitate suarum Synagogarum gratulantur, quod inter ipsas Hæreses non sint, Magnum verbum; sed si tam verum, quam Magnum. Qui enim sit absque Hæresibus, quod nil nisi chaos, Hæreticum est? At si verò Hæresi vacare, putandum est, ubi nulla contradictio vel altercatio auditur, næ Hyppocritæ pientissimi sanctissimiq; erunt, utpote qui omnibus astipulantur in omnibus, & sine contradictione cum ajentibus ajunt, cum negantibus, negant: & qui* si dixeris æstuo, sudant. *Tritum enim hoc in Papatu est, nempe silentium imperare obloquentibus, & bolum ori injicere, aut si tacere nolint, hoc est, assentari saltem, si non assentiri, linguam præcidere, dentes effringere, & corpus rogo dare, ut vel sic tandem fiat in templo silentium. Anabaptistis religio & contradicere & obloqui contradisputantibus*, verbosam & rixosam *proclamantes* Theologiam, *contrà quam nudo gemitu Spiritus insurgendum, & interim, si Diis placet, hominis armatura pugnandum sit. Nam ubi aliis signum dedêre, post principia sunt, & cavent sibi loco, ut cum Comico loquar. Quin imò commune plostrum*

habent (sit verbo reverentia) Stercorarium, ad quod omnes & singulos Opinionibus δὶς διὰ πασῶν dissonantes, ultrò admittunt, & in unam massam cogunt quævis Heterogenea. Ita fieri potest, ut sint quidem sine contradictione, altercatione, & tumultu, nunquam autem sine Hæresibus. Sed ubi tunc toties jactata imitatio Christi, qui certè admodum acriter disputavit contra Adversarios suos? Cui ut & Apostolo Paulo, & Corinthiis, non licuit esse tam beatis. Servanda enim Pax est, sed una cum Veritatis defensione. Diligenda pax intus, sed & veritas tam ore quam calamo, cum in Thesi tum in Antithesi propugnanda est. Sua pars Confessioni Fidei, sua Professioni Doctrinæ, sua confirmationi, sua Confutationi debetur, Oportet enim Episcopum potentem esse, (1) Exhortari in Doctrina sana: (2) & eos qui contradicunt ἐλέγχειν arguere & disputando convincere. *Tit. 1. 9. Gemendum Spiritu, sed & obloquendum ore.* Subalterna enim se mutuò non tollunt. *Illa enim vera Pax, quæ sororem veritatem non prostituit, non prodit, non perdit. Secus si fiat, vel est Hæresis, vel erit brevi, quicquid mantello pacis occluditur. Hæc observans, & hoc modo intuens Ecclesiam Christi, in his terris, ne hilum quidem commovebitur, si viderit omnia esse plena certaminum, sive ad superiora secula retrospexerit, quæ olim, sive ad nostra, quæ nunc ante pedes sunt. Tempora enim nostra Christi temporibus quietiora non sunt, neque sortes nostræ Paulinis meliores esse possunt.* Oportet enim Hæreses esse. *Si Hæreses,* oportet *& Contradicentes & Contradisputantes esse, qui* potentes sint ἐλέγχειν τοὺς ἀντιλέγοντας. *Hoc qui negaverit, is non tantum Apostolum & me, sed semetipsum oppugnabit. Nam quod in alio improbat, cur non damnat prius in seipso? Ita stat adhuc Paulina sententia, oportet Hæreses esse, (quia Diabolus non acquiescit in se & suis membris veritati:) Quod hoc tamen habet commodi,* ut qui probati sunt, manifesti fiant, *omnibusq; constet, quinam sint melioris commatis & monetæ.*

Quæ ut aliquantò accuratius meditarer, & in specie aliis ob oculos ponerem plenius, visum mihi fuit operæ precium, in superiora secula inquirere, & campos Ecclesiasticarum Historiarum horis succi-

scriis percurrere, & ad illorum collationem de nostris ferre judicium. Occasio mihi subnata fuit, in Editione mea Biblica, in qua inter cæteros libros quoque Sacrosancta Apocalypsis explicanda fuit, ut in propatulo est. Ex cujus relectione, exquisitè prædictam & prępictam cognovi etiam hanc Ecclesiæ calamitatem, quam ab hoc viperarum genimine sufferre cogitur. Et quia in has Meditationes semel descẽdi, licuit mihi multa in hoc genere observare. De protritis, & quæ cuivis obvia esse possunt, dicere, hoc loco non attinet. Hoc unicum est, quod me magnopere affecit, imò multopere refecit, quod deprehendi, non esse usque adeò grandem Hæreseon & Hæreticorum farraginem. Et ad unum ferè fontem, atque ad pauculas quasdam Classes, omnes & singulas redigi posse, uti deduco in Progressu. Et sic eas inter se coire, ut Arbores imitari videantur, quarum surculi è ramis, rami è brachijs, brachia è Trunco, truncus ex radice progerminant & succrescunt, communi inter se suffragio & nexu. Ex qua contemplatione, multa ad me, imò ad totam Ecclesiam redire videbantur δεκτήρια. Primum, *quod colluvies Sathanica Hæreticorum, non tantopere nos terrere debeat multitudine, utpote quæ ad minorem numerum redigi possit.* Secundum, *quod nihil novi sit sub sole, & quod Diabolus semper eandem agat egeritq́ fabulam, mutatis duntaxat temporib. & personis.* Tertium, *quod de similibus idem facile judicium ferri possit; si videlicet tempora nostra præsentia cum superioribus; dogmata vetera novis conferre velimus.* Quartum, *nostram Ecclesiam Lutheranam toties Hæreseos insimulatam, facilè absolvi ab hoc crimine, & eos, qui non possunt aliter quam bruta fulmina Anathematum ejaculari, seipsos reos agere, & in foveam, quã alij foderunt, turpiter prolabi. Quæ ut & nonnulla alia, dici non potest, quantopere animum compescant, in hisce ultimis & ulcerosissimis temporibus, in quibus inter tot scandala, certamina, rancores & livores Hæreticorum, Hypocritarum, Persecutorum vivendum, & cũ Canibus, lupis & Furijs nobis luctandũ est, ut ocreati inter spinas incedere, bonam militiam militare, fidem & bonam conscientiam retinere, tandemque eluctari & coronam justitiæ reportare possimus. Hæc summa rei est. Qui sibi hîc pacem & montes Ecclesiæ*

aureos

aureos pollicetur, in hoc seculo suaviter delirat. Sumus enim in Ecclesia militante: Ovicula inter lupos: Lilium inter spinas.

Postquam igitur hanc tristem, & ab omnibus generibus Hæreseon malè deformatam faciem Ecclesiæ, ita ut dictum est, inveni, perrexi Synopsin illius juxta animi mei concepta, uno Diagrammate comprehendere; & quasi in Emblemate depingere, & sub forma Arboris, Lectori ob oculos ponere. Et quidem hoc idem schema jampridem inserueram, & cum Editione meâ Bibliorum Germanicorum Lutheri divulgaveram, (in qua etiam adhuc inter ea quæ ad Caput IX. Apocalypseos dicta sunt, invenire est.) Postea relatum mihi est à plurimis, multis Viris Eruditis & Piis hoc Diagramma meum ingratum non fuisse; quin insuper exoptaverint, me tantum mihi otij imperare, ut quod strictim & unde illîc delineassem, uberiori aliqua Exegesi plenius declararem. Maximè cum non cujusvis sit, notiones singulorum Hæreticorum definire, multò minus, qua origine aut nexu hæc illi connata, innata aut annata sit, progressusq; novos fecerit, discernere. Ideò horum bonorum recteq; sentientium Virorum Iudicio & voto passus me sum tandem expugnari, ut denuò hoc Diagramma (quod Arborem consanguinitatis Hæreticæ appellare visum fuit) ad secundas curas revocaverim, & quod ibi brevitatis studio dici non poterat, luculentius deduxerim, & ex Patrum lectione adjecerim ea, quæ videbantur Eruditioribus & SS. Theosophiæ Studiosis, scitu tam necessaria esse, quam jucunda.

Quod autem hanc meam tenuem & brevem Exegesin vestris, Magnifici, Nobilissimi, Strenuissimi, Amplissimi, Prudentissimi Viri, Patres conscripti, Mecænates gratiosissimi, nominibus inscribere & nuncupare voluerim, causa mihi non una est. Satis mihi, satis vobis, si vel unicam saltem, eamque meo judicio prægnantem dixero, Gratitudinem. Nam quod me singulari vestro favore complexi sitis, & ego mihi, & urbs vestra vobis testis est: Absq; omni enim meo merito, sic vobis placere cæpi, ut si fata rerum mearum id tulissent, ad vos facile transire, & vobis vivere & servire potuissem. Sed aliter id Deo visum est, qui tandem filium meum M. Iohan Iacobum, vobis concessit, & parentis loco substituit. Nam quod ex divina & singulari

gulari admodum vocatione ad vos nuper venerit, vestraq; Ecclesiæ ad Divum Iohannis Ecclesiastes præfectus, & à tota Ecclesia sua bono applausu (faxit Deus æquali cum fructu) rogatus exceptusq; sit, non possum non sine animi mei magna voluptate recordari Pater. In hoc enim primo Vocationis suæ aditu, licuit mihi mirabilem DEI dispositionem (qui mirificat sanctum suum, Psal. 4. 4.) dilucidè agnoscere. Licuit etiam mihi evidenter observare, quod me parentem in filio & filium in parente amplectamini & ametis. Multa enim & magna sunt beneficia, quæ tum in me, tum in ipsum, ad hunc usq; diē, abundè contulistis & confertis. Quorum aliquam memoriam extare, Pietas jubet & Gratitudo. Certum enim pietatis vestræ argumentum est, erga Ecclesiæ Christi salutem, cui benè in vestra Vrbe cupitis, melius vultis, optimè facitis. Nam licet (non possum enim diffiteri & subticere, quod in propatulo est, non exigua sit in tanta apud vos hominum congerie, (ne dicam colluvie) Hæreseôn, Schismatum, Hypocriseôn, simultatum & altercationum saburra, tamen vel hoc maximè miratus sum semper, & multi pij mecum, quod tantum populum, tam multorum Capitum belluam, & quem Cato major Romæ pecudum gregi conferre solebat, hactenus à multis annis, tam pacificè, tam utiliter, tam feliciter gubernaveritis, & intrà cancellos Obsequii, & mediocris tranquillitatis retinueritis. Magna hoc vestræ Autoritatis, Prudentiæ, Experientiæ & Moderationis, in Regimine administrando, τεκμήριον est. Sunt enim in vestro Senatorio Ordine profectò, Heroës ad miraculum præstantes, Eruditione præclari, linguarum & populorum peritia excellentes, Prudentia & Gravitate suspiciendi, Generis vetustate nobiles, & omnium virtutum Opumq; splendore præcellentes, quorum singulorum laudes dignas decantare, Soli Diem esset fœnerari. Sed & hoc magis insuper stupendum, quod in tantâ Religionum diversitate & Dyscrasia, Diabolus hucusq; progredi nondū potuerit, ut vel vi vel astu veritatem Orthodoxam Ecclesiarum Evangelico-Lutheranarum, incorruptæ Augustanæ Cōfessioni γνησίως addictarum, everterit aut enervaverit. Non hominum hoc, sed DEI Opus & miraculum est, qui per eos, Organa sua, defendit Sarepta-

fham

suam, & dominatur adhuc in medio inimicorum suorum potenter & præsenter. Deus Pacis confirmet, quod operatus est in vobis.

Huic Argonautæ nostro summo, Ecclesiam vestram γνησίως Lutheranam, & omnes tam docentes quam discentes in ea, quibus hæc verbi Evãgelici puritas, absq; assuetis humanarum Traditionũ & Adinventionum humanæ Rationis, (Pontificios & Calvinianos noto) cordi est, devotè ex animo dies noctesq; commendo, & ut me brevibus absolvam, rogo, ut hoc meum Opusculum, quod ex singulari animi mei propensione, & Gratitudine, erga vos, profectum est, sereno vultu & animis excipere, meq; meosq; deinceps amare & fovere non dedignemini. Valete in Domino. Stetini ex Musæo meo, sub initium Anni 1623. qui ut Senatui populoq; Dantiscano prosperrimè cedat, faxit is, qui mutat tempora & ætates, DEVS.

Daniel Cramerus, D.

VOTUM,

PRO SALUTE REIPUBLICAE DANTISCANAE; CUI FELIcem hujus novi Anni 1623. ingressum, progressum & egressum ex Psalmo quadragesimo sexto, precatur.



Ræsidium roburque tuum est JEHOVA, minantur
 Perniciem quoties gens inimica tibi.
Urbs, Gedanum, tibi quid metuas? sive orbis & orcus
 Sæviat, & pelago victa fatiscat humus.
Et quamvis irata tumultibus æquora pulsent
 Littus, & in scopulos crebrà procella ruat:
Ut nequeant montes proprio consistere talo,
 Sed præceps in avaras retrahantur aquas.
Attamen urbs hæc magna DEO haud invisa manebit,
 Atque suis cives exhilarabit aquis.
Cui Deus indulget grata halcedonia, ut aris
 Et facere & possint dicere sacra sacris.
Est Deus in vobis, & apud vos ipse locavit
 Sedem, habitans inter vos ut amicus herus,
Hinc petite auxilium: nam virius hostium ab hujus
 Libratur, pendet, stat, cadit, arbitrio.
JOVA DEUS Zebaoth vobiscum est; cernite apertis
 Coram oculis, DOMINUS quam bene præstet opem,
Is compescit enim furibunda incendia Martis,
 Ille hastas, currus, tela globosque terit.
Sperate atque silete, animosque resumite; sic vult
 Ipse Deus; sed vos noscite, quod DEUS est.
Inter enim gentes sibi vult acquirere honorem,
 Vult, horis, oris, omnibus, ipse coli.
Præsidium vestrum DEUS est roburq; Jacobi,
 Ut fuit olim, ita sit nunc quoque vestra quies.

Domini Doctrina Coronat.

EFFIGIES

Admodum Reverendi & Clarissimi Viri,

DN. DANIELIS

CRAMERI, D. ECCLESIÆ CATHEDRALIS ET PAEDAGOGII APUD STETINENSES Pastoris & Professoris dignissimi Theologi eximii.



Nil scio, nil possũ, nil sum quoq;, quod tamen esse,
Scire, & posse aliquid dicar id omne DEI est.

In Effigiem ejusdem.



X, vultu gravitas, animi præstantia, virtus
Et candor lucent, Clare CRAMERE, tuo.
Nemo neget nisi mentis inops, certissimus index
Cultus enim taciti pectoris esse solet.
Ast animi dotes, quamvis non pingat Apelles,
Librorum tamen id sat monumenta docent.

In Symbolum ejusdem.

DOMINI DOCTRINA CORONAT.

DUm te scire nihil, nil posse, vel esse, fateris,
CRAMERE Vir Clarissime.
Præclarum specimen Tarsensis more Prophetæ,
Piæ exhibes modestiæ:
Qui se scire nihil, crucifixum præter JESUM,
Confessus est humillimè:
Qui se posse nihil planè sine gratiâ JESU,
Confessus est humillimè:
Intereà multum te scire & posse, per orbem
Vulgata scripta comprobant.
Prosperè agas igitur, vivasque tot opto per annos,
Quod ante consecutus.

Christianus Ringvvaldus
Pastor Vvarmundensis.

Aliud.

CUrritur in stadio, studio non curritur uno;
Nec cunctos eadem laurea & una manet.
Macte tuâ, CRAMERE, daphne! DOCTRINA CORONAT
Te DOMINI. ô felix hoc stadio studium!

M. Philippus Horst
Brunopolita.

PROLE-


Marcus

PROLEGOMENA IN HÆRESIOLOGIAM: DE HÆRETICIS IN GENERE.

CAPUT I.

De Etymologia Vocabuli Hæreseos, & Diverso usu eiusdem.



DIvus Hieronymus in Epistola ad Galatas dicit: *Hæresis Græcè ab Electione dicitur; quod scilicet eam unusquisq; eligat disciplinam, quam putat esse meliorem.* A verbo αἱρέω vel αἱροῦμαι, quod eligere, apprehendere & occupare significat. Quod etiam ad literam sequitur Isidorus. Quæ Etymologia quamvis verissima sit, non desunt tamen Scriptores Pontificii, qui hac in parte, nescio an magis ruditatem suam, quàm nimium sapiendi studium prodant. Quorum quidam putant Hæresin dici ab *Erro, erras.* Item Hæreticum à verbo, *erro,* & à verbo *recto,* quasi *Errans à recto.* Alii dixerunt Hæresin dici à verbo *Ercíscor*, quasi quod sit quædam Divisio ab unitate fidei. Item ab *Hæsito,* quod idem est ac dubito. Alii Hæresin dicunt à verbo *Hæreo, hæres,* quia nimium Hæretici inhæreant suæ opinioni. Alii dixerunt Hæresin dici à verbo Græco Hæresis, quod latinæ locutionis *Virtutem* significat, ex quo Hæretici Virtuti sermonis & Disputationibus suis, nimium confidunt. Aliqui etiam dixerunt Hæresin seu Hæreticum dici ab *Heremo,* sicut Heremita dicitur ab Heremo, quia sicut Heremita separatus stat in nemore à Civitate, ita dicatur Hæreticus separatus à nostra fide. Quas Etymologias, aut ineptias potius, operosè & tædiosè admodum, cum nominibus Autorum, in prægrandi suo Tractatu, quod de Hæresi compilavit, Prosper Farinacius persequitur; Scriptor, quem flammas & ignea tela præferre contra Hæreticos laudat Jesuita Tarquinius in suo Epigrammate. Sed ad has Etymologias aures obturent boni Grammatici. Nobis unus Hieronymus, qui ad fontes Græcæ linguæ nos deducit, sufficiat.

Vox Hæreseos unde dicatur.

Lib. 8. Etymol.

Falsa Etymologia Hæreseos.

Hæresis Latinè secta.

Secta & Hæresis quomodo differat.

Latinè si Hæresis appellanda est, *Secta* nomine venit. Sectam autem Isidorus dici putat à *sequendo*, unde frequentativum *Sector* est. Rectius autem meo judicio à secando, nam tales dicuntur sectæ, quasi Secti, id est, separati & divisi, tum inter se, tùm à Veritatis tramite. Quamvis autem Thomas Sectam & Hæresin idem esse dicat, sunt tamen qui differentiam ponant inter sectam & Hæresin, eam scilicet, quæ est inter genus & speciem. Quia secta comprehendat Hæreticos, Judæos, Turcas, Gentiles. Hæresis autem solum comprehendat Christianos, qui aliquam fidei opinionem teneant, aliquam violent. Sed ut ut sit, non semper hoc discrimen observatur.

Usus vocabuli Hæreseos varius.

Medici etiam habent Hæreses.

Usum vocabuli Hæreseos quod attinet, is tam apud Latinos, quàm Græcos scriptores, varius est. Aliquando enim generaliter significat quamcunque Electionem vel Optionem: aliquando specialiter; opinionem & sententiam quandam peculiarem, ex qua, qui stant, ab iis partib. eorum, qui illam non amplectuntur, disiunguntur & separantur, in quacunque disciplina. Ita Galenus *ἐμπειρικὴν αἵρεσιν* nominans, perstringit eos, qui ex sola *ἐμπειρίᾳ* medentur, quos opponit *αἱρέσει μεθοδικῇ*, id est iis, qui Methodicè curant, & *πείρᾳ καὶ λόγῳ* utuntur. Hodiè major adhuc Hæresis est inter Galenistas & Paracelsistas. Cicero in Paradoxis de *Catone* ait, quod perfectus sit Stoicus, & in illa sit Hæresi, quæ nullum Orationis florem sequitur. Atque hac ratione nullum Doctrinæ Genus est, quod non habeat sua opinionum divortia, quas Hæreses vulgò nominant.

Secta Philosophorum.

De Philosophia hoc certissimū est, quod inter illos varię Sectæ fuerint, quarum ab aliis decem, ab aliis plures pauciores ve numerantur; eò quòd sæpè in una secta varię subdivisiones & divortia discipulorum facta sint.

Exempli gratia fuerunt, (1.) Chaldaici, ut Numenius, cujus fit mentio in Macrobio; Azonaces præceptor Zoroastis. (2.) Socratici, Socratem secuti (3.) Platonici, Platonem secuti, ex quorū numero sunt, Plotinus, Iamblichus, Proclus, Psellus, Maximus Tyrius, & alii etiā recentiores. (4.) Pyrrhonici seu Academici, qui nihil se scire dicebant, ut Zeno, qui profitebatur se ignorare, an mundo contineretur, an ipse mūdum contineret, neque utrum esset Mas vel Fœmina? (5.) Aristotelici seu Peripatetici, ex deambulatione sic dicti. (6.) Stoici, ad quos etiā Epicuræi & Cynici referuntur. (7.) Pythagoræi.

Nazianzenus de Sectis Philosophorum.

De quibus omnibus in unam summam redactis ita inquit Gregorius Nazianzenus, Orat: ad Eunomian. *Pythagoræ mihi silentium oppugnato, & fabas ab Orpheo profectas, & novam illam arrogantiam, quæ est illo in verbo, quod usurpant Sectatores huius, cum aiunt αὐτὸς ἔφα: Platonis item Ideas, & migrationes animorum nostrorum, de aliis in alia corpora, quodam velut ambitu definitas,*

finitas, & eorundem recordationes, & non honestos amores, qui de honestis & pulchris corporibus ad animos penetrant. Epicurai praterea Deum esse negantis impietatem, & minuta corpora, qua Atomos nuncupabat, & abhorrentem à Philosophi professione, Voluptatem. Aristotelis deinde providentiam, arctis descriptam terminis, & summum artificium, & mortales de animo ratiocinationes, & Decreta, hominis ad naturam accommodata. Hinc Stoa supercilium, Canum ingluviem, & levitatem Democriti, ramenta de vacuo & Pleno. Sic ille de Hæresibus, seu Sectis Philosophorum. Omnes autem hi, sive rectè sive secus sentiant, Hæresin habere dicuntur, id est, certum habitum animorum, & instituta Philosophiæ circa disciplinam, ut vult Servius.

Unde apparet, Vocabulum hoc μέσον esse, seu indifferens. Et sicut olim ipsis veteribus Philosophis, hæc vox, tam in bonam, quàm malam partem usurpata est, ita, postquam in Ecclesiam hæc vox transportaretur, tēpore N.T. quando usus Græcæ linguæ in Ecclesiâ Christi invalescebat, etiā significatio vocis indifferens, cum ipso vocis usu in Ecclesiam translata est. Patet hoc ex duobus Pauli locis, Act. 24. 14. *Confiteor hoc, quod secundum viam, quā dicunt Hæresin, sic deservio patrio Deo, credens omnibus, quæ in Lege & Prophetis scripta sunt.* Et Act. 26. 5. *Quoniam secundum exquisitissimam Sectam nostra Religionis vixi Pharisæus.* Ubi liquet, sibi Paulum hoc non dedecori ducere, quod se sectarium vel hæreticum nominet, &c. credens omnibus, quæ in Lege & Prophetis scripta sunt. Sed 1. Corinth. 11. 19. in malam partem sumitur: *oportet Hæreses inter vos esse, ut, qui probati sint, manifesti fiant in vobis.* Ubi Hæretici Probatis opponuntur. Et Titum 3. 10 inquit: *Hæreticum hominem post unam & secundam correctionem devita.* Gal. 5. 20. *Hæresin numerat inter Opera carnis.* Quæ posterior significatio deinceps planè obtinuit, (sicut etiam aliis quibusdam vocabulis evenit) ut Hæresis in malam & odiosam partem semper sumatur. Cum enim hominum animi opinionibus ducti plerumque desciverint ab antiquiori & certiori doctrinarum viâ, & semper novâ, rarò meliora elegerint, evenit, ut ii tantum dicantur Hæretici, qui pro suo arbitrio humano ipsi sibi extra præscriptum & Analogiam Fidei vel Electitios cultus, vel Electitiam doctrinam, quæ Paulo Colos. 2. 23. uno nomine ἐθελοθρησκείας veniunt, fingunt, propugnant, & pro vero habent & venditant.

Vocabulum Hæreseos μέσον.

Hæresis in malam tantum partem sumitur.

CAPUT II.

De Quæstione, An sit?

AN sint Hæreses, & Hæretici, non attinet quærere in Ecclesiâ Christi, quod enim sint, tum Christi & Apostolorum vaticinia, tum ipso-

Hæreses esse indubitatum. rum propria & omnium seculorum continuata experientia, abundè testatur. Sic enim Christus ex Daniele vaticinatur Matth. 24. 24. *Surgent PseudoChristi & Pseudoprophetæ, & dabunt signa & prodigia magna, ita ut in errorē inducantur, si fieri potest etiam Electi. Ecce, prædixi vobis*: Et Paulus Act: 20.29. *Ego scio, quoniam intrabunt post discessionem meam lupi graves in vos, non parcentes gregi, & ex vobis ipsis exsurgent viri loquētes perversa, ut abducant discipulos post se*: 1. Cor. 11. 19. *oportet hæreses ἐν ὑμῖν, inter vos esse, ut, qui probati sint, manifesti fiant in vobis*. 1. Timoth. 4. 1. *Spiritus manifestè dicit, quod in novissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes Spiritibus erroris, seu impostoribus*. 2. Tim. 4. 3. *Erit tempus, cùm sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros.* Videatur & locus Petri. 2. Petri 2. 17. & c. 3. 3. Item Epistola Judæ, vers. 18. Johannes in suâ Canonicâ non dicit venturos, sed venisse, 1. c. 2. 18. *Sicut audistis, quia Antichristus venit, nunc Antichristi multi facti sunt, unde scimus, quia novissima hora est*. Et Paulus 2. Thess. 2. 7. *Mysterium iam operatur iniquitatis, tantum ut qui tenet, nunc è medio fiat*. Quid? quod nominatim Paulus Philetum & Hymenæū, & alios quam plurimos Errones perstringat, &c. quibus suo loco melior erit dicendi occasio. Quod si igitur primo illo novissimæ Horæ quadrantē extiterit modo hæc heretica pestis, quid non progressu temporis factū sit? vel quid non in hâc ultimâ mundi Senectâ & quadrante postremò futurum suspicemur?

An veteres Hæreses cognoscendæ. Prætermissâ igitur hâc Quæstione, An sit, satius est, quærere hoc in loco, *An opera precium sit, veterum Hæreses cognoscere & illarum Historiam scire vel persequi?* Ad quam affirmativè respondemus: (1.) quia necessarium (2.) quia utile est. Necessarium est dupliciter: (1.) Ratione officii Theologici, (2.) Ratione ipsius Scientiæ Theologicæ. Officium boni Theologi quod attinet, in eo versatur, ut non tantum doceat, sed & dedoceat; non tantum struat, sed & destruat. Inter alias enim virtutes hæc vel primaria est, *ut sit potens ἐλέγχειν τοὺς ἀντιλέγοντας, arguere contradicentes*, Idque non tantum ex præscripto Paulino, Tit. 1. Sed & ipsius Christi & omnium Apostolorum exemplo. Quia autem οἱ ἀντιλέγοντες vel maximè sunt Hæretici, cognoscenda est ipsorum ἀντιλογία, quomodo, & in quibus contradicant? Aliàs enim refutari & argui non poterunt. Deinde exigit hoc necessitas, ratione ipsius scientiæ Theologicæ. Nam contrariorum eadem est scientia. Veluti ad eundem Medicum pertinet, non tantum de salutiferis herbis, sed & de venenatis & deleteriis agere: Non ut iis uti homines, sed cavere doceant, sicut etiam hoc simili utitur Epiphanius. Ejusdem igitur artificis est, docere quid verum & dedocere quid falsum sit, quemadmodum etiam in se ipsa

sacra

sacra scriptura θεόπνευστος continet; Paulo teste, 2. Tim. 3. 19. Quod utilis sit, non *tantum ad Doctrinam, sed & πρὸς ἔλεγχον καὶ πρὸς ἐπανόρθωσιν, ad redargutionem & correctionem.*

Quem finem non opportunius assequi possumus, quàm si scripturam ad falsas & varias Hæreticorum opiniones retundendas intendamus. Quod omne absq; Hereseôn Historiâ fieri nō potest. De hac Elenchtica parte pulchrè Petrus Abbas ad Bernhardum his verbis: *Vestrum est & omnium doctorum virorum, omnem scientiam extollentem se adversus altitudinem Dei, omni studio verbo & scripto impugnare, destruere, conculcare. Quod si hinc errantes converti non possint, saltem infirmis Ecclesiæ, qui scandalisari & occultè moveri levibus etiam ex causis solent, consulere & providere doctus vel doctior, si zelum habet justitiæ, non debet negligere. Propono inde vobis Patres omnes, & præcipuè Patrem Augustinum. Qui licet Iulianum, Pelagianum, sive Faustum Manichæum verbis & labore suo ad fidem rectam convertere nequiverit, non tamen quin de eorum errore magna contra eos volumina conderet, omisit. Sic de reliquis sui temporis & non sui temporis Hæreticis, sic de Iudæis, sic de Paganis faciens, non solum contra eos sui temporis homines armavit, sed etiam ad nos & ad posteros omnes maximæ ædificationis & instructionis Charisma transmisit.*

Porrò diximus hoc ipsum etiam utile esse, idque haut minus bifariam: (1.) Ratione Docentium (2.) Ratione Discentium. Quod docentes attinet, acuuntur illi Adversariorum acie, ut ferrum cote; quò de Veritatis defensione impensius incipiant cogitare, quæ ex hujusmodi conflictibus magis magisque elucescit. Videtur hoc Psalmista innuere, Ps. 68. 14. Ubi in fontibus ita legitur; *Si jacueritis inter terminos* (Lutherus, wann ihr zu Felde lieget) quasi *alæ columbæ, quæ opertæ videntur argento, & alæ, quæ fulgorem habent auri, cum dividit omnipotens Reges in ea, tunc alba fit instar nivis caligo.* Cujus dicti sensus est: Quod, dum Evangelistæ & omnes ij qui in exercitu Christi sunt, & militant, cum adversariis confligunt, veritas ad instar alarum columbinarum effulgeat, & omnis caligo instar nivis candescat & detegatur. In quam sententiam pulchrè Augustinus, super illud; Oportet Hæreses esse. *Invitamur*, inquit, *isto divinæ providentiæ beneficio.* Ex his enim *hominibus Hæretici fiunt, qui, si etiam essent in Ecclesia nihilominus errarent. Cum autem foris sunt plurimum prosunt, non Verum docendo, quod nesciunt; sed ad Verum quærendū carnales, & ad Verum aperiendum spirituales catholicos excitando.* Idem ibidem: *Ab adversario mota quæstio discendi existit occasio.* Et in fine Epistolæ 105. *Hæreticorum quippe, inquietudine, ut scripturas vigilantius perscrutemur, unde ne ovili Christi noceant, eis possit occurri, tanquam de somno ignavia nostra excitatur industria.*

Utile est cognoscere Hæreses.

Utilitas Hæresiū.

1. Pro docentibus.

dustria: Ita per multiplicem gratiam Salvatoris, etiam quod inimicus in perniciem machinatur, Deus convertit in adiutorium: Quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum. Et hæc quidem utilitas præcipuè est pro docentibus. Discentibus verò etiam conducit novisse Hæreses, & Hæreticorum opiniones, ita quidem, ut si omnium *ἀκρίβειαν* non capiant, vel refutare omnino nesciant, in genere tamen sciant, quid credendum non sit. In quam sententiam Augustinus iterum pulchrè dicit: *Multum adiuvat cor fidele nosse quid credendum non sit, etiamsi disputandi facultate id refutare non possit:* lib de Hæres. ad Quod vult Deum legatur hic 15. Augustini liber. 18. de civit. Dei, Quod etiam Hæreticorum dissensione Catholica fides roboretur.

II. Pro discentibus.

CAPUT. III.

Quid sit Hæresis.

Definitio Hæreseos difficilis.

AUgustinus de Hæreticis scripturus, ad Quod vult Deum, hæc verba ponit: *Quid faciat Hæreticum, Regulari quadam Definitione comprehendi, sicut ego existimo, aut omninò non potest, aut difficillimè potest.* Augustini igitur judicio difficilimum est, dare definitionem Hæresium. Nam quam facile hoc crimen cuipiam intenditur, tam facilè non probatur. Præcognitionis autem ergo præmittendum est, quod Hæresis peccatum sit, atque ita deviatio, transgressio & error; vel, ut Cicero inquit peccare est transire lineam. Transitur enim linea veritatis. Non autem omnis Veritatis, prout ea est in diversis scientiis, puta Mathematicis, Physicis, Medicis: sed transgressio illius Veritatis, de qua Christus pronunciat, Johan. 17.16. Pater sanctifica eos in Veritate tua, sermo tuus Veritas est. Versatur enim Hæresis, de qua nos hoc in loco agimus, circa ea, quæ sunt fidei & religionis Christianæ. Objectum igitur, vel Materia circa quam, Hæreseos Verbum Dei est, & fides in Scriptura comprehensa, sive ea sint Res, sive verba, sive explicationes orthodoxæ ad Fidem pertinentes. Materia in qua seu Subjectum Hæreseos, remotè, est Homo baptisatus, hoc est, Homo professione Christianus. is enim propriè dicitur Hæresin committere. Propinquè autem ipsa hominis Anima, Sicut enim Anima in homine maximè sedes est omnis peccati; Ita & Anima sedes maximè est etiam peccati Hæreseos. Et quidem secundum omnes tres suas facultates ἡγεμονικὴν ἐπιθυμητικὴν καὶ θυμικήν. Non displicet enim mihi illorum sententia, qui dicunt, hæc tria requiri ad hoc, ut quis propriè dicatur Hæreticus: Primum scilicet falsa Credulitas in Rationabili 2. Perversa voluntas in Concupiscibili. Tertium impugna-

In Paradox.

Objectum Hæreseos.

Tria Requisita ad propriè dictum Hæreticum.

pugna-

pugnationis pertinacitas ex parte Irascibili. Hæresin enim (rectè ponimus in Actione, tum Intellectus, tum Voluntatis. Intellectus actio est, quatenus vel Articulus Fidei oppugnatur, vel Sacræ Scripturæ sensus adulteratur, vel prava quædam opinio & error dogmaticus menti persuadetur, quo vel id, quod verũ est, judicatur esse falsum, vel id, quod falsum est, judicatur esse verum. Ad quam Intellectus pravitatem consequitur deinceps Voluntas, quæ idem vult, & postea obstinatè & pertinaciter apprehensum Errorem tuetur & mordicus defendit. Hæresis igitur ut in Intellectu est, Error Dogmaticus est, seu Theologicus, versans circa Doctrinã divinitus inspiratã & in Sacris literis cõprehensam. Cujus Doctrinæ Systema nititur duobus fulcris (1.) Fundamento (2.) Analogia partium Fidei. Fundamentũ Christus est, de quo ita D. Paulus 1. Cor. 3. 11. Fundamentum aliud ponere nemo potest, præter id quod positum est, quod est Jesus Christus. Analogia fidei est, de qua idem ad Rom. 12. 6. inquit, Habentes Prophetiam secundum rationem fidei. Quæ ratio seu Analogia fidei consistit in perpetuo & concatenato Doctrinæ Propheticæ, & Apostolicæ consensu. Quam Analogiæ & Fundamenti individuam inter se connexionem Paulus pulchrè ostendit Ephes. 2. 20. Superædificati, inquiens; estis super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo Angulari lapide Iesu Christo, in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domimino. Quicquid igitur lacerat, laxat & luxat Analogiam fidei Apostolicæ & Propheticæ à Fundamento ipso scilicet Christo, vel contra, vel qui infringit & impetit Christum, vel qui Analogiam Fidei corrumpit, is committit errorem Dogmaticum, hoc est, habet Hæresin in Intellectu. Postea accedit Pertinacia Voluntatis, non levis illa & momentanea, sed infracta & obstinata, quæ licet cõvincatur verbo Dei scripto, tamen vult λίαν φυλάτ]ειν, & videri Vera dicere, ut olim faciebant Sophistæ.

Doctrina divinitus inspirata nititur duobus fulcris.

Cum igitur Hæresis transgressio, Error, dissensio, & deviatio quædam sit à vera linea, Regulam esse necesse est, quæ sit mensura hujus deviationis, quam diximus esse Verbum Dei, seu sacrosanctam scripturam. Sic enim Hieronymus. Quicunque aliter scripturam intelligit, quam sensus S. Sancti efflagitat, à quo scripta est, licet ab Ecclesia non recesserit, tamen Hæreticus appellari potest.

Regula contra Hæreses.

Ex quibus hactenus dictis tria Porismata colliguntur. Primò, quod Hæresis quidem error sit, sed quod non omnis Error sit Hæresis. Potest enim quis errare in Theoria & Theoricis disciplinis; in Praxi, in consiliis, in vita, & practicis Disciplinis, tam Politicè, quam Oeconomicè. Et tamen is nõ statim committet Hæresin propriè loquendo. Deindè, quod non omnis dissensio statim Hæresis sit, vel Hæresin gignat, siquidem non

Tria Porismata. I. II.

omnia

omnia ſtatim petant jugulum Fidei. Unde Auguſtinus lib. 1. cap. [illegible] contra Iulianum: Sunt aliqua, in quibus aliquando inter ſe etiam doctiſſimi atque optimi Catholicæ Defenſionis, ſalva fidei compage non conſonant, & alius alio, de una re melius aliquid dicit & verius.

III. Tertiò falſam eſſe Definitionem Hæreſeos, quam ſibi ipſis Romaniſtæ hodiè, quando dicunt cum Farinaſio, quod Hęreticus propriè ſit, qui malè ſentit de Sacramentis Eccleſię, aliterque, credit de Articulis Fidei, quam credat Romana Eccleſia. Sic enim ait pręcipuè ſtatutum eſſe in Conſtitutione Martini V. edita de Anno 1418. Cui etiam cum Turrecremata Gregorius de Valentia haud obſcurè ſubſcribit, dum ita Hęreſin definiunt: Quod ſit Error fidei Catholicæ contrarius, cui pertinaci animo inhæreat is, qui eſt fidem in Baptiſmo profeſſus. Quæ poſterior Definitio etſi non expreſsè faciat Romanæ Eccleſiæ mentionem, tamen per nomen Catholicæ fidei, nihil aliud quam Romanam intelligunt, ſicuti ſubſequens & perpetua explicatio Valentiani hoc ibidem ſatis ſuperque oſtendit.

In 2. 2. Thomæ Diſput. XI. De Hæreſi. Punct. 1.

Optimè autem ſibi hi Auctores cavent loco. Nam dum ipſi ſibi Hæreſeos valde conſcii ſunt, talem initio Definitionem Hæreſeos faciunt, ut liberè & impune ab hac querela evadant.

Eccleſia non eſt Regula ſed Regulatum.

Graviter autem in ipſo limine impingunt. Nam cum Hæreſis deviatio ſit à Regula veri, neceſſe foret Eccleſiam ſummam Veri Regulam & amuſſim eſſe, cum tamen Eccleſia non Regula ſed Regulatum ſit. Ipſa enim Eccleſia remittitur ad Legem & teſtimonia: Ipſa Eccleſia ædificatur ad Regulam Apoſtolorum & Prophetarum, & qui juxta hanc Regulam inambulaverint Pax ſuper illos Galat. 6.15. Deinde certum & hoc eſt, quod nullus fidelis credat in ſanctam Eccleſiam Catholicam: Quod etiam Poſſevinus concedit: Et ſi quis hoc faceret ille alienus eſſet à Fide, atque ita ipſo facto eſſet Hæreticus. Sic igitur Fidelis non credit in Eccleſiam Catholicam, ita ex oppoſito quoque infidelis non erit, vel Hæreticus dicendus, qui nollit credere in Eccleſiam, aut qui nolit ſtatim conſentire propoſitioni Romanæ Eccleſiæ, cum adhuc κρινόμενον ſit, an Romana illa Eccleſia ſit Catholica, & cum multis hactenus demonſtratū ſit, quod longiſſimè ab illa veteri Catholica Eccleſia deſciverit. Falſa igitur imò falſiſſima erit iſta Hæretici definitio, neq; illicò ſtatim hæreticus reddetur, qui aliter credat quàm Romana Eccleſia. Imò qui ita de Sacramentis Eccleſiæ & Articulis Fidei crediderit, ut hodiè credit Romana Eccleſia, ille eo ipſo multarum Hæreſium ſe participem & reum peraget, ut ſuo loco docebimus Omninò igitur verum hic redditur Chriſti diverbium: Si ſal infatuatus fuerit, in quo ſalietur? Matth. 5. 13 Denique & ob id valde ſuſpecta eſt hæc Farinacii Deſcriptio, quod nitatur ſola Conſti-

Fidelis non credit in Eccleſiam, ſed Eccleſiam credit.

Papiſtæ malè definiunt Hæreticos.

Farinacius malè definit.

Constitutione Martini V. Recens enim illa admodum est, & in præjudicium Johannis Hussi, Hieronymi de Praga & Bohemorum præcipuè facta: ita ut Judex testis & Actor fuerint Pontifices ibi ut & hodiè in propria causa.

Nos autem pro colligenda Definitione Hæreseos, Augustini & Hieronymi vestigia legamus, quorum neuter Romanæ Ecclesiæ in definienda Hæresi mentionem facit. Quibus si de hac via constitisset, facili opera Augustinus præsertim se ab hac difficultate extricare potuisset. Sic autem inquit Augustinus: In libro de Utilitate credendi, (quod ponitur in Decreto, Caus. 24. q. 3.) Hæreticus est, qui alicujus temporalis commodi, & maximè vanæ gloriæ, principatusque, sui gratia, falsas ac novas opiniones vel gignit vel sequitur. Et Hieronymus in Epist. ad Galat. Quicunque aliter scripturam intelligit, quàm sensus Spiritus Sancti flagitat, à quo conscripta est, licet de Ecclesiâ non decesserit, tamen Hæreticus appellari poterit. Quibus jam hactenus consideratis & in unam summam collectis, dicemus: Quod hæresis sit erroris Dogmatici in Fundamentum & Analogiam Fidei impingentis, sub specie veri, pertinax defensio Aut sicut Theologi Wirtembergici (in Præfatione Actorum cum Patriarcha Constantinopolitano) loquuntur. Hæresis est pertinax erroris alicujus cum fundamento Religionis & Doctrinæ Christianæ pugnantis propugnatio, nec velle credere, ubi etiam convictus quis ex verbi DEI vera & genuina sententia fuerit. Hactenus de Definitione. *Ex Augustini & Hieronymi sententia Hæresis definienda.*

Quæritur nunc porrò, quid de seductis per Hæresiarchas statuendum sit, An verò illi sint Hæretici dicendi? Resp. De Seductis per Hæreticos mitior in Iure Canonico Sententia est hæc: Qui Sententiam suam quamvis falsam atque perversam, nulla pertinaci animositate defendunt, præsertim quam non audacia suæ præsumptionis pepererunt, sed à seductis atq; in errore lapsis parentibus acceperunt, quærunt autem cauta sollicitudine Veritatem, corrigi parati, cum invenerint, nequaquam sunt inter Hæreticos deputandi. Cap. 20. Quæst 3. Causa 24. Unde apparet ex Sententia Iuris Canonici nunc magnam fieri injuriam omnibus Lutheranis maxime qui nunc quidem in hoc seculo vivunt. Nam posito & nunquam concesso, quod Lutherus Hæresiarcha, Schismaticus, Apostata, & nescio quid non fuerit (hisce enim aureolis divinum ipsius caput coronare solent) tamen Lutherani, quotquot nunc vivunt ex talibus parentibus nati, Hæreticos non appellare, nedum ut Hæreticos punire possent. Cur igitur tantopere contra nos sæviunt, & propria sua ima figunt & refigunt. Nam ut rectè Greg. de Valentia sibi ipsi objicit, Lutherani non arbitrantur se veræ fidei repugnare, *De seductis per Hæresiarchas quid statuendũ.*

neque etiam veræ ac legitimæ Ecclesiæ, sed ex ignorantia videntur peccare, quia putant se repugnare errori potius, & pro vera fide certare. Pleraque hic vera dicit Jesuita. Quid autem ille hujus Objectioni respondet? Satis ait, ad esse hæresin constituendam, ut hæreticus agnoscat fundamentum requisitum & sufficiens ad assentiendum fidei, nempe propositionem Ecclesiæ Romanæ de Veritate fidei revelata, & velit nihilominus adhærere contrariæ Doctrinæ, quamvis non putet se contra fidem sentire. Audi ineptum Jesuitam, Lutheranus etsi non putet se contra fidem sentire: tamen agnoscat sufficiens requisitum esse ad Fidem, credere propositioni Romanæ Ecclesiæ, id est, Lutheranus debet credere verum esse, quicquid Papa mentitur. Si hoc fecerit Lutheranus, non erit Lutheranus.

CAPUT IV.

Quibus de caussis hæreses oriantur?

Diabolus & Homines causa hæres.

IN consideratione causarum primo efficientes occurrunt. Quæ quales nam sint ex Parabola Christi de zizaniis facilè colligi potest. Matth. 13. 25. Ubi dicit: Cum dormierint homines, venit Inimicus ejus & superseminavit zizania in medio tritici, & abiit. In quibus verbis Diabolus & homines constituuntur causæ Zizaniorum. Videns enim Diabolus, ut inquit Augustinus lib. 18. de Civit. Dei cap. 51. templa Dæmonum deseri, & in nomen liberantis mediatoris currere genus humanum, hæreticos movit, qui sub vocabulo Christiano doctrinæ resisterent Christianæ, *quasi possent indifferenter sine ullâ correctione haberi in civitate Dei, sicut civitas confusionis, inter se diversa & adversa sentientes.* Quid? quod ipse Diabolus, 1. Reg. 22. 22. se profiteatur *futurum Spiritum mendacem in ore Prophetarum Achab.* Et 2. Thess. 2. 9. Antichristi adventus *secundum operationem Sathanæ* fieri dicitur. Et Apocal. 12. 9. operatio Satanæ est, *seducere universum orbem.* De doctrinis Dæmoniorum vide Paulum 1. Tim. 4. 3. Causa concurrens & adjuvans, sunt ipsi homines, & quidem quoad ἀφορμὴν somnolentia eorum, qui inspectionem habere debebant agri Dominici. Illi enim quando securè stertunt & dormitant, habet Diabolus ansam liberè tumultuandi. Atque hâc ratione residet etiam culpa & causa penes homines. Sed nō tantum illi κατ' ἀφορμὴν (quæ minus principalis causa est,) agunt, ut hæreses fiant, quin etiam ἐνεργητικῶς causa sunt hujus mali, docente Paulo, qui κυβείαν & πανουργίαν τῶν ἀνθρώπων taxat Ephes. 4. 14. Alibi dicit quosdam καπηλεύειν, *cauponari verbum Dei*, 2. Corinth. 2. 17. & 2. Timoth. 4. 3. desideria pro-

Hæresin ἀφορμὴ.

pria

pria & *pruritum aurium* in causa esse dicit. 1. Tim. 6. 20. perstringit κενο-φωνίας, *inanitates vocum* & ἀντιθέσεις ψευδωνύμου γνώσεως, *oppositiones falsæ & fucatæ scientiæ.* Adhibe etiam 2. Epist. Pet. c. 3. 16. Ex quibus verbis non tantum colligi potest, quod homines causæ sint hæreseôn, sed & quomodo & quibus vitiis moti inducant & causent hæreses. Nimirum facit hoc κυβεία, πανουργία, καπηλεύειν & ἐπιθυμία prava, quâ nimirum involant sacram scripturam, eamque per hæc vitia perversè tractant. Quæ vitia ad hæc tria ferè capita redigi possunt: (1.) Ambitionem, φιλαυτίαν, seu superbiam. (2.) Studium novitatis. (3.) Avaritiam. κυβεία enim seu aleatoria duo in se continet: Avaritiam & Ambitionem, cum vincendi studio, ut solent Aleatores, qui talos corrumpunt. κενοφωνία, falsa scientia, & pruritus aurium, cum dictis vitiis, etiam novitatis amorem comprehendit. καπηλευτικὴ seu cauponaria ars, avaritiam, αἰσχροκέρδιαν & quæstum, quem ex pietate faciunt, expressè designat. De superbiâ sic extat in Glossâ super 10 Oseæ: *Hæretici superbiam habent quasi matrem iniquitatis suæ, & iactitant se semper scire altiora, & in Ecclesia contumeliam debacchantur, sed arrogantiâ populi & magistrorum simul corruet.* Et Thomas 1. contra Gentiles cap. 7. *Multi effrenatis sensibus mentis plus sapere appetunt, quam decet, plærunque offensionem hæreticis stulticia temerariis tractatibus incurrunt.* Et Lutherus noster ait: *Omnis superbus Theologus est Hæreticus, si non de facto, saltem de iure.* De Avaritiâ dicit Augustinus lib. de utilitate credendi: hæreticum esse, qui ob amorem lucri aut Principatus novas aut gignit aut sequitur opiniones, sicuti præcedenti capite diximus.

Hominum quomodo causent hæreses.

Vitia generantia hæreses.

Sed hîc quæritur, An non & Deus sit causa efficiens hæreseôn? Rectè initio respondet Danæus in Prolegomenis de hæresibus. *Quædam huius mali spargendi causæ nobis sunt considerandæ, ne tanti veneni & ruinæ in Deum culpa transferatur, quæ tota penes homines ipsos residet.* Sed post quatuor aut quinque lineolas sui & horum verborum oblitus statim subjicit: *Prima & remotior causa, Dei scilicet iustissima voluntas est, qui sic verbi sui contemtum ulciscitur.* Quibus verbis non satisfacit pio Lectori. Cum enim Deus nullius peccati author & causa sit, & nullum peccatum velit, faciat & approbet, Psal. 5. 5. Certum est, quod & hæresin, utpote *quæ opus carnis* est, Gal. 5. 20. non velit, faciat, vel probet. Quod autem ut justus Judex in pœnam peccati permittit Diabolo deceptiones & imposturas fieri secundum operationem erroris, ut credant mendacio, subtrahendo suam gratiam, id non fit voluntate προηγουμένῃ *antecedente*, sed ἑπομένῃ *consequente*.

Obiect. An Deus causa sit hæreseôn.

Quibus opponere solent historiam Achabi, 1. Reg. 22. 21. ubi quando se Diabolus offert, quod velit esse spiritus mendax in ore Pseu-

Obijcitur Locus 1. Reg. 22. 22.

Prophetarum, accipit responsum à Deo tale: *Egredere & fac sic*, quod imperantis verba esse videntur.

Respondemus autem non esse illa verba Imperatoria, Deus enim non imperat mendacium, sed Permissoria Nam apparet ibi Deus sedere in solio, quod Judicis est, ferentis sententiam, & permittentis sententiæ executionem. Non enim Judex sententiam strangulationis de fure ferens, causa est strangulationis, nisi per accidens. Unde videmus, Patres semper vocabulo permissionis sic uti. Augustinus inquit: *Ideò divina providentia multos diversi erroris hæreticos esse permittit, ut cum interrogat nos ea, quæ nescimus, sic discutiamus pigritiam, & divinas scripturas capiamus.* Et lib. 3. de Divin. Dæmonum. Turpe, ait, non ideò putandum aliquid justè ac benè fieri, quia hoc omnipotens, quamvis ei displiceat, fieri tamen sinit, fatendumque est, etiam illa mala, quæ contra Religionem, quâ colitur Deus, fiunt, & displicere Deo justo, & ratione judicii ejus ab omnipotente permitti. Et hæc quidem de causis efficientibus.

Deus permittit hæreses.

Materia hæreseōn ex quâ (sivè illam malis referre inter causas adjuvantes) sunt: Philosophia ἐθελοθρησκεία traditiones & authoritates humanæ: ἐνθυσιασμοὶ scripta spuria seu supposititia. Notat hoc Paulus diversis in locis. Coloss. 2. 8. inquit, *Videte ne quis vos decipiat per Philosophiam & inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum Elementa mundi, & non secundum Christum.* Et paulò post v. 21. *Quæ omnia sunt in interitum secundum præcepta & doctrinas hominum, quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ, ἐν ἐθελοθρησκείαις in Electitiis cultibus.* Et 2. Thessal. 2. 2. *Ne citò moveamini, neq; per spiritum*, neque per sermonem, neque per Epistolam tanquam per nos missam. Ex quibus Pauli præmonitionibus liquet, quid sit, quod hæresibus materiam suggerat, ex quâ suboriantur.

Causæ adjuvantes.

Nam I. Philosophia mater errorum est: de abusu Philosophiæ hîc sermo est, qui fit ex perversâ commixtione principiorum, quando Principia Philosophiæ cum Theologicis præferuntur, æquiparantur, commiscentur & confunduntur. Tunc enim fit μετάβασις τῶ γένους, quod certissimam originem inducit erroribus hæreticis. Quo Tertulliani sententia collimat: *Philosophi Patriarchæ hæreticorum.* Et Basilius Epist. 137. Sunt quæ scribit (Apollinarius) etiam ad Theologiam pertinentia, non ex scripturæ probationibus, sed ex humanis argumentis astructionem habentia. Idem lib. 5. contra Eunomium ait: quosdam ad errorem perductos esse externæ Philosophiæ scriptorum observatione. Talia dicta Patrum multa sunt, quę quia hoc in loco accumulare non potuimus, ad calcem hujus subjecimus, sub titulo, centuria senten-

Philosophia quomodo adjuvet hæreses.

Sententiarum de abusu Philosophiæ, probatissimorum sapientum & Doctorum Ecclesiæ, ante annos centum collectarum.

Secunda Materia est *ἐθελοθρησκεία*, spontanea & libera electio, & positio ejus, quod ex humano ingenio natum est, & sub ratione divinitatis & cultus venditatur. Quod ipsum non potest non hæreses gignere, Nam cum immotum sit Dei mandatum, nihil addendum, neque minuendum esse à scripturâ, Deut. 4. 2. fieri aliter nequit, quin si *φρόνημα σαρκὸς* sibi licentiam sumat statuendi de sacris, ingeratur & superinducatur illud in scripturam, non quod vult Deus, sed quod vult homo. Cujus generis sunt omnes inventiones & glossæ humanæ, superstitiones, itemque bonæ intentiones, quas Pontificii jactitant. *ἐθελοθρησκεία mater hæreseôn.*

Tertiò sequuntur *παραδόσεις* & traditiones humanæ, consuetudines veterum, & quando fit respectus ad authoritates majorum. *Nam propter personas, quas magnifaciunt, quidam in hæreses incidunt*, inquit Tertullianus, quæ nihil aliud sunt secundum Paulum, quam *mundi Elementa*. Ex his enim Elementis mundus seu mundana Respub. constituitur, ut vulgus magnifaciat illud Pythagoræ: *αὐτὸς ἔφα*; vel pendeat ex ore unius Principis vel plurium Magnatum. Nos autem unum *αὐτὸς ἔφα*, habemus, quod est: *Sic dicit Deus: Nam si solus Christus audiendus, non debemus attendere, quid aliquis ante nos fecerit, sed faciendum putaverit* Cyprian. lib. 2. Epist. 3. *Mundi Elementa.*

Quartò sunt *ἐνθουσιασμοί*, quos hic Paulus nomine *Spiritus* notat, quando videlicet fanatici, Spiritum jactitant, seu spirituales & peculiares Revelationes, tanquam à Spiritu Sancto suggestas, ex cujus instinctu postea quidlibet pro quolibet editur. *ἐνθουσιασμοί gignunt hæreses.*

Quintò sunt Pseudographemata. De quibus iterum dicit Apostolus: *Non moveamini per Epistolam, tanquam per nos missam.* Hoc enim statim in primitivâ Ecclesiâ solenne fuit Pseudodoctoribus, ut à libris certis, auditores ad suppositicios, adulterinos, & incertos, quasi ab Apostolis scriptos & missos, avocarent. Quæ omnia & singula Materiam posteà dedêre inevitabilem & fœcundam multis futilibus & variis opinionibus. *Pseudographemata pariunt hæreses.*

Formalis causa sequitur, quæ est ipse error vel deviatio in fide. De finalibus etiam causis nonnihil videndum est. Quæ aliæ sunt, si Diabolum, aliæ, si ipsos hæreticos, aliæ si Ecclesiam, aliæ, si Deum respicias. Finis Diabolo propositus est unicus, deletio nominis divini, seductio & perditio generis humani, obliteratio viæ, quæ tendit ad salutem. Hæresiarchis verò varius: prout variis irritamentis impelluntur. *Quidam* enim eorum vel primatum, vel gloriam, vel authoritatem, vel sapientiæ

opinionem singularem affectant: *Quidam ventrem suum curant & respiciunt.* Quibus tamen tam exitiosis finibus, & intentionibus damnosis Deus, qui ter optimus & ter maximus est, pro suâ immensâ bonitate, sic uti novit, ut convertat illa omnia in bonum, nempè in probationem piorum. Nam cum ex malitiâ Diaboli & hominum necesse sit esse hæreses, necessitate scilicet non absoluta, sed Hypothetica, non causæ, sed effecti: non juris, sed eventus, non coactionis, sed infallibilitatis, Deus utitur his Malis in bonum, ad probandos pios, *ut qui probati sint, manifesti fiant*, sicut jam ante ex 1. Corinth. 11. 19. diximus, *ut revelentur ex multis cordibus cogitationes*, Luc. 2. 35. *tentat enim vos Deus*, inquit Moses, *ut palam fiat, utrum diligatis eum, an non, in tota corde vestro*, Deut. 13. 3. De quo ita Cyprianus: *Sic probantur fideles, sic perfidi deteguntur, sic & ante judicij diem, hîc quoq; iam iustorum atq; iniustorum animæ dignoscuntur, & à frumento paleæ dividuntur.* Tract. 3. de simpl. præl. Qui finis cedit in bonum Ecclesiæ.

Deus de malis facit bonum.

Causa cur Deus hæreses permittat.

Colligamus igitur causas finales, cur Deus hæreses permittat hoc modo: Prima causa est *δοκιμασία*, ut fideles probentur, & probati manifestentur.

Secunda est ἔλεγχος, ut Hypocritæ & falsi fratres inter bonos delitescentes redarguantur, protrahantur & omnium oculis exponantur.

Tertia est *παιδεία*, ut negligentiores excitentur, & ad controversias diligentius expendendas acuantur.

Quarta est *μαρτυρία*, ut veritati Ecclesiæ testimonium reddatur, ut inter tot digladiationes magis magisque inclarescat, & illustrior fiat. Est enim Ecclesia palmæ instar, quæ quò magis premitur, eò magis insurgit. Hujus igitur invictum robur ut infideles & obstinati persentiscant, sinit illam Deus hoc modo exerceri.

CAPUT V.

Qui sint effectus hæreticorum?

QUid efficiant hæretici, & quæ, qualia, quantaque damna inferant Ecclesiæ, non rectius concipi potest, quàm si observemus, tum prava ipsorum nomina, & Epitheta, quibus passim in sacris notantur, tum comparationes & similitudines, in quibus cum Rebus valdè exitiosis conferuntur. Apud priores multa sunt ejus generis. Nos ea duntaxat quæ disertè in codice Biblico extant, breviter annotabimus. Ubi initiò sciendum, quod, quidquid de Pseudoprophetis & Pseudoapostolis dicitur, id quoque de hæreticis accipiendum sit. Imò quod Pseudoprophetæ &

Pseudo

Pseudoprophetæ sunt hæretici V. Testamenti.

Pseudoapostoli, sunt putri putidi hæretici. De Pseudoprophetis in veteri Testamento dicitur, Ezech. 13. 4. *quasi vulpes in deserto*, Prophetæ tui, Israel: Item Cant. 2. 15. *Capite nobis vulpes parvulas, quæ demoliuntur vineas.* Unde Beda: *Vulpes animal fallax insidijs intentum, rapinas, fraudes exercens: Etiam inter ipsa hominum hospitia habitans in foveis: Ita hæreticus donum fidei non habens, alios in suam fraudem trahit, & à fide seducit.* Potest etiam illud ex Ecclesiaste cap. 10. 1. huc applicari: *Muscæ morientes perdunt suavitatem unguenti.* Item Psal. 80. 14. *Aper de sylvâ depascitur vineam Domini.* Johannes Baptista nominat illos *Genimina viperarum*, Matth. 3. 7. Christus confert eos Zizaniis Matth. 13. 25. *Fermento*, Matth. 16. 11. Nominat *fures & latrones*, Iohan. 10. 1. Paulus Act. 20. 29. appellat *lupos graves*, *viros loquentes perversa, ut abducant discipulos post se.* Rom. 16. 17. *Facientes dissensiones & offendicula præter doctrinam.* 2. Corinth. 11. 13. *operarios subdolos.* v. 18. *ministros Satanæ.* In Epist. Philipp. 3. 2. quatuor illos nominibus arguit, vocat *canes*, *malos operarios*, *concisionem*, & v. 18. *inimicos Crucis Christi.* 2. Timoth. 2. 17. inquit: *sermo eorum ut cancer serpit.* Et cap. 3. 8. ejusdem, confert cum *Ianne & Mambre*, Magis Aegyptiacis, *qui restiterunt Moysi.* Et 1. Tim. 1. 6. dicit eos doctores legis, *non intelligentes, neq; de quibus loquuntur, neq; quæ loquuntur, neq; de quibus affirmant.* Tit. 1. 10. appellat eos *inobedientes, ματαιολόγους, deceptores mentium.* Ib. cap. 3. 11. appellat *αὐτοκατακρίτους, suopte iudicio condemnatos:* Et 1. Timoth. 4. 2. Tales seductores, qui sint *cauteriatæ conscientiæ*, seu, qui cauterium in propriâ conscientiâ habeant, & aliorum conscientiis inurant. Petrus Apostolus Epist. 2. c. 2. 1. vocat *Magistros mendaces*, qui introducunt sectas perditionis, superinducentes sibi & aliis celerem perditionem. Et v. 12. Irrationalia pecora, genita in captionem & perniciem. Judas in suâ Epistola invectivam planè contra illos scribit, inquiens: *Hi quicunq; quidem ignorant, blasphemant, quæcunq; autem naturaliter tanquam muta animalia nôrunt, in his corrumpuntur. Væ illis, quia in viam Cain abierunt, & errore Balaam mercede effusi sunt, & in contradictione Chore perierunt. Hi sunt in epulis vestris maculæ convivantes, sine timore, semetipsos pascentes, nubes sine aquâ, quæ à ventis circumferuntur, arbores Autumnales, infructuosæ, bis mortuæ, eradicatæ, fluctus feri maris, despumantes suas turpitudines, planetæ, quibus caligo tenebrarum conservata est in æternum.* In Apocalypsi multæ sunt Figuræ, quibus hæreses & eorum pernicies grandini, ventis, igni, absynthio, stellis cadentibus, locustis, & id genus aliis conferuntur, de quibus posterius agere est alterius loci.

Criminationes hæreticorum.

Summa effectuum hæreticorum.

Ex quibus omnibus Effecta hæreticorum hoc modo colligamus. (1.) Quòd captivent hominum mentes. 2. Tim. 3. 6. (2.) quòd fascinent homines:

homines, non obedire veritati, Gal. 3. 1. (3.) Quod turbent Ecclesiam. Gal. 5. 10. (4.) Quod lacerent unionem Ecclesiæ Phil. 3. 2. (5.) Quod Labefactent sacrarum literarum autoritatem, docendo quæ non oportet. Tit. 1. 11. (6.) Religionem apud alios infament. (7.) Regno Dei tandem se & alios excludant. Gal. 5. 21. Si quis ergo se emundaverit ab istis, erit vas in honorem sanctificatum, & utile Domino ad omne opus bonum paratum 2. Tim. 2. 21.

CAPUT VI.

Quæ cognationem habeant cum hæresi?

COgnata sunt hæresibus. (1.) Paganismus. (2.) Schisma & Schismatici. (3.) Apostatæ. (4.) Hypocritæ (5.) Blasphemi. (6.) Judæi.

De Paganis & Paganismo. I. Quod Paganos, & Paganismum attinet, vocabulum hoc sæpè & frequenter occurrit apud Augustinum & alios patres. In jure civili pagani pro iis sumuntur, qui non militant, & qui Deos gentilitios colunt. Augustinus autem rectius definit, 1. lib. Retractat: cap. 43. quod pagani sint Deorum falsorum multorumq; cultores. Cum quo Isidorus consentit, lib. 8. orig. cap. 10. *Pagani unde dicti.* Pagani, inquiens, ex pagis Atheniensium dicti, ibi enim in locis agrestibus & pagis lucos Idolaque statuerunt, & tali initio Vocabulum Pagani sortiti sunt. Multò plenius autem hoc explicat Philastrius, lib. de hæresibus Tomo 5. Bibliothecæ Sacræ, pag. 57. *Pagani post Iudaeos, sive à Pago, id est, loco, sive à Provintia una dicti sunt, sive à Pagano Rege, quod verum esse, ut ait Hesiodus Graecus Poeta, manifestum est. Si ergò à Pago, loci est indicium, sicut & nunc dicitur de pago illo. Si autem de Idolis, quod ea colentes sculptilia, ita nominabantur pagani, id est gentiles. Quia non à Deo Idola, sed ab hominum pravissima inventa sunt voluntate, sicut & scriptura nostra & paganorum quam plurimi hoc nunciarunt, homines hac invenisse, ad seductionem damnationemq; animarum, quod illa aspiciens populus, delectatur epulis, in quorum vanitate suis animis interitum afferebant. Certa autem est probatio & maior, quod ipsi Pagani in suis Historiis referunt, quod à Pagano Rege, ut ait Hesiodus, Graecus Poeta, Pagani sint appellati, qui postea ex Rege Pagano, Deucalionis filio, & Pyrrha quasi plausibile atq; amabile nomen eius habentes, imò potius colentes memoriã eius, usq; in hodiernum diem, hoc est mendacium nominis usq; nunc detinent percolentes.* Sic ille. *Pagani qui.* Pagani igitur, ut cõcludamus, gentiles sunt, qui ex prædicatione verbi nihil de Deo sciunt, sed ductu cœcæ naturæ tantum quidlibet de quolibet Deo garriunt, quales hodiè adhuc inveniuntur in novo orbe, qui neque sunt Mahometani, neque Christiani: Paulina phrasi dici possunt, *qui foris sunt.* 1. Corinth. 5. 12. Et *qui spem non habent.* 1. Thess. 4. 13.

II. Schisma

II. Schisma & Schismatici etiam ab hæresi & hæreticis distinguuntur. Extat hoc Vocabulum apud Paulum 1. Corinth. 11. 18. *Audio inter vos esse schismata, & ex parte etiam credo:* Et in eadem Paulus Epistolâ cap. 1. 10. idem dicit: *Obsecro vos, fratres, per nomen Domini Iesu Christi, ut idipsum dicatis omnes, & non sint inter vos schismata: sitis autem cooptati in eodem sensu, & in eadem sententia.* Quid autem per schismata Corinthiaca intelligat, ipse subjicit: Quod nimirum in administratione Cœnæ Dominicæ dissidia faciant (1.) in eo, quod præmittunt usui Cœnæ Dominicæ symposia, (2.) quod ad hæc symposia divites cum divitibus tantum se congregant spretis pauperibus, (3.) quod venerabilem Actionem cœlestis convivii, quam sobriè & devotè tractare debebant, deformant. Talia schismata superiori cap. 3. 3. alio nomine appellat διχοστασίας, dissidia: Eò quod propter diversitatem personarũ & donorum factiones excitârint, & quidã huic, quidam illi adhæserint, manentib. interim salvis & integris doctrinæ capitibus Ex quibus exemplis jam colligi potest, quomodo schisma ab hæresi differat: schisma enim tunc dicitur, cum factiones, partes, & secessus fiunt, non quidem præcipuè in dogmate, sed vel in ritu aliquo, vel in quæstione pragmatica. Unde quidam hæresin & schisma ita distinguunt, quod Hæresis falsum habeat dogma, schisma autem in eodem interdum dogmate societatem rumpat. Augustinus definit schisma, quod sit recens congregationis ex aliquâ sententiarum diversitate dissensio.

Vox schismatis unde.

Schismata Corinthiaca.

Schisma & διχοστασία idem.

Schisma & Hæresis differunt.

III. Affinis schismati est ἀποστασία, Latinè defectio, seu à statu, ordine & instituto primo secessio. Quæ si vitium dici debeat, à bono deviatio fiat necessum est: Excessus enim & defectus vitiorum est, quæ à medio virtutis recedunt. ἀποστασία igitur erit veritatis agnitæ defectio, cum vel metu persecutionis, vel spe lucri, vel alio levitatis motu resilitur ab agnitione veritatis. Sic omnes ii, qui tempore confessionis absistunt, & manum ab aratro abstrahunt, sunt Apostatæ. Item, qui quovis alio modo se patiuntur à vitâ veritatis abduci. Ita seniores Hierosolymitani arguebant Paulum, quod esset in suspicione, quasi ἀποστασίαν, discessionem doceat à Mose, vetans circumcidi filios Act. 21. 21. Ubi Moses docens circumcisionem, thema veritatis erat, à quo videbatur Paulus docendo discedere. Sed quia natura novi Testamenti aliud flagitârat, nullum crimen Apostasiæ Apostolus incurrebat. Multò minus qui relinquit ejusmodi statum, in quo non sine superstitione & conscientiæ læsione vivere potuit, neque qui à Religione & cultu falso discessit ad verum, Apostata erit. E. G. Abraham Gen. 12. 4. ab Idolomania Ethnicâ recedens Apostata dicendus non erit. Ex quibus facile judicium fieri potest, quid sentiendum sit [illegible] Pontificii [illegible] schismaticos vel

Apostasia quando vitium.

An Paulus fuerit Apostata. N.

An Abraham fuerit Apostata. N.

Hypocrisis quid?

Apostatas, imò & hæreticos criminentur. Nunc ad quartum pervenimus, quod est Hypocrisis, quæ admodum graphicè à Paulo describitur, 2. Tim. 3. 5. *Habentes μόρφωσιν, formam pietatis, virtutem autem ejus abnegantes.* Hypocriseos enim & Hypocritæ vocabulum ex actionibus Histrionicis desumtum est, in quibus finguntur & repræsentantur Personæ & gestus peculiares, scenæ inservientes. Ita qui tempori & scenæ inserviunt in confessionis Fidei articulo, & vel fidem suam negant vel ficticiis moribus alios se esse fingunt, quàm sunt, vel simulant fidem, vel non sunt calidi aut frigidi, Hypocritæ sunt, ut erant in Ecclesiâ Laodiceâ, Apocal. 3. 14. Quintò, Blasphemi, dicuntur malitiosi convitiatores Doctrinæ, & hostiles oppugnatores ipsius Dei & omnium salutis mediorum.

Vocabulum hoc unde desumtum.

Modernorum Judæorum error.

Tandem Judæos quod attinet, Blasphemi illi potius quàm hæretici habendi sunt. Nam prout nunc sunt osores Christi, totum N. T. & Regnum Christi, Sacrosanctamque Trinitatem contumeliosè proscindunt & repudiant, & circa corticem Veteris Testamenti tantū oberrant. Et quia velamen in lectione V. T. manet non revelatum, sed positū est super cor eorum, 2. Corin. 3. 16. fit ut in meris tenebris & superstitionibus quorundam veterum rituum, quos à majoribus se accepisse gloriantur, vagentur, Errones miseri tàm corpore quam animo & fide. De quibus posteà pluribus. De Pontificiis, & Mahumetistis quam cognationem cum hæreticis & cum quibus habeant, dicturi sumus suo loco.

Vide in Epilogo hujus libelli.

CAPUT VII.

Hæreticos vitandos; ubi de signis hæreticorum.

Præmonitiones contra hæreses.

MUltæ & frequentes sunt admonitiones, quæ jubent nos cautos esse, ne decipiamur à pseudodoctoribus. Christus Matth. 7. 15. inquit: *Cavete vobis à Pseudoprophetis.* Et cap. 16. 11. *Cavete à fermento Pharisæorum, & Sadducæorum.* Et 24. 26. *Si dixerint vobis: Ecce in deserto est, nolite exire; Ecce in penetralibus, nolite credere.* Et Joh. 10. 5. *Oves Christi alienum non sequuntur, sed fugiunt ab eo, quia non noverunt vocem alienorum.* Item Paulus Act. 20. 28. *Attendite vobis & universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos.* Et Rom. 16. 17. *Rogo vos fratres, ut observetis eos, qui dissensiones & offendicula, præter doctrinam, quam vos didicistis, faciunt, & declinate ab illis.* 2. Corinth. 6. 14. *Nolite jugum ducere cum infidelibus* v. 17. *Exite de medio eorum, & separamini di-*

dicit Dominus. Gal. 3. 1. *O insensati, quis vos fascinavit non obedire veritati.* 1. Thess. 5. 21. *Omnia probate, quod bonum est, tenete.* Et 1. Joh. 4. 1. *Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, an sint ex Deo.* Ephes. 4. 14. *Ne circumferamur omni vento Doctrinæ.* Hebr. 13. 9. *Doctrinis variis & peregrinis nolite circumferri.* Et quæ sunt dicta ejus generis alia quàm plurima. Quorum mandatorum & præmonitionum observantia non tantum docentes, sed & discentes obligat & obstringit. Dicta enim paulò ante allegata tam sunt generalia, ut ad unum ordinem, exclusis cæteris, restringi non queant. Quotquot enim Christiani esse, quotquot oves Christi audiunt, & audire volunt, Beerhoënsium exemplo probare debent, qui dicant, & quid dicatur? Actor. 17. 11. Inquies ergò: siquidem hoc ita se habeat, undè & ex quibus signis judicare & discernere quis queat hæreticum à non hæretico? Quæstio certè scitu omninò & omnibus necessaria, idque eò magis, siquidem hæretici non sint semper locis ab Ecclesiâ visibili divisi. Nec enim inimicus seminat zizania sua in peculiari quodam agro, sed in medio tritici, Matth. 13. 25. Et in uno horto lilium & spinæ. Cant. 2. 2. In uno reti pisces boni & mali. Matth. 13. 14. Et Paulus inquit, Act. 20. 30. *ex vobis ipsis exsurgent viri loquentes perversa.* Et Ioh. 1. cap. 2. 9. *Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis.* Quo igitur sunt viciniores Ecclesiæ, eò sunt periculosiores. Dignoscantur igitur necessum est, ut fugiantur.

Docentes & Discentes præmonentur de cavendis Hæret.

Hæretici quomodo dignoscendi.

Duplex est autem dignoscendi, discernendi & judicandi hæreticos modus: I. à priori, qui fit per τεκμήρια κατοπτικὰ, de quibus apud Esa. cap. 8. 20. *Ad legem & ad testimonia, si non dixerint iuxta verbum hoc, non erit eis matutina lux.* Item Matth. 22. 29. *Nescitis scripturam neq, virtutem Dei*, *Luc. 16. 29. Habent Mosen & Prophetas audiant illos.* Ioh. 5. 39. *Scrutamini scripturas.* Luc. 10. 26. *In lege quid scriptum est, quomodo legis?* Alter modus à posteriori est, qui consistit in certis quibusdam signis. De hoc secundo modo, utpote magis populari ait Christus. Matt. 7. 15. Idque admodum populariter, cum inquit: (1.) *Veniunt ad vos in vestitu ovium*, (2.) *deindè ex fructibus eorum cognoscetis eos.* Ex quibus duobus Aphorismis duo nobis signa Christus ab oculos ponit, ex quibus hæreticos discerni oportet: *1.* est in modo intrandi & procedendi. 2. in Fructuum qualitate, quos ferunt. Modum procedendi nobis vestitu ovino designat. Nam lupus pelle suâ dignoscitur: at si nolit agnosci, contrarium induet habitum & assumet larvam ovinam, ne scilicet videatur esse, quod est, uti habet apologus de Asino Cumano, qui se pelle Leonis induebat.

Duplex modus dignoscendi Hæreticos.

1. à Priori.

2. A posteriori.

Quæ parabolica loquendi formula, ut rectius intelligatur, cogitandũ est, hunc esse constantem & perpetuum inculpati processus in introducendâ

Quæ sit vera via procedendi in docendo.

ducendâ & propagandâ Religione tenorem, ut docentes recto pede incedant. Ezech. 1. 7. & non aliud agant, aliud agere videantur. Sic enim Christus Matth. 10. 27. *quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, & quod in aurem auditis, prædicate super tecta.* Infracto enim animo & in propatulo vult Christus fieri prædicationes. Quam Regulam Christus suo Exemplo illustravit & corroboravit, ut ipse testatur Joh. 19. 20. *Ego palàm locutus sum mundo: ego semper docui in synagoga & in templo, quo omnes Iudæi conveniunt, & in occulto locutus sum nihil.* Ubi Christus processum suum docendi, quem servavit, valdè significanter & circumstantialiter describit, (1.) quod palàm locutus sit, id est, quod usus sit *παῤῥησίᾳ* (2.) quod locutus sit mundo, tam amicis quam inimicis (3) quod locutus sit in publicis & populosis cōventibus, veluti in templo & in scholis (4.) quod in occulto locutus sit nihil, id est quod nihil simulaverit vel dissimulaverit. Imò & ipsi hostes hoc ei testimonium perhibent, Matth. 22. 16. *Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo, non enim respicis Personam hominis.* A quâ Regulâ & Exemplo Christi quàm longissimè recedunt & exorbitant Pseudodoctores. Ita Paulus Gal. 2. 4. accusat falsos fratres hoc nomine; *quod subintroducti sint & subintroierint.* Idque ex sensu verborum Christi, qui dicit falsos doctores non ingredi per januam rectam, sed aliundè ascendere. Paulus hunc pravum morem nominat *transfigurationem* 2. Corinth. 11. 14. Ad imitationem ipsius Satanæ, qui etiam se *transfigurat in Angelum lucis, & assumit aliam* larvam & facit malæ suæ causæ alium prætextum: Idem Apostolus dicit illos *penetrare domos*, & captivas ducere mulierculas, 2. Tim. 36. & significantissimo admodum Vocabulo utitur Petrus, 2. Ep. 2. 1. Falsos doctores, *παρεισάξουσιν* ad vel penes introducere hæreses. Judas etiam in suâ Epistolâ dicit, illos subrepere, v. 4. Nominatque stellas Erraticas, utpote non tenentes motum fixum.

Christi processus in docendo.

Pseudodoctores non tenent processum Christi in docendo. Joh. 10. 1.

Ex quibus omnibus colligitur, signum hæreticorum proprium esse simulare & dissimulare, & non servare rectum & sincerum processum introducendi & propagandi suas hæreses. Puta, (1.) quod studiosè utantur nostris phrasibus, & juxta Irenæū *similia nobiscum loquantur, sed dissimilia sentiant*, (2.) Deindè quod ambidexteri sint, & locutionibus utantur dubiis, & in utramque partem flexiloquis, (3.) Donec primum pedem figant, neque calidi neque frigidi sunt. (4.) cavent studiosissimè, ne qui sint, innotescant. Quisquis autem veraciter loquitur, semetipsum innotescere non debet formidare, ut extat in Iure Canonico. Nam ut veri Doctores filii lucis sunt, & opera lucis amant: Ita contrà hæretici filii tenebrarum sunt, & amant tenebras, seque suasque doctrinas tenebris

Hæretici filij tenebrarum.

nebris involvunt. 5. Haud rarò etiam ungues lupi produnt, & vi armisque suum dogma propagare student, ubi verò hâc viâ non successit, aliam ingrediuntur, & ovinam simplicitatem resumunt. Hoc enim est lupum agere, ovinâ pelle indutum, à lupinâ ferociâ ad ovinam simplicitatem, & contra redire. Et jam minis cogere ad fidem, jam blandimentis persuadere. Iuxta illud Isidori, lib. 3. de summo bono: Diabolus tanquam serpens lubricus, quando decipere quenquam quærit, in varias se trãsmutat formas, jam in vulpinam, jam in leoninam; jam suaviter blanditur, ut fallat; jam sævit, ut terreat. Sic ille. Sed neutrum candidus Christianorum processus admittit. Signum igitur hoc primum esto hæreticorum dignoscendorum. *Hæretici lupi sub pelle ovina.*

Exemplo res erit clarior. Nos Vetus & Novum proferemus. Vetus Exemplum famosissimorum illorum hæreticorum Arrianorum est, qui hanc fallendi artem probè noverunt, & exercuerunt. Nam ut Historia tripartita passim testatur, & legere est lib. 2. cap. 5. Erant inter Arrianos quidam Episcopi, pauci quidem sed callidi, & prævia imitantes, celantesque calliditatem, & Arrii blasphemiam non defendentes apertè. Item. Refertur ibidem cap. 6. quod ipsi Arriani etiam pro formâ ipsum Arrii dogma damnaverint, & orthodoxæ fidei propriâ manu subscripserint; sic enim legitur ibidem: Arriani metuentes ne congregato in idem tanto concilio pellerentur, exilientes anathematisaverunt interdictum Arrii dogma, concorditer subscribentes literis, suaque manu consentientes, & similiter se sicut omnis synodus sapere profitentes. (*Vide quid hoc aliud est, quam incedere vestitu ovium, & intrinsecus esse lupum Rapacem?*) Pergit: cumque Præsulibus, ut ita dicam, malâ calliditatis arte prævaluissent, qui magis agere debuerant pœnitentiam; tunc quidem latenter, postea verò damnatas cæperunt allegare sententias. Sæpè ponentes insidias, à quibus videbantur convicti, occultè pietatis prædicatores debellare tentabant. Similes Arrianorum eorundem leguntur strophæ, quas in Aequivocationibus variis faciebant. Nam quando urgebantur, Filium Dei esse unigenitum, assensum dabant, sed ajebant, *Filium Dei esse naturaliter unigenitum*, naturaliter, id est, ad modum reliquarum naturarum. Item distinguebant inter Facturam & Creaturam, filium Dei non esse quidem creaturam, *sed facturam*. Item quando urgebantur, Filium Dei ex Deo Patre esse, consentiebant, sed isto modo sicut *& nos* dicimur *ex Deo* esse. Et filium Dei proprium Patris Filium esse, sicut *& nos Dei proprij sumus*. Et quando opponebatur illis, vox ὁμοούσιος, illi adjecto, dicebant ὁμοιούσιος. Et si quæ aliæ erant strophæ infinitæ, quibus tanquam ovillâ pelle lupum Arrianum tegebant. *Fraudes Arrianorum.* *Stropha Sophistica Arrianorum.*

Exemplum fraudulenti Processus Calvinianorum.

Hactenus de veteri Arrianorum Exemplo. Cui subjiciamus novum ex nostro seculo petitum, quod in omnium oculis versatur. Respiciamus enim tantum Zvvinglio-Calvinianos, quam concinnè illi hanc artem à veteribus Arrianis didicerint. Inter quæ vel hoc Artificium palmare est: quod licet olim Augustanæ confessioni (quæ symbolum veræ Evangelico-Lutheranæ Ecclesiæ genuinum est) nullo modo subscribere voluerint, & propriam suam Helveticam Confessionem ab hâc alienam confecerint: Item, Licet & Calvinus Augustanam Confessionem, facem ad excitandum incendium, quo tota conflagret Gallia natam, pro innatâ sua modestiâ proclamaverit: Item, Licet Beza eandem monstrosæ ac portentosæ transsubstantiationis Pontificiæ nutricem rejecerit: Quod, (inquam) nihilominus tamen jam istius gregis individui socii inveniantur, qui illum lupinum animum vulpinâ & ovinâ pelliculâ tegant; ut nihil nisi pacem & fraternitatem anhelent in suis Irenicis, atque nîl nisi meram Augustanam confessionem crepent, eique fraudulenter subscribant. Ad Lutheri item scripta provocant, sed cum hâc subdolâ distinctione, Polemicorum & Didacticorum scriptorum. Sunt, qui de fundamento fidei & salutis inter se & nos nullum dissensum esse prætendant. Sunt, qui confessionem fidei ex Lutheri Catechismo aliisque ejus scriptis, fraudulenter consutam non ita pridem typis in vulgus dederint: Taceo reliquas ejusdem farinæ technas: utpotè quod eâdem nobiscum linguâ loquantur: In cœnâ esse verum & substantiale corpus Christi, *sed spiritualiter*: In cœnâ accipi verum corpus & sanguinem Domini, Ore, *sed ore fidei*: In cœnâ corpus esse corpus Domini, id est, *suo modo vocari corpus Domini*: In cœnâ sumi corpus & sanguinem Domini, tam à dignis quam indignis, ita ut vocabulo indignorum intelligantur *imbecilles* fidei: Panem & corpus non esse nudum signum, sed *signum significativum*. Ita perindè in Prædestinatione ludunt suis strophis: Christus mortuus est pro omnibus, cum appendice distinctionis, *sufficienter & efficienter*, Item intelligendo non de singulis generum, sed de generibus singulorum, Item, Christum mortuum esse pro toto mundo, ità ut Vocabulum *Mundi* accipiatur *pro Electis*, pro populo Christi, pro dispersis filiis Dei, pro Ovibus Christi, pro Ecclesiâ: Et quis tam brevibus recenseat omnes hujus hæreticæ factionis strophas? De quibus alibi luculentius dictum est. Sufficiat hoc loco posuisse Exempli loco signum fraudulenti istius processus, quod in hæreticis & Pseudoprophetis dignoscendis Christus vulgò commendavit.

Stropha Calvinistica.

Vide Calvinischen Schaafsbelz Georg. Gilberti. Bré. Pro-

Diximus hucusque de primo dignoscendorum hæreticorum signo. De altero sic dicebat Christus: *Ex fructibus* ipsorum cognoscetis eos. Sunt autem fructus duum generum: Fructus Vitæ & Doctrinæ:

De fru-

De fructibus vitæ hîc potissimum sermo non est. Fieri enim potest, ut qui benè docet, malè vivat, & contra, qui malè docet, benè vivat. Ita de Macedonianis scribit Sozomenus lib. 4. cap. 27. *Vita conversatione, quam plebs potissimum observat ac suspicit, haud malè se gerebant. Erat* namque illis *species honestatis, vita conversatio similis monasticæ, sermo haud inelegans*, & ingenium ad persuadendum potens. Ergò de fructibus doctrinalibus & spinis conscientiæ hîc sermo est; Et, ut apertius dicamus, de Absurditatibus, quæ tanquam spinosi fructus ex Principiis Heterodoxias subnascuntur, nec & in fundamentum fidei impingunt, quæ nec Uvæ nec Ficus sunt: quæ neque lætificant neque sanant tristem & vulneratam conscientiam.

temicum Aulico-politicū D. Iohan. Behm. Item Aulico-politicum D. Hutteri. Fructus doctrinales.

Cujus signi evidens extat Exemplum in Paulo, cujus seculo hæresis Phileti & Hymenæi vigebat, Resurrectionem mortuorum corporalem non esse, sed spiritualem tantum. Hos Paulus Erroris convincebat ex fructibus Doctrinalibus, tanquam ex signo, tali ratione.

Exempla fructuum Doctrinalium. Primum exemplū.

Si Resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexit. Hic *primus* fructus illius erroris est. Si Christus non resurrexit, inanis est Prædicatio nostra: Hic *secundus* fructus est; Inanis est, & Fides vestra. Hic *tertius* fructus est; Inveniamur & falsi testes Dei. Hic *Quartus* fructus est; Ad huc estis in peccatis vestris: Hic *Quintus* fructus est; Qui in Christo dormierunt perierunt: Hic *Sextus* fructus est. Ergò miserabiliores sumus omnibus hominibus. Hic *Septimus* & *ultimus* fructus est; ut prolixè dissseritur 1. Cor. 15. 13.

Pari modo procedi potest etiam in cæteris hæresibus. Et ut ad Arrianos redeamus, negant illi Christum Verum Deum esse. Quosnam, quæso, hic error fructus parit? Illos videlicet: Quod si verus Deus non est, non satisfecit etiam pro peccatis totius Mundi. Quod si non satisfecit pro peccatis totius mundi, Ergò inanis est nostra prædicatio. Inanis est & fides nostra. Adhuc sumus in peccatis, Et omnes mortui perierunt: Et ita sumus miserrimi inter omnes creaturas.

Exemplū secundum.

Idem facilè ostendere est in Erroribus Pontificiis, qui inter cætera docent, operum Merito nos salvari. Quod si hoc: Iam gratia non est gratia, Iam Christus non satisfecit pro natis peccatis. Ergò Christus frustrà mortuus est. Ergò dubitandum nobis est de salute. Ergò in dubitatione moriendum. Ergò inanis est fides nostra. Ergo qui mortui sunt, perierunt, qui enim non crediderit, damnabitur.

Exemplū Tertium

Simile Judicium instituat Lector etiam de Erroribus Calvinianorum: Quorum fructus quos pariunt ex suâ Heterodoxiâ, breviter hi sunt: (ut quidam vir magni nominis scribebat) Calvinistæ deducunt nos in loco de Personâ Christi à cultu ad contumeliam. (dicunt enim, maledi-

Exemplū quartum

maledictum, qui ponit Carnem Christi brachium suum) In loco de Prædestinatione à consolatione ad desperationem, (quia Vocatio Dei, Meritum Christi, & Voluntas salvandi illis sunt particulares;) In loco de Cœnâ Domini à verbis Christi ad nuda Elementa & glossam humanam. In loco de Baptismo à Regeneratione ad probabilitatem; Et ita à cælo ad Infernum. Hi sunt illi belli fructus doctrinales, quos pariunt hæc genimina viperarum.

Et tantum quidem de signis, quibus hæreses dignoscendæ sunt.

CAPUT. VIII.

Quodnam sit Fundamentum fidei, & quomodo in id impingatur?

Fundamentum dupliciter consideratur.

FRuctus doctrinæ perversæ diximus Absurditates in fundamentum fidei impingentes: quod ut rectius intelligatur, breviter de fidei nostræ fundamento dicendum est. Dupliciter autem fundamentum consideratur, vel sustentationis vel cognitionis. Sustentationis fundamentum ipse Christus est: cognitionis, Prophetæ & Apostoli. De utroque loquitur Paulus Ephes. 2. 20. *Superstructi estis super fundamentum Prophetarum & Apostolorum, ipso summo angulari lapide, Iesu Christo, in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino.* Christus enim ipse est fundamentum Ecclesiæ unicum θεμέλιος sustinens & conservans totum ædificium, quod in hoc unico lapide acquiescit. *Fundamentum enim aliud ponere nemo potest, præter id quod positum est, quod est Iesus Christus*, 1. Cor. 3. 11. sic enim prædictum est Esa. 28. 16. *Ecce, ego pono in Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum, in fundamento fundatum*: qui crediderit, non festinabit. Et Ps. 118. 22. *Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris.* De hoc lapide etiam in Daniele legimus, quod excussus sit de monte sine manibus, & impleverit universum orbem, Dan. 2. 35. Quod & Christus ipse in se applicat Matth. 21. 42. & Apostoli rectè de ipso intelligunt Act. 4. 10. Et 1. Petri 2. 7. Quia autem fundamentum hoc sustentationis absque cognitione nihil prodesset, ideò positum est hoc fundamentum à Deo ipso, (1.) Ratione Decreti, deinde Ratione Patefactionis. Ad Patefactionem pertinent Prophetæ & Apostoli, quorum ministerio usus est, ut innotesceret hoc fundamentum. Unum & idem igitur fundamentum est Christus, & doctrina Prophetarum & Apostolorum, eò quod spiritus Prophetarum & Apostolorum sit Christi Spiritus, 1. Petr. 1. 11. Et quod doctrina

Christus fundamentum sustentationis.

Christus quomodo fundamentum cognitionis.

doctrina Prophetarum & Apostolorum sit Christi doctrina, & de Christo. *Qui n. vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit*, inquit ipse Christus Luc. 10. 16. Fundant enim se cum, Prophetæ, tùm Apostoli in Christum tanquam in petram solidissimam, & *ἀμήχανον*, adversus quam ne portæ inferorum prævalere queant. Matth. 16. 18. Et ita Christus est unica Ecclesiæ basis & fundamentum, sustentans Ecclesiam: innotescens autem per doctrinam Prophetarum & Apostolorum, per quam solam ipse Ecclesiam fundat in semetipsum, eamq; solus per hanc doctrinam stabilit, & singula Ecclesiæ membra fide per doctrinam Propheticam & Apostolicam subortâ, sibi agglutinat, *ut in ipso omnis ædificatio constructa, crescat in templum sanctum Domino*. Ephes. 2. 21. Hic igitur lapis est honori, vobis, qui creditis, 1. Pet. 2. 7.

Duo de Christo cognoscenda.

Duo autem cognoscenda & credenda de Christo nobis patefecerunt Prophetæ & Apostoli; (1.) Personæ (2.) officii cognitionem. In his enim capitibus qui Christum rectè agnoscit, habet vitã æternam; qui in alterutro errat, non habet. Et quia hæc fidei cognitio si plena esse debeat non potest esse absque Patris etiam cognitione, Ioh. 17. 2. Ideo Hieronymus rectè dicit in Psal. 86. *Fundamenta ejus in montibus sanctis: Fundamenta ejus sive Dei sive Ecclesiæ. Quæ sunt autem fundamenta, nisi Pater & Filius & Sp. Sanctus? Hæc ergò fundamenta non sunt in vallibus, sed sunt in montibus, & non in montibus quibuscunq;, sed in montibus sanctis. Loquitur Paulus quasi sapiens Architectus, Fundamentum posui, id est, Fidem Trinitatis, Sic Hieronymus.*

Hieronymus de Fundamento fidei.

Qui igitur in fidem Trinitatis impingit, in Christi personam impingit. Et contra. Sic & qui in officium Christi impingit, in Christum ipsum, & consequenter in totã Trinitatem impingit. Nam Christianus est, qui credit in Christũ, nõ qualẽ sibi quisq; fingit, sed qualẽ se in verbo revelavit. Doctrina n. Prophetarũ & Apostolorum est fundamentũ Fidei Catholicæ & Apostolicæ, id est, quatenus ea Vox & Spiritus Christi est. Ex scientia Christi Amor Christi oritur, *Christum autem amare, plus est, quam omnia scire*. Ephes. 3. 19. Qui ergo nescit, quæ de Christo quoad Personam & Officium scienda sunt, vel qui scit, & non credit, in Christum impingit.

Amor Christi ex scientia.

Compendium de Christo sciendorum est in symbolo.

De Christi Personâ & Officio autem scienda & credenda sunt omnia, quæ compendio comprehensa in symbolo Apostolico continentur. Quæ causa est, quod Theologi quidam symbolum Apostolorum unum fidei fundamentum soleant appellare. In quod bifariam impingi potest: (1.) *πρώτως* id est, primò & directè (2.) *ἑπομένως*, id est consequenter, & per indirectum. Directè & primò impingunt in fundamentum fidei, Turcæ, Judæi, aliique infideles, Arriani, Photiniani, & similes, qui Christi Personam & Officium blasphemant. Indirectè impingunt

In Fundamentũ bifariam impingitur.

gunt in fundamentum omnes falsi doctores, quotquot quidem à doctrinâ Prophetarum & Apostolorum pendere volunt, attamen hujusmodi assutelas superstitionum vel opinionum humanarum texunt, quæ Christi Personam vel Officium perstringunt. Ita Pontificii de Meritis operum gloriantes, in fundamento errant. Calviniani etiam in Articulo de Prædestinatione gravissimè errant in fundamento: Et in Personâ Christi, dum veram & Realem Naturarum *κοινωνίαν* tollunt, neque Christum secundum utramque Naturam unâ Religiosâ adoratione colunt, (ut taceam cætera) in fundamento errant. Quid? quod etiam ipse Error sacramentalis sit Error fundamentalis: siquidem agatur hîc de veritate dicentis, de Testatore Christo, & de bonis Testamenti, itemque de Pastore Christo, quæ omnia ad officium Christi pertinent. *Non enim suffecit ipsi*, inquit Chrysostomus, *hominem fieri, flagellis cædi, & crucifigi: sed nos secum in unam massam reducit, neq; id fide solùm, sed reipsâ nos corpus suum efficit*. Homil. 83. in 26. cap. Matth. Nonne hoc est ipsius Officii? Quod amplius tali argumento probo:

Pontificii & Calvinistæ errant in fundam.

Error Sacramentalis est Fundamentalis.

Quicunq; error cedit homini in Iudicium, est error in fundamento.
Sed non dijudicare corpus Domini in cœnâ, cedit homini in Iudiciū.
Ergo Non diijudicare corpus Domini in cœnâ, est error in fundamento.

Atqui Sacramentarii, qui corpus Domini è cœnâ planè tollunt & removent usque ad extimum cælum, & retinent tantum nuda Elementa, non dijudicant corpus Domini. Ergo errant in fundamento. Idem Judicium esto de cæteris Hæreticorum Opinionibus, quorum quidam obliquè & per Indirectum, quidam autem Directè in fundamentum fidei impingunt, ut dictum est.

CAPUT IX.

Quomodo tractandi sint Hæretici, & an occidendi?

D Apostolus Paulus brevi summâ comprehendit, quomodo cum hæreticis agendum sit: quando inquit ad Tit. 3. 10. *Hæreticum post unam & alteram admonitionem devita*. Quem locum si cum Christi Præcepto, Matth. 18. 15. conferamus, plenius intelligemus, quomodo tractandi sint hæretici, inquit enim: *Si peccaverit in te frater tuus, vade & argue eum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum: si te non audierit, adhibe tecum adhuc unum vel duos, ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ.*

Dictum Pauli & Christi cōferuntur.

clesia. si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi velut Ethnicus aut Publicanus. In quibus verbis Christi & Pauli mira consonantia est: utpote quod Paulus sua ex Christi ore mutuatus sit. Christus jubet errantem ἐλέγχειν, arguere: Primò inter temetipsum, (2.) per testes adhibitos, (3.) per Ecclesiam; hoc Paulus vocat μίαν καὶ δευτέραν νουθεσίαν, *unam atque alteram admonitionem*, sivè ἔλεγχον, qua voce etiam idem utitur Tit. 1. 9. Quod si fructum ferat, benè est: sin minus, jubet ipsum haberi pro *Ethnico & Publicano*, id est, ut Paulus loquitur, παραιτεῖσθαι, devitare, aversari & fugere: vel ἐκκλίνειν declinare. Rom. 16. 17. Ex quibus utriusque doctoris, omni exceptione majorum, verbis, breviter addiscimus, modum tractandi hæreticos, hunc videlicet esse, ut ἐλέγχοις & νουθεσίᾳ illos adoriamur, & convincamus errorum, & ad mentem revocemus. At verò undè petendi sunt hi ἔλεγχοι καὶ νουθεσίαι? Nunquid ex proprio cerebro, & ingenio humano? Nunquid ex foro & armis civilibus? Ex neutro horum. Hæresis enim est quiddam spirituale. Et Ecclesia, cui hoc Judicium demandatum est, etiam Regimen est spirituale. *Spiritualia autem spiritualiter dijudicentur. Neq; enim spiritum mundi accepimus, sed spiritum, qui ex Deo est, ut sciamus quæ à Deo donata sunt nobis, quæ & loquimur, non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus,* 1. Cor. 2. 12. Præterea dum remittit nos Christus ad Ecclesiam, eo ipso nos remittit ad verbum scripturæ, super quod ædificata est Ecclesia, Ephes. 2. 20. Adde quod res spirituales nullo ferro dissecari, nullo igni consumi, nullâ mundanâ Aquâ elui aut submergi possunt, quæ uno Dei verbo possunt secari, exuri & submergi, D. Paulo testante, cum ait: *Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed potentia Dei ad munitionum demolitionem, quibus cogitationes deturbamus, & omnem sublimitatem elatam contra Dei cognitionem, omnemq; mentem ad obediendum Christo cogimus,* 2. Cor. 10. 4. Verbum enim Dei est ille gladius anceps, imò *penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens usq; ad divisionem animæ & spiritus,* Hebr. 4. 12. Hæretici enim non possunt cohiberi ullâ vi externâ, quare aliâ ratione cum eis agendum est, quàm gladii severitate. Dei verbo hîc res gerenda, quo si nihil proficias, mundana vis frustrà adhibeatur, etiamsi omnia cruore repleas. Præter unum hunc convincendi Hæreticos modum qui alium invenit, & non paginâ sed vaginâ, non verbo sed verbere; non gladio oris, sed ore gladii, Vi vel armis hæresin exstirpare annititur, in vanum laborat, & à vero tramite recedit. Quod ut adhuc præter superiora argumenta evidentius reddatur, etiam rationes alias, quas magni nominis Theologi contra tyrannicam hanc cum hæreticis procedendi sævitiam usurpare solent, succinctè in unum colligam.

Unde petendi ἔλεγχοι contra Hæres.

Verbo Dei militandum contra Hæreses.

I. Christus suis discipulis præcepit Matth. 13. 29. *ne eradicarent*

Argumenta ha-

vivos non esse gladio extirpandos.

zizania, sed finerent utraq; simul excrescere, usq; ad tempus messis.

II. Paulus dicit, hæreticum devitandum, non autem flammis concremandum, aut gladio occidendum esse.

III. Si incredulitas gladio plectenda foret, & judicanda, æquè citò Magistratus, quàm subditi essent invadendi, & ad supplicium rapiendi. Imò verò Pontifici Romano cum suo Clero omnium primus, omniumque maximus rogus esset struendus.

IV. Si hæretici violentiâ essent exterminandi, aut possint vi profligi, quorsum opus esset sacris literis navare operam, cum hâc in re constaret, carnificem esse omnium Doctorum literatissimum.

V. Si quis ob incredulitatem & hæresin statim morte mulctandus esset, ille non corporali solum vitâ privaretur, sed de animæ quoque salute in discrimen veniret. Cum vitâ enim simul & spes & locus pœnitentiæ, quæ subsequi posset præscinditur.

VI. Hâc rabie fieri videmus, ut multi è medio tollantur, antequam eorum causa sit verè cognita: & ut pro hæretico habeatur, qui non est, cum & ipse Christus & sui pro hæreticis interfecti fuerint. Præstat autem sontem impunitum dimittere, quam insontem punire.

VII. Quis Christianus fieri velit, cum videat eos, qui Christi nomen profitentur, ab ipsis Christianis igni & aquâ & ferro sine ullâ misericordiâ perimi, & crudelius tractari, quam ullos latrones aut grassatores? aut quis non putet Christum aliquem esse Molochum, aut ejus generis aliquem Deum Tyrañicum, qui sibi vivos homines immolari comburique velit.

VIII. Animam & conscientiam mundanis legibus constringi, nec vult Deus, nec ferre potest, qui solus in eam habet jus & Imperium. Et vulgatum est, (quo & Augustinus usus est) *Ad fidem nemo nec debet nec potest cogi.* Item Bernhardus, *Fides suadenda est, non imponenda.* Ergò ubi secularis Magistratus temerè attentat ferre legem animabus, manus immittit in Dei possessionem, ut seducat animas perdatque.

IX. Potestas quævis tantùm ibi agere potest & debet, ubi videre, cognoscere, judicare, sententiam ferre, addere, mutare potest. Animæ verò & cordis recessus & arcana soli Deo patent, qui solus καρδιογνώστης appellatur, Act. 10. 34. Cœlum enim Domini est, Terram autem dedit filiis hominum. Psal. 115. 16. Ergò vanum & arrogans est, imperare aut vi cogere velle quemquam, ut sic vel sic in animâ suâ credat & teneat. Rectè igitur Augustinus, quod ad fidem nemo nec debeat nec possit cogi.

X. De Christo dicitur, Esai. 11. 3. *Percutiet terram virgâ oris sui, & interimet impium spiritui oris sui.* Item: hoc gladio Apostolus Antichristum

tichristum ipsum à Christo interimendum prædixit. 2. Thes. 2. 8. Et Nicolaitas, Apocal. 2. 16. Ergò necesse est, impii conversionem verbo & spiritus ἐνεργείᾳ absolvi. Nihil enim prodest hæresin in corde confirmare intus, in linguâ verò solum debilitare, & ad mentiendum cogere.

XI. Pugnare adversus hæresin nihil aliud est, quam confligere cum Satanâ, qui tenet corda obsessa in suis laqueis. 2. Timoth. 2. 26. Quamdiu ergò è corde non evellitur & abigitur Satan, perindè est illi, si vasa ipsius ferro aut igni perdant, quàm si fulgur culmo impugnarent. *Reputat enim quasi paleas ferrum, & quasi lignum putridum æs*, Job. 41. 18.

XII. Si solo gladio incredulitatem & nudas hæreses coercere velimus, nihil aliud agemus, quàm quod Diaboli conatum juvemus, ut subinde majori Tragœdiâ rem deteriorem faciat, & hæretici externâ & nudâ insectatione tantùm vehementiùs suo in errore confirmentur.

XIII. Constitutionibus Imperatorum hæreticis irrogatur tantum exilium. Quod verò Pontifices pœnam ignis indixerunt, à legibus planè alienum est.

XIV. Christus ab Apostolis interrogatus, cùm Samaritani ipsum recipere nollent, num vellet ulcisci hanc injuriam igni, Luc. 9. 55. Increpando respondit, *Nescitis cujus spiritus filii sitis? Filius hominis non venit perdere animas, sed quærere & salvare, quod perierat.*

XV. Patres etiam improbant hæreticorum occisionem. Chrysostomus in locum Matth. de non evellendis zizaniis. Homil. 47. inquit: *Christus non prohibet conciliabula hæreticorum dissipare, ora obstruere, libertatem loquendi concidere, verum interficere & trucidare.* Theophylactus: *Servi*, inquit, *Angeli sunt, qui indignantur, esse hæreses vel malitiam in anima, & volunt evellere & exscindere ex hac vita hæreticos, & mala cogitantes. Deus autem non permittit hæreticos bellis consumi, ne simul putrantur consumanturque etiam justi.* Hieronymus ita: *Non dormiat, qui Ecclesiæ præpositus est, ne per ejus negligentiam inimicus homo superseminet zizania, id est, hæreticorum dogmata. Quod autem dicitur, ne fortè colligentes zizania eradicetis simul & frumentum, datur locus pœnitentiæ, & monemur, ne citò amputemus fratrem. Quia fieri potest, ut ille qui hodiè noxio depravatus est dogmate, cras resipiscat, & defendere incipiat veritatem. Nazianzenus orat. 36. fol. 577.* Cùm docuisset, exscindendam esse Arrianam impietatem, exscindendum perniciosum Sabellii errorem, addit per exegesin quandam: *De corporea autem cæde non loquor, sed de spirituali.* Augustinus de Quæstionibus Evangelicis in Matth. cap. 11. & 12. *Non ait Christus, in tempore messis dicam vobis, colligite primum zizania, sed dicam*, inquit, *messoribus. Undè intelligitur, colligendorum zizaniorum ad comburendum, alia esse ministeria, nec quen-*

Dicta Patrum Hæreticos non esse occidendos.

quam Ecclesiæ filium debere arbitrari, ad se hoc officium pertinere. Idem lib. 3. contra Cresconium, cap. 50. ait: *Nullis bonis in Catholicâ Ecclesiâ hoc placet, si usque ad mortem in quenquam, licet hæreticum, sæviatur:* Et contrà Epistolam fundamenti cap. 1. *Dominus per servos suos Regna subvertit erroris, ipsos verò homines, in quantum homines sunt, emendandos potius, quàm perdendos esse iubet.* Et Lactantius lib. 5. Divin. Instit. cap. 20. scribit. *Defendenda Religio est, non occidendo, sed moriendo; non sævitiâ, sed patientia: Non scelere, sed fide: illa enim malorum sunt; hæc bonorū.*

XVI. Idem docet Praxis veteris Ecclesiæ. Arrii enim hæresis damnabatur, sed Arrius non interficiebatur. Socrates. lib. 1. cap. 8. Nestorius, Valentiniani & consimiles hæretici in exilium ejiciebantur. Histor. Tripart. lib. 11. cap. 5. Quid multis? Prima Ecclesia usque ad ætatem Augustini, semper existimavit, nō decere Episcopos aliis armis uti, quàm verbo Dei, precibus, & si malum foret insanabile, Anathemate, id est, separatione à communione. Hoc tum erat extremum Ecclesiæ supplicium, & sicut apud Jurisconsultos civilis mors dicitur Exilium, ita apud Apostolos & horum successores Pœna capitalis erat ab Ecclesiæ corpore & consortio pertinaces submovisse. Has igitur Nuthesiæ metas ponamus, quas Augustinus, de usu Verbi loquens, hâc sententiâ comprehendit, in Epist. 105. inquiens. *Alij severius coërcendi, alij vigilantius vestigandi, alii tractandi quidem lenius, sed non segnius sunt docendi, ut si non timentur, ne perdant, non tamen negligantur ne pereant.*

Mahometanum est gladio propagare. XVII. Addimus & hoc, quod Mahometana & Alcorani sententia sit Fidem gladio propagare, quam proculdubio ex Magistro suo Sergio, (qui Nestorianus fuit, & ex Nestorio id ante didicerat,) hausit. De Nestorio enim scribit Nicephorus lib. 14. cap. 29. quod in publica concione in hæc verba eruperit: *Da mihi*, inquiens, *ô Imperator, terram ab Hæreticis liberam & puram, & ego tibi cœlum reddam. Tu mihi Hæreticos extirpa, & ego tibi Persis delendis adero.* Sic dicens, singularem ardorem & æmulationem pro Ecclesia spirando, ædem precatoriam Arrianorum demolitus est, imò & ignem injecit, & non id modò, sed & magnam vicinorum ædificiorum partem concremavit. Unde & Incendiarii cognomen obtinuit, ut postea dicimus. *Nestorius incendiarius:* Deinde Novatianos quoque turbare aggressus est: item Quatuordecimanos per Asiam, Lybiam & Cariam dispersos, quorum multi seditione & tumultu propter ipsum concitato interiere. Macedonianos etiam admodum afflixit, & cum vim vi repellerent, Ecclesias ipsis ademit. Ex quibus fructibus saniores levitatem mentis in Nestorio, animum arrogantem & vanam gloriam affectantem deprehenderunt. A quibus vitiis, qui alienior esse cupit, alienus etiam sit ab hoc ingenio sæviendi contra hæreticos.

XVIII. Observatu dignum est, quod & Calviniani, (qui aliàs in loco de Persona Christi Nestorium sequuntur,) etiam hoc in themate innitentur: nam & ipsi Capitales hæreticorum pœnas approbant, quod patet ex libello Calvini de supplicio Serveti, ex Historia Valentini Gentilis ab Aretio conscripta. Ex Beza, in tractatu de hæreticis à Magistratu puniendis. Ex Danæo in Prolegomenis, de hæreticis, cap. 8. Bucano in Locis Commun. loc. 49. q. 34. Itemque ex Zanchio, qui Tom. 2. Miscell. in Cap. de Magistratu inquit: Omnes ferè ex nostratibus hujus sunt sententiæ, quod hæretici sint gladio puniendi. Quæ verba fortasse, ut fide digna Socino imposuerunt ut omnibus Evangelicis hanc barbaram atque, truculentam tribueret sententiam, quasi omnes ex æquo statuant, hæreticos præfractos propter hæresin occidendos esse. Quod nobis in mentem nunquam venit. Vide D. Meisnerum Philosoph. sobriæ. Sect. 2. cap. 4. quæst. ult. Item in Consideratione Theol. Photinianæ. cap. 3. membr. 3. Moderni Capusiani idem adhuc, ut & Jesuitæ sentiunt. Nam post motus Bohemicos, quos hisce oculis hactenus videmus, Sabinus Capuziani Ordinis Italus, prædicavit ante biennium Viennæ, Ferdinando II. Imperatori nostro, ut omnes Concessiones, literas Majestaticas & quicquid indulsisset Bohemis, Hæreticis laceraret, & sic Imperium in illos exerceret, ut memor esset Dicti Reges eos in virga Ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos. Audi modestiam & charitatem Monachodiabolicam.

Calviniani ut Nestoriani sunt pravi.

XIX. Planè gentilis hic mos est, Homines ad fidem cogere. Exemplo nobis est Antiochus Tyrannus de quo 2. Maccab. 6. 1. & seqq. legitur, quod miserit senem quendam, qui compelleret Judæos, ut se transferrent à patriis & Dei legibus, & contaminare templum Jerosolymitanum. Quæ incursio omnibus gravis & pessima visa est. In quo actu Antiochus gestat Typum Antichristi, & Synogoga Pontificia cum omnibus iis, qui ipsius vestigia sequuntur, antitypum ejusdem in se transferunt. Ex quibus hactenus dictis jam καθ' ἄρσιν patet, quo processu Hæretici tractandi non sint. Κατὰ θέσιν autem hic erit cum Hæreticis summarius procedendi modus, quem in certos gradus distinguemus.

Verus & summarius processus cũ hæreticis.

Primus gradus est διάκρισις *Discretio*: quo Paulus respicit 1. Cor. 12. 10. Quæ requirit solidam scientiam, quæ Perfectorum est. *Perfectorum enim est solidus cibus, eorum, qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali.* Hebr. 5. 14.

Secundus gradus est σκέψις. Examen & diligens inquisitio dogmatum, de quibus agitur, ne imputentur & affigantur suspectis in fide errores, qui ipsis nunquam in mentem venerunt, aut ne innocentes habeantur pro nocentibus & Reis. Unde Apostolus dicit: Rom. 16. 17. *Obsecro*

vos Fratres, σκοπεῖν, ut consideretis eos, qui dißidia & offendicula contra doctrinam, quam vos didicistis, gignunt. Ad quam σκοπεῖν pertinet, non tantum verba Authoris, sed mentem introspicere. Hæresis enim non in verbis, sed in sensu est. Et rectè dicit Lutherus (Tom. 1. Lat. Witt: pag. 415.) *Sceleratum est, cum noveris pium & sanum esse alicuius sensum, ex verbis incommodè dictis errorem statuere.*

Tertius gradus est ἔλεγχος καὶ παιδεία, falsæ doctrinæ oppugnatio. *Cum enim omnis scriptura divinitus inspirata utilis sit, ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, & ad erudiendum in Iustitia.* 2. Tim. 3. 16. monstrandi sunt hæretico errores ex scriptura, & ex ejusdem Scripturæ apertis & literalibus fundamentis est convincendus. Sacrosancta enim scriptura est non tantum Norma, sed & Judex controversiarum.

Quartus gradus est μακροθυμία: arguendus enim est Adversarius non semel, sed aliquoties, cum correptione *una* & *altera.* Tit. 3. 10. ut paulò ante quoque diximus, Et *insistendum tempestivè & intempestivè cùm omni μακροθυμίᾳ longanimitate & doctrina* 2. Tim. 4. 2. Spaciū n. ipsis est dandum ad meditandū, ut considerent proprium periculum, Ecclesiæ dispendium & salutem. Priùs igitur mansuetè cum iis agatur. *Servus enim Domini sit mansuetus ad omnes, didacticus, mala tolerans, in lenitate erudiens.* 2. Tim. 2. 24. Quâ lenitate si nihil proficitur, etiam *durè* debent increpari. Tit. 1. 13. At verò si vel hac sedulitate nihil proficiatur, tunc valeat illud Ambrosii: *Vt inexcusabiles sint, semel corripi oportet. Frequentius n. correpti, exercitatiores fient in malo. Cogere autem illos videtur, qui sæpè corripit, ut sollicitiores fiant ad perditionem multorum, primò dimittendi sunt, ut negligentiores effecti Soli forte depereant.*

Quintus Gradus est τὸ ἐκκλίνειν καὶ παραιτεῖσθαι. Rom. 16. 17. Tit 3. 10. Quod est recusare & quasi repudiare, ut mariti uxores apud Judæos repudiabant. Quod fit, quando ipsis fraternitatem in Christo denegamus. Etsi enim cum hæreticis Concordiam & pacem civilem colere possint Orthodoxi: (siquidem cùm omnibus hominibus pax habenda. Rom. 12. 18.) tamen Hæreticos fratres in Christo agnoscere non possunt. Qui enim doctrinam, cum doctrina Prophetica & Apostolica pugnantem, non affert, ei Ave dici prohibemur. 2. Joh. 10. & 11. *Melius est enim dißidium causa pietatis ortum, quam vitiosa & fucata Concordia.* Nazian. in Orat. 1. De Pace & Recons.

Sextus & ultimus Gradus, Anathema est. Nam si quis adhibita medicina non revalescit pro desperato habetur. Et *si quis aliud Evangelium attulerit,* Anathema sit. Gal. 1. 8. Sunt enim excæcati, & mente corrupti. 1. Tim. 6. 5. 2. Tim. 3. 8. Quod officium consistit in Clave ligante. Et hæc est vera illa Censura Ecclesiastica, ultra quam non datur

progressus

progreſſus. *Spontaneum* enim *populum expetit Dominus* Pſal. 102. 3. Bolib. 4. De Orthod. Fide. *Non enim Religionis eſt, cogere Religionem.* num enim, inquit Damaſcenus *non ſit violentum Tertullianus.*

Additâ tamen hâc cautelâ, ſi in facinus aliquod malum & pernicioſum eruperint, ac certæ alicujus ſeditionis excitandæ, aut Homicidii perpetrandi anſam vel dictis vel Exemplis ſuis præbuerint, aut alioqui aſceleratæ & flagitioſæ vitæ occaſionem per ſe induxerint hæretici, tùm demum eos foro Eccleſiaſtico exire, &(ut alii flagitioſi) ſub poteſtatem gladii & Magiſtratus Politici incidere: quod quilibet per ſe intelligit.

Hæretici cum politicè peccant puniuntur.

CAPUT X.

Solutio Argumentorum de occidendis Hæreticis.

NUnc videbimus Argumenta, quæ à Sanguinariis iſtis in contrarium nobis objici ſolent. Ex quibus hoc palmarium & primum eſt.

In lege Moſaicâ Deut. 13. 1. & ſeqq. *Si ſurrexerit in medio eius Prophetes, aut qui ſomnium vidiſſe ſe dicat, & dixerit tibi, eamus & ſequamur Deos alienos, &c. Non audies verba Prophetæ illius. Propheta autem ille & fictor ſomniorum interficietur.* Item paulò pòſt verſ. 6. *ſi voluerit tibi idem perſuadere frater tuus, &c. Non acquieſcas ei, nec audias, nec parcat ei oculus tuus, ut miſerearis, & occultes eum, ſed ſtatim interficias.* Ergò hæretici ſunt occidendi.

Ad hoc Argumentum plenè & pulchrè reſpondet Magnus ille Theologus D. Brentius, hoc modo: Longè alia, inquit, eſt ratio puniendi hæreticos in Chriſtianiſmo atque olim fuerat in Judaiſmo. In Judaiſmo erant extraneæ & corporales promiſſiones, corporales Benedictiones, corporalis terra, corporale Regnum & Sacerdotium, erant etiam externæ & corporales hoſtium cædes, quæ res ſigna erant & figuræ rectæ virtutis in Chriſtianiſmo manifeſtandæ. Quamobrem ſicut corporalis illa Judæorum benedictio Figura fuit Chriſtianis ſpiritualis Benedictionis, & corporale Regnum, ſpiritualis Regni fuit Symbolum: Ita quoque externa illa & corporalis. Cananæorum & Jebuſeorum cædes ſeu internecio, & Pſeudodoctorũ monſtrat & ſignificat, ut Chriſtiani ratione ſpirituali, hoſtes ſuos, nempe peccata, præterea falſos doctores & Seductores occidant: videlicet, ut peccatum in corpore, Spiritu Dei opprimant, & ſeductoribus in fide ſuâ non adhæreant, ſed quemadmodum Paulus inquit, eoſdem devitent. Et hæc ſpiritualis devitatio, aut nos

Ratio agendi cum hæreticis in V. T. nõ fuit moralis, ſed forenſis.

offendentis abdicatio, per corporalem Pseudoprophetarum interfectionem in lege indicata est.

2. Argumentum hoc est.

Matth. 18. 17. Hæreticos habendos ut Ethnicos & Publicanos.

Ergo tradendi sunt Magistratui. Resp.

Quid sit ut Publicanum & Ethnicum haberi.

Si probaverint, quod Judæi non tulerint ullum Ethnicum aut Publicanum in Republ. suâ, sed hanc ipsam ob causam, quod vel Ethnicus vel Publicanus fuerit, occiderint, tunc fortasse obtinebunt aliquid hoc Argumento. At verò neque illud in æternum probabunt. Non enim idem est, esse Ethicum aut Publicanum, quam igni aut gladio esse civiliter adjudicatum. De Anathemate enim Ecclesiastico, non Politico, nisi verbis tantùm agit Christus, quo Reus potestate clavium excluditur à consortio & gremio Ecclesię, & à communione Ecclesiasticorũ Bonorũ.

3. Sic Argumentatur Bellarminus l. 3. de laicis cap. 21.

Cui licet id quod magis est, ei licet quoque id quod minùs est.

Sed Ecclesiæ licet Excommunicare hæreticos, quod magis est.

Ergò etiam licebit occidere, quod minus est.

Excommunicatio gravior morte secundũ quid.

Resp. Excommunicatio gravior est morte secundum quid, si videlicet finali perseverantiâ in malo, claudatur. Quia autem Excommunicatio includit adhuc spem Resipiscentiæ, cui locum relinquit, imò cum Excommunicatio hoc maximè fine fiat, ut spiritus salvus sit, 1. Cor. 5. 5. Hinc fit, ut occisio, quæ omnem spem locumque Resipiscentiæ præscindit, gravior sit Excommunicatione. Fieri enim potest, dicebat suprà Hieronymus, ut ille qui hodiè noxio depravatus est dogmate cras resipiscat, & defendere incipiat veritatem. Fieri potest, ut qui hodiè Excommunicatus est, cras resipiscat. Sed qui hodiè occisus est, quomodo is cras resipiscere possit?

4. Argumentum.

Hæresis assimilatur Cancro, furibus & latronibus.

Sed Cancer urendus & secandus est, ut scribebat Lipsius: Ure, seca. Fures & latrones sunt occidendi.

Ergò hæretici sunt occidendi.

Simile non est idem.

Resp. Non valet consequentia mutato genere prædicationis usitatò in peregrinum. Neque similitudo debet ad illa membra extendi, ad quæ non intenditur oratio dicentis. Christus enim & Paulus, qui hisce similibus utuntur, notant tantum indolem, ingressum & progressum Hæreticorum.

5. Argumentum.

Petrus Ananiam & Saphiram occidit, Act. 5. 5. Et Christus ejciebat Nummularios è Templo. Joh. 2. 14. Matth. 21. 12.

Ergò licet occidere hæreticos. Resp.

Resp. Huic Argumento eleganter respondet Erasmus. Petrus non tulit sententiam in Ananiam & Saphiram, sed afflatus spiritu Dei vindictam denunciavit. Id si placet in Exemplum rapere, rapiatur & illud, quod idem Petrus (ut & Christus) excitavit mortuos, umbrâ sanavit ægrotos, verbo claudos erexit. Hæc sæpe fecit: Illud non nisi semel. Sic ille. Potest etiam Responderi, quod Exempla sint dissimilia, quia neque Ananias neque Saphira neque Nummularii erant hæretici, sed clancularii Fures & Mendaces, in bonis corporalibus, qui tentare volebant Spiritum Sanctum in Petro, & Simoniam exercere in Templo.

6. Argumentum.

Vim vi repellere licet.

Ergò hæretici sunt occidendi.

Huic argumento, quod etiam Erasmo ab Antagonistâ suo appositum erat sic idem respondet his verbis: Quin potius occinitur illud, quod saltem apud Theologos debuit esse celebratius: Non resistere malo, & non vosmetipsos defendentes, charissimi.

7. Argumentum.

Augustinum proferunt, quod is tandem mutaverit, & concesserit in hanc sententiam, & apertè posteà censuerit scripseritque, hæreticos esse puniendos, ut apparet ex ipsius Epistolis, 48. 50. 204. Tractatu 11. in Johannem. Videatur jus Canonicum, causâ 23. Quæst. 4.

Ergò sunt occidendi.

Resp. Hoc Argumento etiam utitur Danæus in lib. de hæresibus, qui ipse concludit, hæreticos occidendos esse. Nos autem iterum Respondemus cũ Erasmo: Nulla apud Augustinum fit mentio de occidẽdo, sed de puniendo. Sic puniebantur Donatistę, facultatibus, quas habebant illorum Ecclesiæ, translatis ad Ecclesias Orthodoxorum, & actis in exilium, qui non desinerent turbare publicam tranquillitatem. Semper autem Augustinus interserit, dociles esse revocandos, indociles primùm metu cogendos, mox docendos. Adde, quod Donatistæ & Circumcelliones, contra quos Augustinus agit, fuerint Sicarii, & plus quàm hæretici, qui vulnerabant injectâ in oculos calce aceto temperatâ & exoculabant Orthodoxos, alios occidentes, alios ad homicidium, metu mortis adigentes, nec mitiores erant in seipsos quàm in alios. Tanta erat ipsorum rabies. De quâ legatur Epistola Augustini 68. Et tamen in Epistolâ ad Marcellinum, quæ est 159. vult etiam hisce sicariis parci, non quod ita mereantur, sed quod ita congruat Ecclesiæ mansuetudini. *De Circumcel: Vide infra.*

8. Argumentum.

Scomma potiùs quàm Argumentum est, quod afferunt: Vos estis vobis hæreseos conscii. Ergo ita pugnatis pro hæreticis.

Sed tollant ij primò trabem ex oculo suo: ut posteà suo demonstrabimus loco. Item virgis dignum est, non refutatione, quando dicunt ex Paulo, hæreticum devita: ubi per Tmesin legunt de vitâ; scilicet, Tolle. Sed hos lectores (vel lictores potius) oportet aut extremè malos, aut insigniter rudes esse. Nam quid de Græco facient, παραιτοῦ, quod est recusare, aversari? Non autem è vitâ tollere.

CAPUT XI.

De Blasphemis quomodo puniendi? Et, occasione horum, de Judæis, an tolerandi sint in Republ. Christiana.

Triplex Usus Vocabuli.

VOx Blasphemiæ trifariam usurpatur: (1.) Generaliter pro quolibet Convitio & opprobrio, quod alterius φήμην famam lædit: βλασφημεῖν enim in genere convitiari est. (2.) Specialiter pro iis duntaxat convitiis, quibus Divinitas proscinditur. (3.) Specialissimè pro singulari aliquo peccato, quod est in Spiritum Sanctum, seu Irremissibili. De Prima & Tertia significatione hic non agitur. Nam quomodo cum Convitiatoribus, diffamatoribus, & qui Pasquillos faciunt, agendum sit, id ad Judiciũ forense meritò remittitur. Modus procedendi cum iis blasphemis, qui peccant aut peccare videntur in Spiritum Sanctum, cum aliis hæreticis unus & idem est. Et Exemplum habemus in Christo contra Pharisæos. Ergo nunc nobis de secunda & media tantum significatione sermo est, hoc est, de iis blasphemis, qui directè ipsam divinitatem, Verbum & Sacramenta injuriosè proscindunt.

Matth. 12. Luc. 11.

Blasphemia quid?

Definitur autem hæc Blasphemia, quod sit, cum Deo aliquid negamus, quod ei convenit, aut aliquid Deo tribuimus, quod ei minimè convenit: ut definit Thomas. 2. 2. quæst. 13. art. 1. Quo peccati genere, qui obnoxii sunt, duplici foro sistendi videntur. Primum ratione cognitionis, coram Consistoriis & benè constitutis presbyteriis. Est enim in hoc crimine differentia quædam, ratione circumstantiarum diligenter consideranda. Quidam enim blasphemi sunt per ignorantiam, qualem se ipse Paulus fuisse testatur 1. Tim. 1. 13. *quia in incredulitate ignorans fecit*: pro iis primò orandum est; deinde erudiendi sunt exemplo Petri Actor. 3. 17. *Scio quod per ingorantiam fecistis*. Quo fine meritò Consistoriis sistuntur. Quidam etiam blasphemi sunt per Morbum, ut sunt Phrenetici & Melancholici, illi curandi sunt, & per remotiores se-

Blasphemorum differentia.

cessu

cessus amovendi, ne noceant piis auribus. Quidam per Ebrietatem & temulentiam, hoc est, per acquisitam Phrenesin & temporaneum furorem. Etsi autem hi non simpliciter excusandi, sed puniendi meritò sint, quod nimirum sponte per Ebrietatem amentes se fecerint, tamen in illis Ordinaria Blasphemorum pœna cessare videtur, & vel carcere, vel inedia vel alio modo puniendi. Quod si autem extra hasce Circumstantias Blasphemi inveniantur, qui nō patiantur se erudiri, ii à foro Ecclesiastico remittendi sunt ad Magistratum Politicum, ut aliàs in cœteris casibus Consistorialibus fieri solet, qui Custos est utriusque tabulæ, & habet pro se Exemplum pœnæ in Levitico cap. 24. 10. Et executionem ex Constitutione Imperii Carolina. cap. 106. his verbis: So einer GOtt zumist/ das GOtt nit bequem ist/ oder mit seinen Worten Gott/ das jhm zusteht/ abschneidet der Allmächtigkeit Gottes/ seine heylige Mutter/ die Jungfraw Maria schändet/ sollen durch die Amptleute oder Richter von Ampts wegen angenommen/ eingelegt vnd darumb an Leib/ Leben oder Glidern/ nach gelegenheit vnd gestalt der Person vnd lästerung gestrafft werden. Et in Ordinatione Rudolphi Anno 1577. So jemands was/ Würde oder Standes der were/ hinfüro GOtt zumessen würde/ das seiner Göttlichen Majestat vnd gewalt nicht bequeme/ oder mit seinen Worten das jenige/ so GOtt zustehet/ abschneiden wolte / als ob GOtt nicht ein ding vermöcht/ oder nicht gerecht were/ oder sonst dergleichen frevenliche vnrechtliche Lästerwort ohn Mittel in vnd wider GOtt/ vnd die allerheiligste Menschheit vnsers Erlösers Jesu Christi/ oder die Göttliche Sacrament reden/ der soll am leben oder mit benehmung etlicher Glieder (nach gelegenheit/ der Person/ vñ geübter Gotteslesterung nach ordnung der Rechten) peinlich gestrafft werden. Hactenus de Blasphemis.

Porrò per hanc occasionem nunc meritò quæritur etiam hoc in loco, de Judęis, qui hodiè extorres passim vagantur per omnes regiones, quid cum iis agendũ? Et an in Rebuspublicis Christianis tolerandi sint, Jure divino? Quæstio hæc à multis meo judicio difficilior redditur, quàm est. Afferuntur & colliguntur enim argumenta in utramvis partem: idque studiosè, nî fallor, propter praxin multorum Magnatum, & Rerumpublicarum consuetudinem, in quibus hæc gens sæpè nimis magnos invenit Patronos. Videtur enim hîc Doctis accidere, quod olim Aristoteli, Platoni, Plinio & aliis Philosophis, qui quamvis Unitatem Dei indubitatò agnoscerent, non ausi tamen sunt seriò, propter communem populi sui consensum, πολυθείαν acriter oppugnare. Videatur hic Aristoteles lib. 2. de Cælo. cap. 1. lib. 12. Metaph. cap. 8. Plato lib. 1. de Legibus. Plin. lib. 2. cap. 7. Nat. Hist. Quid autem alii vel agant, vel aiant, nos non multum moramur, sed hoc fatemur, (quod pro singulari *Judæi an tolerandi?*

piunt, inquiunt Sched willkom: Sched autem Diabolum significat: Imò putant illum Iudæum maledictum, qui non execretur hominem impium, hoc est, Christianum. Christianum negant salutandum, pro Schalom, contractè dicunt in gutture Schelm: & aliàs miris conviciis & Caballisticis Sophisticationibus verba sua deturpant. *Quartò* scelera quæ Christianis intendunt, & quidem justè, ut ipsis videtur, & haud raro quoque in ipsos committunt, sunt hæc: Docent non esse peccatum, si Iudæus Christianum interficiat, quia Christiani propriè non sint homines. Iudæum item baptisatum impunè occidi posse. Non esse peccatum, si quis rem perditam, quæ sit Christiani, retineat. Non esse peccatum, si quis Iudæus adulterium committat cum Christianâ conjuge. Non esse peccatum, si Iudæus furetur Christianis. Imò gloriantur in malitiâ hâc, & DEO agunt gratias, quod per ipsius gratiam (audi novam blasphemiam) possint decipere Christianos. Denique seditiosi & rebelles sunt, si non semper actu, tamen studio & intentione, quia Imperium Romanum appellant Regnum Edom, Regnum superbum & Tyrannicum, Regnum impium, Regnum Esau. Quid igitur de iis sperandum si emergerent? Certè non voluntas, sed facultas tantum ipsis deest. Cætera ibi legantur fusius. Nos iudicamus quod plus quam abundanter Minorem Syllogismi nostri probaverimus, Omnes scilicet Inconversos Iudæos Blasphemos, & ob id rectè concludi, per Constitutionem Carolinam puniendos esse. Nam si illi Blasphemi verè sunt, & ut Blasphemi puniendi sunt, qui garriunt hoc modo: *In Dei despectum hoc faciam*: Aut, *quicquid agam, Deum tadeat, Deo displiceat*: *Maledico Deum*: *Iuro per Caput Dei*: *Abnego fidem*: *Deus est iniustus, improvidus. &c.* sicuti has blasphemias recenset Menochius, de Arbitrariis Iudicum quæstionibus. Quid non multò fiat magis cum his Iudæis, qui multis parasangis hos blasphemos post se relinquunt? Non potest igitur Christianus Magistratus impunitos penes se relinquere Iudæos. Pœnæ autem seu punitionis hic debebat esse processus cum Iudæis (1.) In custodiam essent per Magistratum Politicum agendi. (2.) Erudiendi essent ex veteri Testamento, per Doctos Theologos, & convincendi blasphemiarum, quibus scateat ipsorum Religio contra Messiam, & invitandi ad pœnitentiam. (3.) Si obstinati persisterent in suâ religione, detegenda illis esset per Magistratum criminalis sententia Iuris, quæ in eos quadret per Constitutionem Carolinam. Quartò, ut agnoscerent Christianam clementiam, dimittendi, & per singularem gratiam terrâ exire juberentur. Nam etiam per Legem ipsam licet Iudici mitigare sententiam, per hæc verba, Nach gelegenheit der Person. Idque in gratiam Patriarcharum & Christi, quibus sanguine juncti sunt, ut postea sequetur. Et sanè nihil

Lib. 2. Cent. 4. casu. 375.

Modus puniendi Iudæos.

Instantia de Igno-

potest ad supradatum Syllogismum nostrum infringendum solidè inferri, nisi quis dicat facere hoc eos per Ignorantiam. Jam autem ipse Petrus excusat Judæos sui temporis, quod per Ignorantiam id fecerint. Actor. 3. 17. Respondemus autem, longè diversam esse nunc rationem horum Modernorum Judæorum, & illorum, quibus Petrus concionatus est. Nondum enim tunc temporis erat tanta lux Evangelii, ut nunc est per Dei gratiam: neque illi adhuc erant tot testimoniis convicti, ut moderni. Tunc enim primò cœp[i]t tantum surgere aurora Catholicæ Vocationis, & Universalis fidei, omnium gentium. Deinde nondum facta erat totalis Eversio Jerosolymæ, & omnimoda dispersio Judæorum per totum mundum, cum eversione Templi, & desolatione totius Sacerdotii. Quæ testimonia tam dilucida sunt Veritatis Evangelicæ, Infidelitatis Judaicæ, & iræ divinæ argumēta, ut luce meridiana sint clariora. Neque excusat ignorantia in his, quæ sunt de fide. Maximè Iudæos, qui non præsumuntur, quod ignoranter errent. Nam Exempli gratiâ, si Furi suspendendo irrogetur, per sententiam ut toto vitæ suæ tempore restim de collo suspensam circumferat. Nonne si is volet negare, se furem esse, Affectatæ ignorantiæ convinci poterit per ipsius Restis argumentum & intuitum? Ita moderni Iudæi convinci poterunt crassæ, supinæ & affectatæ Ignorantiæ, etiam per ipsam exilii pœnam, quam ceu restim furis è collo dependentem circumgestant. Qua de re prolixè legatur Pathetica & præclara illa Confessio, R. Samuelis Marrochiani: in qua Epistola, quot sunt Capita, tot sunt μαρτύρια, Iudæos modernos esse αὐτοκατακρίτους, atque ita hærere quidem in ignorantia, sed quæ malæ dispositionis & affectata est. Habent enim Mosen & Prophetas. Unde quoque longè deteriores, minusque excusabiles sunt, quam Mahometistæ, sicut etiam satis clarè deducitur in ultimo Capite Epistolæ dictæ R. Samuelis. Adhibeatur etiam hîc scriptum Iulii Conradi Ottonis quondam Professoris Altorffiani, cui titulum fecit; Occultorum detectio, qui liber etiam hîc Stetini recusus est Anno 1613.

[Igno]rantia Iudæorū.

Ignorantia quando non excusat.

Ex quibus omnibus uno argumento satis superque demonstratum esse speramus, Iudæos blasphemos, & ob id non tolerandos esse. Cœtera Argumenta suadentia Iudæos omninò esse è Republica Christianâ ejiciendos, brevitatis studio prætermimus, quos si Lector huc congerat, noster Syllogismus magis adhuc magisque munietur, & vallo quasi circumdabitur. Maximè ex Historicis colligantur scelera Iudæorum omne humanitatem excedentia, ut quando pueros bimulos crucifixerint, Hostias sanguine miscuerint humano, venena Imperatoribus & Principibus propinārint, &c. de quibus omnes Historici vociferantur.

Vide Sethum. Calvisium.

Nunc tempus est, ut ponderemus Argumenta, quæ in contrarium afferri

ferri solent, nimirum Iudæos non profligandos sed tolerandos esse in Ecclesia.

Primum argumentum est propter spem Conversionis, per quotidianam Conversationem cum Christianis Rom. 11.25. Ut omnis Israel salvus fiat.

Resp. Ego inverto argumentum. Nam non tantum propter spem Conversionis, sed & ad iuvandā conversionem, Iudæi tolerandi non sunt, sed ut blasphemi puniendi, inque, exilium pellendi sunt ad minimum, ut per hoc Medium tanquam, per *compelle intrare* discant agnoscere suas blasphemias. *Felix enim necessitas, quæ ad meliora compellit* inquit Augustinus. Nunc autem dum tolerantur, & libera ipsis relinquitur conversatio, cum Synagogis, & pinguior etiam sors quam Christianis, & omnis licentia flagellandi Christum, & Christianos, tum verbis tum factis, quæritur an non magis ipsorum Conversio impediatur, quam iuvetur? Locum Pauli Rom. 11.25. quod attinet, is de nulla turmata & gregali conversioni, quæ tamen universalis ratio temporis, spem facit, sed de partiali tantum quæ partim facta est, partim subinde fit, & fiet quoque deinceps: non quidem catervatim, sed sparsim & individualiter, quæ sufficit ad veritatem verborum Pauli, sicut fusius in Tractatu nostro *de Regno Christi* declaravimus. Quæ spes per hanc Executionem Blasphemiarum & pænalem Rigorem tantum abest, ut impediatur, ut etiam magis magisque promoveatur. Quod experientia testari possumus. Etsi enim nos rigidè exequamur contra Iudæos in hac regione, tamen meo tempore memini duos Iudæos apud nos conversos & baptisatos esse.

Quomodo omnis Israel convertendus sit.

Secundum argumentum in patrocinium Iudæorum hoc affertur: Si à Christianis penitus eijciantur, tunc multò liberius sunt blasphematuri.

Resp. Hac ratione nullus reus vel fustibus abigendus, vel proscribendus, vel ad metalla, vel ad remos, vel in exilium mittendus esset, siquidem periculum foret, ut multò liberius sit peccaturus. At verò esto, quod hic homuncio peccaturus sit liberius, tamen propter Exemplum cavendum est, ne id faciant cœteri, vel si faciant, ne id patrent in nostro territorio. Quid verò illi ad nos, qui foris sunt? Quilibet agat quod suum est, domi.

Tertiò vel ob hanc causam tolerandi videntur, Quia nostram Religionem testimonio suo ratione Veteris Testamenti, confirmant.

Resp. Non causa ut Causa adducitur. Nam Testimonium nostræ religionis ratione Veteris Testamenti, nunc satis vel eo κριτηρίῳ confirmatum est, quod Iudæos extorres & sine Rege esse toti mundo constat, ubi

ubi etiam sint. Et si maximè vel hoc testimonium Iudaicum nobis deesset, malè nobiscum ageretur, nisi prægnantiora nobis superessent testimonia. Solus Iesus Christus, qui in hunc mundum venit, nobis sufficit in confirmationem Veteris & novi Testamenti. Denique testimonium hoc poterit peti à Iudæis conversis melius, quàm inconversis.

Quartò ideò tolerandi videntur, ut nobis speculum exhibeant iræ divinæ, erga contemptum Evangelij.

Resp. Hoc Argumentum Bernhardi testimonio muniri solet, *in Epist. 322.* Qui Iudæos ne quidem effugandos esse putat, ideò, quia *Vivi quidam apices sunt repræsentantes Dominicam passionem, & testes nostræ Redemptionis.* Sed hoc Argumentum valebit vel propter autoritatem Bernhardi dicentis, vel rationem dicti. Auctoritas Bernhardi magna quidem est, sed non tanta. Ratio dicti insufficiens est. Nam quod Iudæi apices sunt repræsentantes & testantes Dominicam Passionem, id fit per accidens, & quidem non sine damnabili pravitate. Nam Iudæo conspecto, Domini passio quidem recurrit Christiano, non quia fuerit tantum crucifixor Christi, sed qui etiamnum sit. Quod Christiano pariet animi indignationem, & ita perturbatam devotionem. At verò talis Dominicæ passionis memoria potius obliteranda, quam iuvanda est, maximè cum memoria passionis Dominicæ rectius fiat in Eucharistiæ Sacramento. Et Christus iubeat Passionem suam deplorare, non ut Iudæos accusemus, sed ut nos potius deploremus. Et ut magis intelligatur Insufficientia huius Rationis, dicam simile. Conspecto Serpente recurrit mihi memoria lapsus primorum parentum, sed non cum magna animi devotione; at verò cum maiori indignatione. Nunquid ergò concludendum propterea serpentes fugandos non esse, ut sint memoraclum, vel ut Bernhardus loquitur, apices repræsentantes & testantes lapsum Protoplastorum? Nam etiam dum fugantur, possunt esse huius rei testes, ubi ubi sint.

Iudæus quomodo passionem repræsentet.

Quintò Iudæi contra Paganos nobis inservire possunt: Sunt enim Christianorum Bibliothecarij. Quod probari solet dicto Psalmi 59.12. Et per Augustinum Epist. 59. Item in libro de doctrina Christiana.

Resp. Fuerunt nostri Bibliothecarii. Nunc ubi thesauros illos librarios è manibus suis, apud nos Christianos semel deposuerunt ipsorum amplius operâ non multum indigemus. Nam si nunc ipsorum fide in cōmunicandis libris V. T. standum esset, malè nobiscum ageretur. Constat enim, quanta pervicacia & fraude recentiores supprimant veterum scripta, & quæ videntur in Christianorum subsidium vergere, studiosè corrumpant. Pone a. quod talis casus detur, ubi vivo ipsorum testimonio, contrà gentiles, opus sit Ecclesiæ, an non præstari id possit per conversos Iu-

sos Iudæos, qui nunquam desunt in Ecclesia? aut si plurium testimonio opus sit, nonne ex media Turcia, aut India possint advocari, aut etiam per literas subsidiales, ipsorum testimonium peti? Qua fide autem cum libris Veterum agant, vide quem super allegavi libellum, Iulij Conradi Ottonis.

Sextò præstat Iudæos inter Christianos vivere, ut magis sentiant onus Captivitatis.

Resp. Ergo vt magis sentiant onus captivitatis, magis ob Blasphemiæ delictum puniantur. Quomodo autem inter Christianos non ut captivi, sed vt Domini & Conculcatores Christianorũ, è suis rapinis & usuris vivant, testatur experientia, & non potest id lacrimis ne dum verbis satis deplorari.

Septimò in nonnullis Politiis magnum emolumentum præstant E. g. Si Reipubl. inopinato Casu opus sit ingenti summa præsentis pecuniæ, illa à Iudæis intra paucos dies confici potest, ut Magistratus omni molestia sublevetur.

Argumentũ aureũ, pro Iudæis.

Resp. Hoc Argumentum, primo loco ponendum fuisset; est enim gravissimum, quia aureum est. Aurum enim omnium metallorum gravissimum. Sed unum tamen hoc Argumentum vitium habet. Quodnam illud? Spongiosum est. Mali enim Principes huiusmodi Spongiis uti solebant, ad emungendos tacitè subditos suos & clàm colligenda tributa. Vt hodie fit per Iudæos, quibus Monetarũ Officinas vendunt Dynastæ. Sed malo cum genio. Hoc enim medio Iudæi inflammantur ad maiora furta, rapinas, vsuras, ut multa furati pauca dent, *Non autem sunt facienda mala, ut eveniant bona*, inquit Apostolus.

Octavò, ob reverentiam Patriarchalis originis, & quod Christi consanguinei sint iuxta Carnem, tolerabilius tractandi videntur.

Resp. Si convertantur, magis amandi. Sed quandiu blasphemant, non pareat ipsis oculus tuus: aliàs olim nullus Iudæus potuisset puniri, siquidem omnes fuerint consanguinei Christi. Et sanè satis tolerabiliter tractantur, si pœna Ordinaria debita Blasphemis mitigetur, & mutetur in Exilium.

Nonò succedunt Rationes ab Auctoritate: Vt consuetudines Veteris Ecclesiæ. Item quod tolerentur Iure Civili. Item Iure Canonico. Item quia hoc sit de reservatis Imperatoriis. Sed hæc argumenta parvi sunt momenti, si ad ius divinum, de quo nos quærimus, conferantur & ad atrocitatem blasphemiarum, quas evomunt, expendantur. Si quis instet & suadeat, Blasphemias etiam in præsentibus coercendas & vindicandas esse, is Corvum lavare iubet. Nam Iudæum vult esse non Iudæum, quod etiam nos fieri præoptamus, sed per medium Pœnitentiæ. Quæ si sequatur

si sequatur, composita iam inter nos lis est. Si non sequatur, Iudæi erunt qui sunt, hoc est blasphemi. Blasphemare enim religionis Iudaicæ innatum principium est Proprium in quarto modo, & ob id in illis bestiis, dum in Religione sua subsistunt, incorrigibile. Tantum de hac quæstione. Legatur hic Lutherus Tom. ult. Ien. Item Gerhardus in Centuria Politic. quæst. Decade. 9. Et Iurisconsultus Speckhan. Cent. 2. Classe. 1. quæst. Iuris.

Blasphemare est proprium Iudæorum in 4. modo.

CAPUT XII.

De Inquisitoribus & Inquisitione hæreticæ Pravitatis.

Annexum est superioribus capitibus propter praxin, quam Pontificij hodiè exercent, etiam de Inquisitoribus aliquid dicere. Verum enim est, quod Lutherus pronunciat. Romanam Ecclesiam nullam hæresin ordinariâ viâ per Scripturam convicisse, sed vi potius tumultuariâ tantum & Excommunicatione per Reges, Principes, aut per dolos malos, & falsa verba ejecisse, combussisse, oppressisse: Et cum Alexandro Magno Gordium nodum non dissolvisse, sed ense dissecuisse: Et uti Marcellus Palingenius de Clemente 7. scribit.

Tom. 2. Latin. Witemb. p. 228. b.

Non disceptando, aut subtilibus argumentis
Vincere, sed ferro mavult sua iura tueri.

Cuius rei argumentum est, quod aiunt: (1) cum hæreticis disputandum non est, neque ex verbo Dei cum illis agendum, ut vult Eccius in suo Enchiridio. (2) quod dicunt, nullam hæresim sufficiēter refutatam esse, vel refutari posse ex solâ sacrâ Scriptura. Neque enim Spiritus Sanctus etiam per Scripturam judicare aut pronunciare potest, Gretzere tu erras &c. sicut hæ voces Iesuiticæ auditæ sunt in colloquio Ratisbonensi. Dum igitur suæ causæ diffidunt, & judicio Scripturæ stare nolunt, aliam sibi viam aggrediendam esse censent. Quæ est, per Tyrannidem & Inquisitionem Hispanicam, ut Papa hoc modo solus sit Iudex controversiarum, non tantum incidens controversias, sed occidens controvertentes: Nit nur Richter sondern auch Scharpffrichter. Cæterum illa Inquisitio, quæ sola hodiè fulcrum est desperati Regni Pontificij, instituta olim fuit à Ferdinando & Elisabethâ, Rege & Reginâ Hispaniæ, contra Iudæos tantum, qui post baptismum suos ritus & leges retinuêre. Nunc autem, quando Lutheri nomen est invulgatum, in omnes promiscuè, qui vel leviter suspecti sunt, exercetur, satis asperè quidem, & subitò. Vide Sleidanum l. 19. suæ historiæ. Ex quibus verò fontibus Inquisitionem suam hauriant, & informent, specimen capi potest ex impijs

Compendiosa refutatio hæreticorum.

Inquisitio quando cœperit.

Fontes Inquisitionis Hispanicæ.

ſos Iudæos, qui nunquam deſunt in Eccleſia? aut ſi plurium teſtimonijs opus ſit, nonne ex media Turci, aut India poſſint advocari, aut etiam per literas ſubſidiales, ipſorum teſtimonium peti? Qua fide autem cum libris Veterum agant, vide quem ſuper allegavi libellum, Iulij Conradi Ottonis.

Sextò præſtat Iudæos inter Chriſtianos vivere, ut magis ſentiant onus Captivitatis.

Reſp. Ergo vt magis ſentiant onus captivitatis, magis ob Blaſphemiæ delictum puniantur. Quomodo autem inter Chriſtianos non ut captivi, ſed vt Domini & Conculcatores Chriſtianorũ, è ſuis rapinis & uſuris vivant, teſtatur experientia, & non poteſt id lacrimis ne dum verbis ſatis deplorari.

Septimò in nonnullis Politiis magnum emolumentum præſtant E. g. Si Reipubl. inopinato Caſu opus ſit ingenti ſumma præſentis pecuniæ, illa à Iudæis intra paucos dies confici poteſt, ut Magiſtratus omni moleſtia ſublevetur.

Argumentũ aureũ, pro Iudæis.

Reſp. Hoc Argumentum, primo loco ponendum fuiſſet; eſt enim graviſſimum, quia aureum eſt. Aurum enim omnium metallorum graviſſimum. Sed unum tamen hoc Argumentum vitium habet. Quodnam illud? Spongioſum eſt. Mali enim Principes huiusmodi Spongiis uti ſolebant, ad emungendos tacitè ſubditos ſuos & clàm colligenda tributa. Vt hodie fit per Iudæos, quibus Monetarũ Officinas vendunt Dynaſtæ. Sed malo cum genio. Hoc enim medio Iudæi inflammantur ad maiora furta, rapinas, vſuras, ut multa furati pauca dent, *Non* autem *ſunt facienda mala, ut eveniant bona*, inquit Apoſtolus.

Octavò, ob reverentiam Patriarchalis originis, & quod Chriſti conſanguinei ſint iuxta Carnem, tolerabilius tractandi videntur.

Reſp. Si convertantur, magis amandi. Sed quandiu blaſphemant, non pareat ipſis oculus tuus: aliàs olim nullus Iudæus potuiſſet puniri, ſiquidem omnes fuerint conſanguinei Chriſti. Et ſanè ſatis tolerabiliter tractantur, ſi pœna Ordinaria debita Blaſphemis mitigetur, & mutetur in Exilium.

Nonò ſuccedunt Rationes ab Auctoritate: Vt conſuetudines Veteris Eccleſiæ. Item quod tolerentur Iure Civili. Item Iure Canonico. Item quia hoc ſit de reſervatis Imperatoriis. Sed hæc argumenta parvi ſunt momenti, ſi ad ius divinum, de quo nos quærimus, conferantur & ad atrocitatem blaſphemiarum, quas evomunt, expendantur. Si quis inſtet & ſuadeat, Blaſphemias etiam in præſentibus coercendas & vindicandas eſſe, is Corvum lavare iubet. Nam Iudæum vult eſſe non Iudæum, quod etiam nos fieri præoptamus, ſed per medium Pœnitentiæ. Quæ

ſi ſequatur

nes tàm scelerosos pro libidine agere permitterent. Hæc ille. Quis igitur hos Inquisitores Satanæ Angelos esse neget?

Inquisitores Satanæ Angeli.

Detestanda autem est hæc tyrannica & plus quàm Turcica in hæreses inquirendi, easque exstirpandi ratio: In quâ *primò* Pontificij sequuntur vestigia Idololatrarum in Ophrâ, cum Gideon altare Baal ex mandato Dei excidisset, tunc enim invicem quærebant, quis hoc fecit? Et cum deprehensus esset Gideon, filius Ioas, dicebant: *Produc filium tuum huc, ut moriatur, quia destruxit aram Baal & succidit nemus. Iudic. 6.30.* Item, sequuntur ingenium & rabiem Pharisæorum & Scribarum contra Christum & Apostolos, quorum Coriphæus Caiphas est, qui idem dicitur, quod Inquisitor: Item, æmulantur hâc in re in conversum Saulum, *qui spirans adhuc minarum & cædis in discipulos Domini, accessit ad Principem Sacerdotum, & petiit ab eo, Epistolas in Damascum ad Sinagogas, ut si quos invenisset, hujus via viros ac mulieres, vinctos perduceret in Ierusalem, Actor. 9.5.*

Inquisitores sequuntur Idololatras in Ophrâ.

Caiphas Inquisitor.

Saulus Inquisitor.

Secundò per hos Inquisitores Hispanicos hodiè complet Romana meretrix in se mensuram vaticinij Apocalyptici, cap. 17. 6. Quæ inebriatur sanguine sanctorum, quæ quotidiè sorbet & absumit.

Inquisitores inebriantur S. sanguine.

Tertiò Recedit etiam hâc in parte à formâ veteris Ecclesiæ. Rectè enim testatur Erasmus, usque ad Augustini ætatem plus quàm quadringentis post Christum natum annis, nusquam orthodoxos implorasse Cæsaris præsidium adversus Hæreticos, cum id frequentissimè factum esset ab ipsis Hæreticis. Ad quam sententiam non solum invitabant exempla Christi, Apostolorum, & Martyrum, verum etiam metus propellebat, considerantes fore periculum, ut si terribilius ageretur, pro hæreticis victis haberent Christianos, majori Christiani gregis pernicie. Sic igitur hodiè, & à Christi & ab Apostolorum & à primitivæ Ecclesiæ formâ, & more, Pontificij omninò hac quoque in parte recedunt.

Erasmus

Quartò olim cum aliorum sententia vicisset, & edictum Macedonij præsidis sic ambiguis verbis esset propositum, ut hæreticis videretur minari necem, ni resipiscerent, Augustinus illum diligenter admonuit, ne quenquam interficeret, cum hoc jus nec ex constitutionibus Cæsaris haberet: laudatque, quod edicto posteriore verborum ambiguitatem explicâsset. Idem admonet præter alios Dulcitium Tribunum, ut Donatistas edicto suo corrigat, non occidat. Vide Tomo 2. epist. 61. Ab Augustini igitur exemplo & sententiâ, non minus Pontificij hâc suâ sanguinariâ Inquisitione resiliunt.

Augustinus dissuadet internecionem.

Quintò olim [illegible] piscoporum Hæretici citati reddebant suæ doctrinæ rati[illegible] is libera erat optio, utrum mallent ipsi suum dogma [illegible] thema, an simul cum dogmate feriri Anathemate,

Vetus Processus c[illegible] Hæreticis.

impiis articulis Bavaricæ Inquisitionis, quos Anno 1559. Philippus Melanchthon solidè refutavit. Videantur etiam nonnulli articuli Inquisitionis Pontificiæ, iuxta quos in Galliâ persecutionem instituerunt, Anno 1542. apud Osiandrum, centuria 16. Historiæ Ecclesiast.

Processus Inquisitorum. Processus autem horum Inquisitorum vulgariter hic est: Primò, emitt proditores, ceu canes venaticos, qui suspectos exploratos deferunt.

Secundò quamprimum per levem suspicionem quispiam defertur ad Inquisitores, statim ab executione fit initium: Rapitur: capitur: Conijcitur in carcerem: Fatigatur inediâ: Posteà visitatur ab uno aut altero Monacho: Iubetur de fide respõdere: si vel unica syllabâ prodat se dissentire, statim suspenditur, & genere tormenti, quod Strapacordam Itali vocant, aut alijs equuleis ad Palænodiam adigitur: quam si obtinent, oportet ipsum primum errorem coram Episcopo, vel alio Inquisitore confiteri. (2) debet hæresin abjurare, formâ juramenti, quæ extat in Distinctione de Consecratione cap. 2. (3) debet dignam satisfactionem exhibere c. ad abolendam, l. 6. de Hæreticis. Satisfactio hæc est, ut bona omnia Fisco Regio addicentur. Item, ut vel perpetuo carcere puniatur, vel per omnem vitam, vel ad certum tempus vestitum ignominiosum (quẽ Sambenitum vocant) colore flavo & rubrâ cruce pictum gestet. Quod si autem captivus constans manet in suâ fide, statim conclamatur:

Ferte citi flammas, date ligna, & perdite monstrum,
Ense, rotâ, ponto, funibus, igne, rogo.

Post pronuntiatas mortis sententias, si qui ad ignem ducendi sunt, imponitur capitibus ipsorum tiara, quæ habet multos pictos dæmones cum ignibus infernalibus, & induuntur Sambenito, similibus picturis deformato, imponuntur mulis, & cum comitatu multorum armatorũ ad locum supplicij trahuntur, sicut hujus tyrannidis tristissimum Exemplum prolixe legitur apud Osiandrum in Historiâ Ecclesiasticâ. Cent. 16. lib. 3. cap. 34. Cujus autem farinæ sint hi Inquisitores, placet ex Alphonso Conrado, patriâ Mantuano, cognoscere, qui in 9. capit. Apocal. sic scribit: Orbi terrarum notum est, fuisse permultos ex his, qui

Inquisitores quales sint.

"sub prætextu Zeli Christianæ pietatis, cum in officio Satanicæ Inquisi-
"tionis in Christi membra sævissimè grassarentur, deprehensi sunt Ne-
"romantici, Monetarij, Monialium stupratores, falsari, & fœdissimi
"omnium Sodomitæ; quæ indigna facinora ut ostenderet Papa sibi sum-
"mopere placere, noluit unquam permittere, ut hi Magistratus, qui ta-
"les nebulones in tàm horribilibus flagitiis absque omni prorsus excusa-
"tione deprehenderunt, eos iustis (ut par est) legibus cohiberent, sed sub
"anathemate & iniqui belli interminatione illos omninò coegit, ut homi

nes tàm

nes tàm scelerosos pro libidine agere permitterent. Hæc ille. Quis igitur hos Inquisitores Satanæ Angelos esse neget?

Inquisitores Satanæ Angeli.

Detestanda autem est hæc tyrannica & plus quàm Turcica in hæreses inquirendi, easque exstirpandi ratio: In quâ *primò* Pontificij sequuntur vestigia Idololatrarum in Ophrâ, cum Gideon altare Baal ex mandato Dei excidisset, tunc enim invicem quærebant, quis hoc fecit? Et cum deprehensus esset Gideon, filius Ioas, dicebant: ***Produc filium tuum huc, ut moriatur, quia destruxit aram Baal & succidit nemus.*** *Iudic. 6.30.* Item, sequuntur ingenium & rabiem Pharisæorum & Scribarum contra Christum & Apostolos, quorum Coriphæus Caiphas est, qui idem dicitur, quod Inquisitor: Item, æmulantur hâc in re inconversum Saulum, ***qui spirans adhuc minarum & cædis in discipulos Domini, accessit ad Principem Sacerdotum, & petiit ab eo, Epistolas in Damascum ad Sinagogas, ut si quos invenisset, hujus viæ viros ac mulieres, vinctos perduceret in Ierusalem, Actor. 9. 5.***

Inquisitores sequuntur Idololatras in Ophrâ.

Caiphas Inquisitor.

Saulus Inquisitor.

Secundò per hos Inquisitores Hispanicos hodiè complet Romana meretrix in se mensuram vaticinij Apocalyptici, cap. 17. 6. Quæ inebriatur sanguine sanctorum, quæ quotidiè sorbet & absumit.

Inquisitores inebriantur S. sanguine.

Tertiò Recedit etiam hâc in parte à formâ veteris Ecclesiæ. Rectè enim testatur Erasmus, usque ad Augustini ætatem plus quàm quadringentis post Christum natum annis, nusquam orthodoxos implorasse Cæsaris præsidium adversus Hæreticos, cum id frequentissimè factum esset ab ipsis Hæreticis. Ad quam sententiam non solum invitabant exempla Christi, Apostolorum, & Martyrum, verum etiam metus propellebat, considerantes fore periculum, ut si terribilius ageretur, pro hæreticis victis haberent Christianos, majori Christiani gregis pernicie. Sic igitur hodiè, & à Christi & ab Apostolorum & à primitivæ Ecclesiæ formâ, & more, Pontificij omninò hac quoque in parte recedunt.

Erasmus

Quartò olim cum aliorum sententia vicisset, & edictum Macedonij præsidis sic ambiguis verbis esset propositum, ut hæreticis videretur minari necem, ni resipiscerent, Augustinus illum diligenter admonuit, ne quenquam interficeret, cum hoc jus nec ex constitutionibus Cæsaris haberet: laudatque, quod edicto posteriore verborum ambiguitatem explicâsset. Idem admonet præter alios Dulcitium Tribunum, ut Donatistas edicto suo corrigat, non occidat. Vide Tomo 2. epist. 61. Ab Augustini igitur exemplo & sententiâ, non minus Pontificij hâc suâ sanguinariâ Inquisitione resiliunt.

Augustinus dissuadet internecionē.

Quintò olim in Synodis Episcoporum Hæretici citati reddebant suæ doctrinæ rationem. Convictis libera erat optio, utrum mallent ipsi suum dogma pronunciari Anathema, an simul cum dogmate feriri Anathemate,

Vetus Processus cum Hæreticis.

themate, id est, à communione separari. Nam hæc tunc erat pœna Ecclesiæ gravissima. Exempli loco Berengarius esse potest, qui aliquot Synodis contra ipsum habitis, postulatus est de veritate corporis Christi in Cœna: Huic nulla vis est adhibita, etiam cum semel dimissus in eundē errorem est relapsus, Anno Christi Millesimo quadragesimo. A quo processu Monachi hi sanguinarij nunc toto distant cœlo.

Petrus de Ancorato.

Sextò. Etiam hoc ex antiquitate patet, quòd post Augustini tempora hunc processum servarint Christiani, sicut testatur Petrus de Ancorato, super Sextum de Hæreticis, quod cognitio contra Hæreticum spectet ad forum Ecclesiæ, executio verò ad Iudicem secularem. Consuevit enim esse Pœna ignis quam Ecclesia non imponit. Sic ille. Et in Iure Canonico, caussa 23. Quæst. 4. cap. 48. sic Gregorius affatur Exarchum Aphricæ: sicut Excellentiam vestram hostilib. bellis in hâc vitâ Dominus victoriarum fecit luce fulgere: Ita oportet & inimicis Ecclesiæ eius omni vivacitate mentis & corporis obviare. Et paulo post. Eminentia vestra conatus Hæreticorum comprimat, & superbas eorum cervices iugo rectitudinis premat. Sic olim. sed nunc ultra Principum edicta sæviunt isti Clementiæ (scilicet) magistri, & per viam Inquisitionis Hispanicæ & Iudicium & executionem super Hæreticos licitè exercent, non implorato vel exspectato Iudicio & edicto Magistratus Politici cuiusque loci: Habent enim aut habere se potius jactitant, utrumque gladium.

Pōtificij sunt Novatiani.

Septimò, Peccatur etiam in hoc: Quod secundò Relapsis in Hæresin nullam indulgeant gratiam, in quo Novatianorum errori subscribunt. Sic enim dicitur, extra de Hæreticis: Nos itaq; Inquisitioni tuæ de Fratrum nostrorum consilio respondemus, qui post abiurationem deprehensi fuerint in hæresin decidisse, sine ullâ penitus audientiâ relinquēdi sunt Iudicio seculari, Ubi Bernhardus Lutzelburgus addit in Catalogo suo Hæreticorum, quod secundò Relapsis Ecclesia gratiam non indulgeat, addens hanc ineptam rationem: si hæretici revertentes semper reciperentur, & conservarentur in vitâ, & alijs temporalibus bonis, esset in præiudicium salutis aliorum. Nam si hæc ratio militat, iam nullis Relapsis in peccata & scandala communia patebit reditus ad gratiam, ne scil. id fiat in præiudicium salutis aliorum.

Ad Inquisitorē Duo pertinent.

Octavò peccatur ab Inquisitoribus in inordinato Processu, quem servant in suâ sanguinariâ Inquisitione. Nam ut iterum Lutzelburgus ait: *Ad Inquisitorem Hæreticæ pravitatis duo pertinent: Pergere ac capere. Et hi Inquisitores eliguntur ex versutissimis. Nam ut idem Auctor inquit. Inquisitor non à casu, sed ab arte, ex amussi instituendus est, & debet esse doctus & expertus, & in his quæ ad officium suum pertinēt debet esse resolutus, & fulgere in geminâ scientiâ, Theologica sc. & Iuridica: & debet habere quadra-*

quadragesimum annos: Dicitur enim: Non arabis in primogenito bovis, id est, in ætate juvenili non inquires. Sic ille. Quibus sola confiscationum, carcerum, suppliciorum, incendiorum sævitia, nimium placet, licet sint ex eorum numero, qui perfectionem Christianæ Pietatis profitentur, quorum omne studium esse debebat, mederi potius, quàm interimere, & legum severitatem intercessione suâ mitigare. *Interdum Monachi vanū spargunt rumorem, mox veluti suspectum pertrahunt in carcerem, ubi disputant suo more, notantur Articuli, & parantur fasciculi.* Hæc Querela est Erasmi.

Nenè Diabolicè sæviunt etiam hi Inquisitores in scripta Patrum, ut, quicquid patrocinari videtur veritati, & adversari falsitati Antichristianæ, id inquirant, expurgent, & expungant, sicut hoc nomine Indicem expurgatorium, qui in mediâ luce est, testem vocamus. *Index expurgatorius.*

Decimò etiam hoc argumentū est, plus quā Diabolicæ inhumanitatis, quod non tantum in corpora & Animas viventium sæviant, sed & in cadavera defunctorum more canum Sepulchralium, & Hircanorum, qui cadaveribus humanis defunctorum saginabantur. Extant autē antiquæ Leges Salicæ, excusæ Basileæ Anno 1557. In quorum titulo 58. fol. 31. severè prohibetur, ne quis corpus sepultum effodiat & spoliet, sub grandi mulctâ pecuniariâ, & pœnâ infamiæ. Quæ Lex si ævo nostro obtineret, jam de loculis & omni honestate ac salute Inquisitorum Hispanicorum actum est. Quâ de re vide Remunerationem meam contra Gretzerum Membro Quinto. *Inquisitores sunt Canes sepulchrales.* *Per Leges Salicas ne quis effodiat sepultos.*

Cœtera scelera & Tormenta, Tauro Phalaridis crudeliora, cum infinita Martyrum strage, quam contra leges divinas & humanas, edunt, deplorari magis, quam describi possunt. Mittamus ergò tandem hos lictores & carnifices.

CAPUT XIII.

An & quomodo cum Notoriis Hæreticis conversandum sit.

NOtorios Hæreticos dicimus, non Judicio Inquisitorum Hispanicorum, aut Præjudicio Romanæ Synagogæ damnatos, sed verbo Dei Scripto convictos. Hos igitur cum ostenderimus, non igni & gladio exterminandos, sequitur tolerandos esse. Paulus enim in Epistolà ad Philip. cap. 3. 15. is jubet eos, qui perfecti sunt, ita ut ipse docuerat, sentire, & secundum illam regulam incedere: Si autem sint, qui aliter sapiant, *Notorii Hæretici qui.*

Toleran- di, qui corrigi nequeũt. expectandum, ut ipsis hoc quoque revelet Deus. Sic enim Augustinus in Epistolâ ad Vincentium: Nonnullos toleramus, quos corrigere non possumus, nec propter paleam relinquimus aream, nec propter pisces malos rumpimus retia Domini, nec propter hædos in fine segregandos deserimus gregem Domini, nec propter vasa facta in contumeliam migramus de domo Domini. Et Apostolus Paulus disertè fatetur, quòd in domo Patris familias non solum sint vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia: Et quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam. 2. Timoth. 2.20. Quæ verba proloquitur respectu Pseudo Apostolorum, Phileti & Hymenæi, qui Hæreticam opinionem spargebãt, de Mortuorum Resurrectione, quos tamẽ tolerabant Apostoli. Et addit v. 21. Si quis ergò se emundaverit ab istis, (Phileto & Hymenæo) erit vas in honorem sanctificatum. Idem ostendit figura de linteo Petri, Act. 10. 12. In quo erant simul quadrupeda & volatilia. Item Sagena Evangelij, quæ Bonos Malosque inter se permixtos pisces fidei Ecclesiæ trahit, Matth. 13. 48. Quod etiam de Hæreticis, & non tantum de Hypocritis & malis explicat ipse Gregorius Magnus, inquiens: Sicut mare seculum, ita finem seculi significat littus maris, in quo fine, boni pisces in vasis eliguntur, & mali projiciuntur foris, quia & Electus quisque in Tabernacula æterna recipitur, & interni Regni luce perdita ad exteriores tenebras reprobi pertrahuntur. Et hic secus littus sedentes piscatores Apostolici Sagenam impletam educunt. Quia verò Iudicio instante secernendi pisces patebunt, & tunc Ecclesia purgabitur ab omni spurcitiâ Hæreticorum, & Deo Patri sine maculâ offeretur: Tunc enim fatuæ Virgines carentes oleo charitatis & lætitiæ spiritualis, cœlestem Ianuam non intrabunt. Hæc ille. *Sagena Evangelij etiam Hæreticos comprehẽdit.* Cum itaque Hæretici tolerandi sint, ut dictum est, quomodo absque illorum conversatione esse possimus? Idcircò si quando conversandi necessitatem tum temporis tum loci ratio nobis imposuerit, agite fiat id, cautè & circumspectè. Quo pertinent omnes illæ Paræneses à spiritu Sancto prolatæ, quibus devitare & cavere omnia scandala, quæ ex operibus carnis proficiscuntur, jubemur. *Hæreses inter opera Carnis.* Cum enim Hæreses etiã annumerentur operibus carnis, Gal. 5. 20. quid mirum, si & hoc ipsum carnis opus jubeamur evitare? Non quidem subducendo nos omnimodè Conversationi eorum, qui secundum opera carnis vivunt, hoc enim modo è toto mundo nobis esset exeundum. 1. Cor. 5. 10. sed præcavendo, ne per Imprudentiam & improuidentiam nostram ab ipsorum pice inquinemur. Duplex ergò constituenda est conversatio cum Hæreticis: Una Politica, altera Ecclesiastica: Illa mundana, hæc spiritualis est. *Duplex Conversatio cũ Hæret.* Politica spectat pacem mundanam, contractus, & commercia, convictum & quæ sunt eius generis. Ecclesiastica

autem

autem & spiritualis conversatio conscientiæ pericula, doctrinæ & fidei commerciũ concernit. De hâc potissimùm valent dicta & admonitiones: *Exite ab illis*, Apoc. 18. 4. Nescitis, quia modicum fermenti totam massam corrumpit, 1. Cor. 5. 6. *Declinate ab illis* Rom. 16. 17. *Nolite abduci*. Hebr. 13. 9. *Cavete vobis* Matth. 7. 15. *Ne commisceamini cum illo*, 2. Thess. 3. 14. *Videte, ne quis vos deprædetur*. Coloss. 2. 8. *Videte canes*, Phil. 3. 2. *Si dixerint vobis*: Ecce *hic, ecce illic, nolite credere* Matt: 24. 23. *Quid Luci cum tenebris*. 2. Cor. 6. 16. *videte quomodo cautè ambuletis*, Ephes. 5. 15. *Si quis venit ad vos, & hanc doctrinā non adfert, nolite accipere eum in domum, nec Ave ei dixeritis*, 2. Ioh. 10. Et quæ sunt aliæ eiusmodi Parænesès infinitæ, quarum haud paucas supra cap. 7. adduximus. Unde studiosissimè nobis cavendum, ne mundanam conversationem cum hæreticis in spiritualem convertamus, id est, ne participemus ipsorum erroribus. Quod multifariam fieri potest: (1) Si qui indocti, fragiles, simplices, & nondum satis fide fundati, ipsorum errores & libros sine iudicio legant. Nam qui amat periculum, peribit in eo. (2.) si erroribus ipsorum conniveamus, & tacendo approbemus, aut approbare videamur. (3.) si ipsorum Ritibus publicis communicemus. (4) si quemvis syncretismum admittamus, & cum ipsis colludamus. (5) si nimio pacis terrenæ studio non contradicamus, ubi contradicendum est. (6.) si in phrasibus, non in re pacem & concordiam quæramus. (7) si conversatione nostra infirmioribus scandalum præbeamus. Sic enim Paulus 1. Cor. 8. 13. *Si esca scandalisat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem*. (8.) si errantes ab errore pro nostra virili nō studeamus revocare (9.) si ex novitatis vel amore, vel admiratione errores ipsorū iustificemus, vel excusemus. Denique si tandem ipsorum errores penitus imbibamus, & à veritate Apostasiam faciamus. Nam, ut est in Iure canonico, Dist. 83. Error, cui non resistitur, approbatur: Et veritas cum minime defensatur, opprimitur. Et qui negligit, cum possit perturbare perversos, iure censetur eosdem fovere. Neque caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obviare. Item Quid prodest, Errore non pollui, si quis consensum præstet erranti? Aut quomodo seipsum errare non prodit: qui alios, cum potest, ab errore non revocat? Aut quā ratione consentire non videtur erranti, qui ad resecanda, quæ debet, non currit?

Nimis familiares Hæreticis qui.

Syncretismi descriptio

Habes modum cautè agendi, & rectè conversandi cum hæreticis. Exemplo nobis esse potest Christus, in accuratā & sanctā suā conversatione cum Pharisæis, de quibus prolixè extat apud Evangelistas.

CAPUT IV.

An Hæreticis sit fides servanda.

Fidem dare & servare Politicū.

QVidni? Hæreticis enim fidem habere, id ad spiritualem conversationem pertinet, quam prohibitam esse ostendimus. Fidē autē dare, & datam fidem servare, politicæ conversationis est, quam licitam esse diximus. Loquimur enim de fide Politicâ, quam Cicero definit, quod sit dictorum factorumque constantia & veritas. Hanc fidem sivè publicè sivè privatim datam, sivè iuramento confirmatam, sivè absque iuramēto, quibusvis hominibus & in specie etiā Hæreticis, sivè tales reverâ sint, sivè ab alijs habeantur tales, inviolatè servandā esse, omninò censemus. Idque propter has rationes.

1. Quia Deus in 8. præcepto prohibuit falsum testimonium, quod est contra proximum.

Octavū Praeceptum.

Fidem autem dare & non servare, est falsum Testimonium: Non enim quadrat Eventus rei testificatæ.

Ergo Fit illud contra octavum Praeceptum,

Quod si enim quis negare præsumat, Hæreticum non esse proximū nostrum, is ad Pharisæos concedit, qui etiam putabant, Samaritanos, utpotè in Religione à Iudæis dissentientes, inter proximos habendos non esse, ut ex Parabolâ Christi Luc. 10.36. colligere est.

Sermo noster sit Est, Est.

2. Fidem dare & non servare, specie Doli mali est, proditionis, mendacij, & sophisticæ: Quæ omnia pugnant cum sententiâ Christi, Matth. 5.37. *Sit sermo vester, est est, Non, non, quod a. his abūdantius est, à malo est.* Et Proverb. 12.12. *Abominatio est Domino labia mendacia: Qui autē fideliter agunt, placent ei.*

Ius Natura.

3. Pugnat id cum lumine, & jure Naturæ. Nam quod tibi vis fieri, alteri feceris. Iā autē quilibet nostrū vult, ut hæreticus fidem sibi datam non violet, & si violaret, culpam & reprehensionem incurreret, E. justum & dignum est, ut & hoc idem præstemus eidem.

Simplicitas Cordis.

4. Fidem dare & non servare, est contra simplicitatem cordis. *Væ autē illis*, inquit Ecclesiasticus cap. 2.14. *qui duplici sunt corde, & labiis scelestis & manibus malefacientibus: Væ peccatori terram ingredienti duabus viis.* Et Hieronymus inquit Tract. 3. Epist. 58. sacerdotis Christi, os, mens, manusque concordent.

Recta ratio.

5. Fidem dare & non servare Hæreticis, pugnat cum rectâ ratione. Nam quæ in se & suâ naturâ mala & illicita sunt, nullo modo benè & licitè fieri possunt: adeò, ut nullus prætextus, imò verò nulla μεσότης, docente Aristotele lib. 2. Eth. ad Nicom. Actionem in se malam in bonam possit

possit convertere. Nemo enim potest ad mediocritatem furari, mæchari. Atqui mendacium, proditio, perjurium, fallacia, injusticia, in se & suâ naturâ sunt mala & illicita: E nullo modo benè & licitè fieri possunt, quocunque etiam prætextu modificentur. Sivè igitur contra Christianum, sivè contra gentilem, sivè contra Hæreticum sis fallax, mendax, & perjurus, æquè reus habeberis.

6. Docent idem Philosophi, quod in omni actione bonâ non tantum Finis, sed & Media ad Finem perducentia inculpata esse debeant: Item, quod harmonicè coincid re debeant Conceptus, Res & Verba. Atqui verò hoc non fit, vbi fides datur & non servatur. Nam licet veteres Romani legem habeant: *Salus populi suprema lex esto*: Et novi Romanistæ: *Salus Ecclesiæ Catholico-Romanæ suprema lex esto*: Tamen non potest hæc lex in tantum præiudicare, ut ob id fides data non servanda sit. *Finis & media sint bona*

7. In dolo jurat, qui aliter facturus est, quam promittit, *cum Perjurium sit, nequiter decipere credentem*, extat in Iure Canonico. Fidem autem dare & non servare tale est. Ergo. *Iurare in dolo.*

8. Fidem dare Hæreticis, & non servare, simulatio est conformis osculo Iudæ, qui sub specie & prætextu amicitiæ Christū osculabatur, & osculo prodebat. Item, Processus Cainicus contra fratrem, quem religionis caussâ odio prosequebatur: Admonitus autē divinitus aliud simulabat, & premebat altum corde dolorem. Nam, ut est in textu: Locutus est Cain ad Abel fratrem suum, Gen: 4. 8. pacificè nimirum, ut concludit Cajetanus, fictè tamen, simulans Reverentiam divinæ monitionis, & odium quod pectore gerebat supprimens, quo facilius eum, quo vellet, abduceret, incautumque opprimeret. Item, nihil differt à fallaci & sanguinario processu Simeonis & Levi, qui prætextu Religionis pactum faciebant cum Sichimitis, de contrahendis ultrò citròque matrimonijs: Pactum, Circumcisionis sacramento corroboratur: Et Sichimitæ tamen contra pactum conventum occiduntur, Gen. 34. 25. Quo nomine gravissimam Patris reprehensionem incurrunt, ut legere est dicto capite Genes. 30. Et sequenti cap. 49. 5. Maledictus, dicebat, sit furor eorum. Furor igitur est, fidem dare & non servare. Coincidit itidē hæc perfidia cum fraudulentiâ Demetrij, qui fidem dabat Ionathæ, verbis & literis, & nihil eorum servabat, 1. Macc. 11. 53. *Osculum Iudæ.* *Processus Cainicus.* *Simeonis & Levi.* *Fraudulentia Demetrij.*

9. Extat econtra inculpatum & imitabile exemplum in Iosuâ duce, qui fœdus cum Gibeonitis gentilibus & idololatris inibat, quod Iuramento utrinque confirmabant. Et quamvis Re detectâ, quinam essent hi Gibeonitæ, murmuraret omne vulgus, & suaderet Fidem frangendam esse, contradixerunt tamen Principes Israel, & responderunt: *Iuravimus eis in nomine Domini Dei Israel, & idcirco non possumus eos con-* *Fœdus Iosua cū Gibeonitis.*

tingere. Iosf. 9. 18. Quod si igitur bonus Iosua & principes ejus gentilibus & idololatris fidem datam, in re licitâ & honestâ, servârunt: Multò magis hæreticis, qui melioris adhuc conditionis sunt nobiscum, quam idololatræ, verum Deum & sacram scripturam planè ignorantes, promissa fides servanda erit.

Cæteris argumentis, quæ insuper huc accumulari possent, ultrò in re tam manifestâ supersedemus. Multi autē Pontificiorū in contrariâ sunt sententiâ, fidem Hæreticis servandam non esse, quod eò magis improbandum est, siquidem illi sibi solis, judicium pronunciandi de Hæreticis sumant: Puta, ut ijs statim fides servanda non sit, quos illi hæreticos pronunciāt, tāquā ex tripode; sivè tales reverâ sint, sive nō sint, quod cedit in magnum alterius partis præiudicium. Et quamvis hanc suam sententiā (Hæreticis fidem servandam non esse) tanquam arcanum politicum inter mysteria sua recondant, tamen actibus satis evidentibus hoc ipsum haud rarò prodiderunt. Docuerunt enim hoc abundè satis Praxi suâ, quam contra Iohannem Hussium Martyrem exercuerunt. Is enim cum de Erroribus quibusdam diffamatus esset, ad concilium Constantiense missus est, ab Imperatore Sigismundo. Imò verò ipse Imperator certis Nobilibus Bohemis ipsum honestè commendavit, qui eum Constantiam usque deducerent, concesso ad hoc iter, salvo conductu, sub nomine & Majestate Imperatoriâ, omni prorsus impedimento remoto transeundi, standi, morandi, & redeundi liberè; sub dato Spiræ, Anno 1414. 18. Octob. Ita Hussius, cùm suâ sponte, tum patrocinio & tutela Imperatoris Romani fretus, Constantiam iter instituit. Quo cum venisset, per comites suos Nobiles, fecit suum adventum notificari Romano Pontifici, & toti Concilio, die 3. Novemb. rogans, ut per ipsum quoque ipsius Regis Romani gratiâ, absque omni periculo atque impedimento Constantiæ esse possit. Quibus tum Pontifex quoque respondit, etiamsi Iohannes Huss fratrem sibi germanum occidisset, tamen se nullo modo commissurum, quantum in ipso esset, vt aliqua ei fieret injuria, quamdiu Constantiæ esset. Sic consistit ibi per quatuor ferè hebdomadas, vacās amicis & studijs privatis. Quibus finitis, vocatur in Curiam Papæ & Cardinalium collocatis interim clàm Militibus sat multis, in præsidium. In quâ Curiâ finito brevi colloquio sub custodia armatorum etiam retentus, & postea in fœdum carcerem conjectus fuit, comites ipsius conqueruntur valdè de publicâ fidei violatione, & Papæ injuriâ, quod tam contrà ipsius Papæ, quam Regis Romani fidem, Virum optimum per insidias cepissent, & in carcerem conjecissent. Quamvis enim olim Pisanum Concilium Anno 1410. habitum fuerit, tamen dicebant damnatos Hæreticos ibi liberè [illegible], & domum liberè recessisse; cum tamen

Iudiciū de Hæreticis Pontificij sibi sumunt.

Arcanū Politicū est, fidem non servare Hæreticis.

Salvus conductus Hussij.

Promissio Pontificis Hussio facta.

Hussius in carcerem coiectus.

In Pisano Conc. Hæ,

Magister

Magister Huss, nec convictus nec condemnatus, sed neque auditus, turpiter captus sit. Et cum Dn. Rex, unà cum nobilibus Dominis, magnâ postularent instantiâ, ut circa ipsius salvum conductum, suo provideretur honori, tamen nihil obtinuerunt. Voluerunt etiam haud pauci præstantes nobiles, pro ipso fide jubere, saltem ut è vinculis liberaretur, sed ab Antiocheno Patriarchâ hoc responsi retulerunt, etiamsi mille fidejussores dentur, tamen fieri non posse, salvâ conscientiâ deputatorum Concilij, ut reciperent eos in causâ eius Viri, cui nullo modo fides habenda esset. Paulò post ipse Rex Sigismundus improbitate Cardinalium & Episcoporum in eorum sententiam ire persuasus est, ut fidei suæ renunciaret. Neque enim posse ei, qui hæreticus sit declaratus, iuxta Pontificij juris sanctiones, aut fide publicâ, aut ullâ re aliâ defensionem præstare. Ita tandem iniquissimè rogo addictus & concrematus est. Postea a. cum intelligerent Patres huius Conciliabuli, multa & varia de hoc injusto ausu Iudicia passim spargi, quod virum bonum ; spreto salvo conductu regio, non sine Regis & regni Bohemiæ insigni dedecore igni cōcremâssent, atque hoc modo verecundiæ fines semel transiliissent, voluerunt insuper graviter esse impudentes. Propterea Anno sequenti, cum adhuc concilium illud duraret, absente tamen Imperatore, hujusmodi decretum, quod Sess. 19. legitur, fecerunt: *Præsens sancta synodus ex quovis salvo conductu per Imperatorem, Reges, & alios seculi principes, Hæreticis, vel de Hæresi diffamatis, putantes eosdem sic à suis erroribus revocare, quocunque vinculo sc. astrinxerint, concesso, nullum fidei catholicæ vel Iurisdictioni Ecclesiasticæ præiudicium generari, vel impedimentum præstari posse seu debere declarat, quo minus dicto salvo conductu non obstante, licet judici competenti & Ecclesiastico, de huiusmodi Personarum erroribus inquirere, & aliàs contra eos debitè procedere, eosdemque punire, quantum justitia suadebit, qui suos errores revocare pertinaciter recusaverint, etiamsi de salvo conductu confisi, ad locum venerint Iudicij, aliàs non venturi,* &c. Sic illi boni Patres. Quis igitur jam, quandoquidem ipsi suam propriam caussam justificant, dicere queat, quod violando salvum conductum contra Hussium, malè egerint? Imò verò quis non videat ipsos in praxi Hæreticis, & de Hæresi diffamatis fidem salvi conductus non servare? Quæ opinio etiam ab illo tempore profundè ipsorum animis hucusque insedit. Nam cum postea anno sequenti post exustionem Hussij Hieronymus Pragensis etiam salvum conductum à Rege peteret, non potuit illum impetrare. Imò Deputati Nationum, ex parte istius concilij dixerunt. *Nos ipsi dabimus salvum conductum veniendi, sed non recedendi.* Sic item cum Lutherus in simili causâ contradictionis adversus Papatum, Wormaciam venisset, & Cæsar decrevisset illum

reticis libere steterunt.

Fideiussio pro Hussio non recipitur.

Fidem habere pro servare Barbarè.

Imperator renunciat sua fidei.

Huss contra datā fidem comburitur.

Decretum de Fide non servanda Hæreticis.

Hieronym. Pragensis.

An Luthero

Fides servanda sit, disputatum.

illum cum sociis suis proscribere, interim tamen fidem, quam dedisset servare, & salvum incolumemque vigore salvi conductus dimittere: Ibi diu multumque de hacce sententiâ disceptatum est: Neque deerant, qui Constantiensis Concilij decretum, & vestigia secuti fidem ei minimè servandam esse dicerent, cui tamen sententiæ cùm alios, tùm Ludovicum Palatinum Electorem vehementer restitisse, eò quod ad Germanici nominis labem atque dedecus sempiternum ea res pertineret, refert Sleidanus: 3. Ita Deo singulariter providente hæc ipsorum Regula, (si regula dicenda est,) locum non invenit in Lutheri causâ.

Iesuitæ volunt esse videre quasi Hæret. fides servanda sit.

Multùm operè autè laborant hodiè Iesuitæ, ut hanc à se & ab omnib. Catholicis suspicionem amoliantur, quasi nunc secus credant, & profiteantur, Hæreticis fidem servandam omninò esse. In quo Themate Becanus Iesuita Moguntinus, Disputatione hâc de re singulariter editâ, valdè operosus est, ut ostendat scilicet esse Hæreticis fidem servandam: Utinam verò Protestatio non sit, aut futura sit unquam facto contraria. Nam si ad præterita respiciamus, quid est quod multis proditionibus ansam dederit, nisi hoc ipsum, quod Hæreticis fides servanda non sit? Puta, nuptiis Parisiensibus: Regicidijs in Galliâ infinitis: Conspirationibus item varijs contra Reginam Angliæ Elisabetham: contra Regem magnæ Britanniæ: contra Ducem Mauritium Nassoviæ & parentem ipsius, aliosq; aliquoties intentatis. Atque hinc motus Petrus Scharga, in expeditione Polonicâ contra Carolum Sueciæ; Anno 1601. susceptâ, publicam concionem Vilnæ habuit, quâ persuadere voluit Regi hoc consilium: In „ exercitu suo, quem ducebat, multos esse Lutheranos Hæreticos, Suecos „ hostes itidem Hæreticos esse: suadere igitur se, ut Hæretici Hæreticis „ committerentur, & postea reliqua pars exercitus utrosque è postico in- „ vaderet & obrueret: Quâ de re extant scripta, in lucem tunc temporis e- „ dita: Et quid hodiè occasionem turbarum dedit in Bohemiâ, quid tol- „ lit omnem fiduciam & correspondentiam inter membra Imperij Romani, nisi hoc damnosissimum Axioma, Hæreticis Fidem non esse servandam. Debebant igitur Iesuitæ longè operosiores in eo esse, ut manibus pedibusque non nobis tantum persuaderent, ut crederemus, Hæretico fidem servandam esse, sed suis maximè, Pseudocatholicis, ne deinceps committerent contrarium, contra nos, & omnes eos, quos pro hæreticis declarant.

Concio P. Scharga.

Becani Emplastra examinantur.

Inquies autem: Nonne hac in parte luculenter suo officio functus est Becanus Iesuita? utcunque sanè. Primum enim emplastrum quod facit Seplasiarius, hoc est, ut in præfatione ad lectorem omnem culpam reijciat in Politicos quosdam nostri temporis, qui generatim sentiant, & fidem & juramentum violari posse, quando utilitas aliqua id exigat.

Deindè

Deindè quod dicat, esse quosdam, qui tametsi alijs omnibus, non tamen hæreticis esse fidem servandam existiment; Contra quos scripserit Iohannes Molanus D. & professor Lovaniensis. Qui autem hi sint, specificare non audet.. Evangelicos verò eos non esse certum est, hos ipsos enim Molanus Hæreticos habet. Catholici igitur seu Papistæ ut sint, necesse est. Quod si sit, quâ fronte quæso in progressu deinceps Becanus dicit, pag. 111. allegatæ Disputationis, *omnes catholicos uno consensu affirmare, Hæreticis fidem servandam esse?* Argumenta quæ pro affirmativâ firmandâ Becanus adfert, ambabus accipiemus, quod ajunt, manibus: Modò caveat ille, ne cum suis nobis osculum Iudæ porrigat. Quod in tota Disputatione satis prodere videtur. Semper enim annectit huic Axiomati valdè captiosas Appendiculas, hoc modo: 1. Hæretico fidem esse servandam, scil. *Quantum in nobis est; & Fides exigit orthodoxa*, quam formulam ait secutos esse Patres Concilij Constantiensis. 2. Hæretico fidem servandam esse, sc. *Iustitiâ semper salvâ, & Iuris executione*. 3. Hæretico fidem in salvo conductu servandam esse, *Iure communi*. 4. Hæretico fidem in salvo conductu servandam esse, *salvo Iure superioritatis, siquidem superior legibus aut pactis inferioris non ligetur.* Gretserus Iesuita alijs utitur Appendiculis, æquè vafris & periculosis: In Responsione contra Theses D. Hunnij, cap. 30. p. 20. hoc videlicet modo: 1. Hæreticis esse servandam fidem, puta, *legitimè datam*. 2. Hæreticis esse fidem servandam, puta, *cum non vergit in damnum Reipublicæ*. Propugnator mei olim Adversarij, Schargæ, Fridericus Bartsch in suo speculo Brunsbergensi, ante annos 18. edito, sic pingebat, aut eludebat potius, hanc Propositionem.

Mendacium Becani.

Appendicula Becani.

Appendicula Gretseri.

Appendicula Bartschij.

1. Hæreticis fidem servandam esse, *sed, illam, quæ bona præmeditatione promissa sit. alias servandam non esse.*

2. Hæreticis fidem servandam esse, *quæ legitimo & ordinario modo promissa sit.*

3. Hæreticis fidem servandam esse, *quia Catholicus Magistratus cogatur sæpe connivere.* Ubi lector observet quæso, quod in hoc ipso Axiomate, dum dicunt fidem Hæreticis servandam esse, fidem non servent: Penes quemnam enim erit judicium de his novem appendiculis, totidemque effugijs? Nimirum penes illos ipsos. Ipsi enim sunt pars & Iudex, quod si ergo pronunciaverint, *legitimè non esse datam* fidem, *non esse præmeditatè factam, salvum semper esse Ius superioritatis*, &c. tunc statim hoc Axioma affirmativum convertetur in negativum, & citius quidem, quam manus invertatur.

Iesuitæ dum docent fidē servandā fidem nō servant.

Redeamus autem ad solum Becanum, & videamus, quomodò is desudet, Praxim concilij Constantiensis contra Hussium salvare.

Primò autem utitur tali Argumento: H Qui

Qui dat salvum conductum Iure communi, nihil aliud dat quam securitatem contra violentiam injustam, salvâ semper Iusticiâ & Iuris executione.

Atqui Imperator dedit Iohanni Hussio salvum conductum Iure communi.

E. nihil aliud dedit quam securitatem contra violentiam injustam.

Salvi cõductus Hussio dati tenor.

Cui argumento respondeo per Inficiationem Minoris; quod ex verbis ipsius salvi conductus patet, in quo I. non addita fuit hæc clausula, salva semper Iustitia. Erubescimus autem sine lege loqui. II. sic dicit ibi Imperator: Quem Hussium in nostram & sacri Imperij protectionem recepimus, & tutelam, vobis omnibus & vestrûm cuilibet pleno recommendamus Affectu. Scribit autem ad universos & singulos Principes Ecclesiasticos & seculares. III. addit, ut Hussium *omni prorsus impedimento remoto*, transire, stare, morari, *& redire liberè* permittant: Quod certè excludit omnem exsecutionis exceptionem: Sic enim nunquam reditur. IIII. Jubet ut universi & singuli Principes Ecclesiastici Hussio de salvo & securo insuper provideant, si opus sit, conductu, ad honorem & reverentiam Cæsare Majestatis.

Secundum Becani argumentum hoc est:

Imperator cum daret illi salvum conductum, sub pœnâ capitis prohibuit illi fugam.

At Hussius contra illam fugam elapsus est.

Iustè igitur puniri potuit.

Becani Maior & Minor falsa

Resp. Major & Minor falsa est. Nam cum Imperator illi salvum conductum daret Spiræ, 14. oct. nullius fugæ meminit, nec meminisse potuit; & ne quidem quicquã de Fuga suspicari. Quia Hussius ultrò ad cõcilium ivit, & singulis Urbibus Germaniæ, quas transivit, publico Programmate significavit suum transitum & præsentiam. Non igitur ullus erat fugæ metus. Constantiæ etiam totum ferè mensem à nullo sollicitatus subitstit, & meditationes sacras multas ibi scripsit, quæ adhuc extant. Primo autem aditu, cum ad Papam & Cardinales vocatus esset, statim captus est, & tam sævâ custodiâ militum & carceris obseratus, ut elabi non potuerit. Fabula igitur est, de fugâ Hussij, quem habet ex Typographio, aut qui hoc sub typographi nomine inseruit Actis Concilij Constantiensis. Sic enim typographus ille, pagina mihi 10.1. nugatur, his verbis: Qui calumniantur Hæresiarcham à synodo Constantiensi sanctissimâ in salvo conductu interceptum, ij aut ignorant, aut ignorare se nequiter simulant, Hussium ipsum suæ causæ ac pelli timentem, in curru sub fimo seu stramine ex urbe Constantiensi occultam fugam captâsse, & per Magistratum Constantiensem ex fugâ retractum salvo conductu

Fabula est de fuga Hussij.

„ Typographus fabulator.

sese

sese indignum fecisse. Quæ relatio nullo certo nititur authore, & planè incredibilis est. Nam I. constat, Sigismundum ipsi fugam non interdixisse, cui enim libertas recessus datur, quomodo is fugere dici potest, si recedat? II. Ipse Sigismundus ægerrimè tulit, cum audiret, Hussiū primo statim accessu captivatum esse. III. Si etiam ipse Imperator interdixisset postea fugam ex urbe Constantiā, fecisset contra proprium suū salvum conductum, in quo liberum ipsi recessum concessit. IIII. Etiam Magistratus Constantiensis fecisset contra salvum conductum, quod non concessisset Hussio liberum abeundi spatium, adeò ut non necesse habuisset pelli & causæ suæ timere, vel etiam curru sub fimo aut stramine contegi. V. Etiam Constantiensis Magistratus in eo contrà Cæsarem egisset, quod retraxisset è fugâ abeuntem. Nam cur ille cohibeatur, ne recedat, cui ab Imperatore libertas abeundi in salvo conductu concessa fuerat? Videt igitur lector, quam putida hæc sit Fabula de fuga Hussij, quæ si etiam vera esset, non salvaret tamen sanguinarios Patres Conciliabuli Constantiensis.

Cui liber abeundi recessus datus est ipsi abiret, non fugeret.

Fabula non salvat Conc. Constantiensis.

Tertium Becani argumentum hoc est.

Si Hussio fides violata esset, vel ipse, vel Hieronymus Pragensis, vel certè Bohemi nobiles, vel etiam Lutherus hâc de re questi fuissent.

Sed hoc non est factum. Ergo.

Neminem conquestum de fracta fide negatur Becanus.

Resp. Hoc argumentum ab authoritate humanâ petitum, negativè procedit, & propterea nihil concludit. Adde quod etiam Antecedens falsa sit. Nam necesse est, Iesuitam vel surdum esse Natura, vel sua sponte, ut qui has querelas non exaudierit. Nonnè enim legit primam schedulam per nobiles Bohemos in Concilio, Anno 1415. oblatam? Nonnè eorundem Responsionem & Confutationem Episcopi Luthomislensis? Nonnè & alterum scriptum eorundem Bohemorum cum inserta Protestatione Hussij; In quo maxima querela urgetur, *quod contra fidem datam agant, ex quo cum bono viro*, uti supra modò ipsorum verba allegata percepimus. Item: Nonnè Hussius ipse, cum jam in publico consessu damnandus esset, defixis in Cæsarem oculis fidem pollicitam fractam allegat, adeò, ut ipse Imperator vehementer erubuerit. De Hieronymo Pragensi etiamsi maximè Historiæ incompletæ id non testentur, tamen illud nihil præjudicat: Cum descriptor vitæ Hieronymi αὐτόπτης ipse testetur, quod calamus ipsius nō sufficiat annotare, nec lingua sua enarrare, quæ ipse ante sententiam latam in audientiis prædictis fuerit locutus. Imò verò testatur, quod in loco ultimi sui martyrij dixerit, se ideò damnari, quod noluisset asserere, M. Iohannem Huss fuisse ab ipso Concilio sanctè & iustè condemnatum. Ergò nefariè injustè, & contra datam fidem. De Luthero nostro, si Iesuita denuò vult

Querela Bohemorum, de fracta fide.

Querela Hussij ipsius de fracta fide.

Querela Hieronymi Pragensis de eodem.

Querela Lutheri de fracta fide.

audire ipsius querelam; audiat, quæ extat in admonitione literarum, ut Theologi ad quodcunque Papistarum concilium accessuri, tyrannide Iudicum Constantiensis Concilij admoniti cautiores sint. Sic titulus est. In literis ipsis ita legitur: Hussius vi compulsus est ad confirmandum dictum, Papa impius non est Pius: Ibi omnes aprorum more fremere, setas à tergo erigere, frontem corrugare, dentesque acuere cœperunt, donec impetu in eum facto *sceleste & nefarie* ipsum exusserunt. Cape tibi hoc, Becane.

Ultimum argumentum pro purgando hoc scelere tale est, quod negat Patres huius synodi non fecisse decretum de fide Hæreticis non servandâ, sed tantum disponere de Iure superioritatis. Nimirum quod princeps secularis (ut erat Sigismundus Cæsar, quando dat alteri salvum conductum (ut dedit Hussio) non possit illud extendere ad tribunal superius (ut est Papa & Concilium.)

Papa esse vult Cæsare superior.

In quo argumento audimus ipsissimum Antichristum, qui se extollit super Cæsarem, & non putat se obligari salvo conductu Imperatoris. Quod si sic est, non æstimem salvum conductum Cæsaris in causa religionis cassæ nucis. Deinde neque hoc effugium tamen hic locum invenit: Nam cum Hussius Constantiam veniret, & nobiles Bohemi Comites ipsius salvum conductum Pontifici Romano exhiberent, acceptavit idipsum; & respondit: Etsi Iohannes Huss fratrem sibi germanum occidisset, tamen se nullo modo commissurum, quantum in ipso esset, ut aliqua ei fieret injuria, quam diu Constantiæ esset. Ergò consensit Papa in hunc salvum conductum. Papa igitur ipse contra hanc suam fidem datam fecit, & dupliciter fidem fregit, 1. propriam, 2. Imperatoris. Aut Papa tunc nondum intellexit Superioritatis suæ Ius: aut Decretum hoc de Iure superioritatis est temerarium, novum & præjudicium Imperii à Paterculis Constantiensibus factum.

Salvus conductus Lutheri.

Hæc omnia, quæ hactenus dicta sunt, verificantur Actis & Historiâ Iohannis Hussij, Tomis ipsius præmissa, quæ creditur esse Petri Notarii, fidi Achatis, & Comitis, Hussio adjuncti. [De Luthero nostro etiam hoc Becanus inserit, quod Carolus V. cum Luthero Wormatiam eunti salvum conductum promisisset, nihil contra datam fidem agi passus sit. Vera hæc omnia: sed addit, quod rogatus sit à quodam Principe, cur homini Hæretico fidem non violaret: In his verbis Becanus parcit Veritati. Nam suprà Sleidani nostri verba plenè allegavimus, qui testatus est, quod Cæsar non rogatus sit ab uno tantum principe, cur homini Hæretico fidem non violaret? sed quod à multis (dubio procul Prælatis Catholicis) disceptatum fuerit, ex jure scil. Superioritatis, qui urserint exemplum Concilij Constantiensis in frangenda Hæretico fide. Tantum

Pravum Exemplū Constantiense urgetur.

tum

tum roboris habet Pravitas unius mali Exempli. Prævaluit tamen præclara ipsius Caroli sententia, quam etiam ipse Becanus Iuris superioritatis oblitus) laudare cogitur, quod dixerit: Fidem rerum promissarum, etiamsi toto orbe exsularet, tamẽ apud Imperatorẽ consistere oportere. Sic Carolus; utinã & sic Pontifex Romanus; sed satis de hac quæstione.

CAPUT XV.

Quomodo in Hæreticorum scriptis versandum sit.

Paulus rem omnem unâ Regulâ comprehendit, 1. Thess. 5. 20. Omnia probate, & quod bonum est tenete. Non dicit, omnia tenete, sed probate & bona tenete. Ut enim non omnia tenenda sunt, ita quoque non omnia reiici debent. Fieri enim potest, ut mala bonis, vera falsis immista sint. Et sæpè etiam est olitor valdè opportuna locutus: Imò verò Diabolus hunc morem callidè servat, ut nonnunquam vera dicat, quo facilius fallat. Quam Artem Christus ita detegit, ut ostendat ipsum nonnunquam ex proprio, nonnunquam ex alieno loqui. Sic enim inquit Ioh. 8. 44. *cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est & pater eius*, unde κατ᾽ ἀντίθεσιν sequitur, cum verum loquitur ex alienis loquitur. Non enim quicquid ille dicit, ideò quia ipse dicit, mendacium est. E. G. In unâ sententiâ quam protoplastis nostris proposuit, uno halitu simul & ex Alieno & Proprio vera & falsa locutus est. Nam quod dixit, Gen. 3. 5. Ipsos cognituros bonum & malum, verum fuit; Id namque & factum est, v. 7. sed quod dixit illos similes futuros Diis, mendacium fuit: sibi ipsis enim facti sunt dissimiles & inferiores. Verum dixit, cum in historiâ Iobi diceret. Iob. 17. se circumivisse terrã, & perambulâsse eam: Id enim facere Satanam Christus & Petrus testantur. Item, verum dicit ibidem, quod Deus circumvallaverit Iobum ac universam domum ipsius, quod benedixerit operibus manuum eius. Item, verum dixit, cum affirmaret, Hominem quævis bona dare pro Redemptione vitæ: *pellem pro pelle, & omnia quæ habet homo, dabit pro animâ suâ*, Iob. 2. 4. Verum item, quando Dominum Iesum proclamavit Christum filium Dei, sanctum Dei, qui venerit ipsum torquere. Matth. 8. 29. Marci. 1. 24. Verum dixit, cum per Pythonissam Paulum & Timotheum proclamaret *servos Dei excelsi, annunciantes nobis viam salutis* Actor. 16. 17. Ita nec unquam fuit Hæreticus, aut falsus doctor, qui simpliciter omnia falsa docuerit. Nimis ergò præcipitanter fecit Leo X. in damnando Luthero, qui vel ideò Lutherum damnavit, quod dixerit, aliquos

Omnia probanda non tenenda.

Diabolus vera & falsa simul protulit.

Nullus Hæreticus qui simpliciter

per omnia falsa doceat. aliquos articulos Iohannis Hussij condemnati in concilio Constantiensi etiam Christianissimos, verissimos & Evangelicos, quos nec universalis Ecclesia possit damnare. Nam posito, quod Hussius fuerit Hæreticus, nonnè ob id aliqui articuli ab ipso crediti, possint esse verissimi & Evangelici? Cum igitur hæc ita se habeant, rectè jubet Paulus omnia probanda esse.

Quæ probanda sunt quæ Regula probanda sint. Quia autem quæ probanda sunt, Regulâ & Lydio lapide opus habent, Ideò etiam hîc circumspiciendum de Regulâ & medio probationis. Qui enim aurum & argentum probat, ad Lydium lapidem applicat. Qui ædificium erigit, regulâ, & illâ quidem non Lesbiâ, opus habet, Quæ qualis nam sit, Esaias Propheta ostendit capit. 8.20. *Ad legem & ad testimonium, quod si non dixerint iuxta verbum hoc, non erit illis lux matutina.* & Ps. 19.5. extat in fontibus: In omnem terram exivit Caff Regula eorum. Et Gal. 6. 15. *Quicunque hanc Regulam secuti fuerint, pax super illos.* Qui enim, inquit Theophilus Alexandrinus, diverso tramite ab Apostolorum Regulis aberravit, quasi indignus & prophanus choro Christi & consortio Mysteriorum eius, de solemnitate Christi eiicitur, & à Patribus maioribusque natu, qui salvatoris Ecclesiam fundaverunt, procul pellitur, Philosophorum pannos nitens novo & firmissimo Ecclesiæ consuere vestimento, & veris falsa sociare, ut ex illorum vicinitate, fortior probetur infirmitas, & huius pulchritudo violetur, lib. paschali 1. Tandem ergò judicium ad sacrarum literarum, non ad fallacissimi atque in omnes formas se vertentis ac transmutantis Papæ, & ipsius synagogæ tribunal referendum est. Ipsorum enim Ecclesia, ut Cusanus Cardinalis ipse fatetur, hoc iuris sibi sumit, ut uno tempore interpretetur scripturam uno, & alio tempore alio modo, secundâ Epist. ad Bohemos. Contra quam opinionem Spiritus sanctus verbum Dei vocat sceptrum Christi & virgam rectitudinis, Ps. 45,7. Itemque virgam virtutis seu virtuosam, Ps. 110, 2.

Dictum Theophili.

CAPUT XVI.

De Divisione Hæreticorum.

QVia nimis magna seges, aut lolium potius est Hæreticorum, quærendum etiam tandem erit, de variâ ipsorum divisione. Ratione authorum verò divisos inter se esse, res ipsa loquitur. Quot enim capita ipsorum, tot & sunt sensus. De eo igitur non quæritur, sed de modis distinctionis seu Reductionis potiùs, ad certas classes & capita. Inter quos modos præcipuè illi extant, qui ex Tempore & Materiâ accipiuntur. *Ex tempore,* ut quod aliæ Hæreses ante Christum, aliæ sub Christo, aliæ post illum

De modo dividendi Hæreticos quæritur.

illum natæ sint. *Ratione Materiæ*, ad octo capita revocantur ab Augustino: (1.) ad fidem. (2.) Trinitatem. (3.) Baptismum (4) Pœnitentiam. (5) Christum hominem. (6,) Christum Deum. (7.) Resurrectionem. (8.) Novum & Vetus Testamentum. Sed præteritis iis, qui & ante & sub Christo fuerunt, meo iudicio non potest certior & concinnior dari ratio distinguendi Hæreses, quam illa, quam nobis Spiritus Sanctus ipse vaticinans de statu Ecclesiæ Novi T. suggerit, in Apocalypsi, cap. 8. & 9. In illis enim duobus capitibus ostenduntur Ecclesiæ septem, Angelicum septem tubis. Ex quibus tres posteriores exclamationibus trium Væ insigniuntur, & propterea aliquid amplius sunt, quam nudæ Hæreses. Unde relinquuntur ita tantum quatuor priores Tubæ, ad quarum sonitum quatuor stellæ cadunt, per quas quatuor stellas, quatuor Hæresiarchas, aut potius quatuor Hæresiarchias, seu classes quatuor Hæresium designari, luce meridianâ clarius est. Stella enim doctorem Ecclesiæ significat, ipso Iohanne interprete, Apocal. 1. 20. Stella ergò cadens doctorem Ecclesiæ cadentem vel deficientem à curriculo veritatis denotatur. Quod ut reddatur evidentius, ad tempora & doctrinam Christi oculos convertamus: Illi enim Hæreses propriè sic dictas sese opposuisse in N. T. in propatulo est. Undè & Antichristorum nomen habent, quorum antesignani Pharisæi fuerunt, addictissimi Christi viventis hostes. Cū autem dissiparentur Pharisæi, Pharisaismus seu doctrina ipsorum, quæ animo Simonis Magi collecta altas radices egerat, remansit. Ex quo postea, quasi ex communi trunco variæ Hæreses tanquam rami propullularunt & succreverunt. Quarum Hæresium materiam si introspiciamus, possunt illæ primum ad duo summa redigi capita. Sicut enim vera Christi cognitio consistit vel in Personâ vel in Officio, ita quoque bifariā error de Christo committitur, vel ratione Personæ, vel ratione Officij. Utrumq; uno Dicto cōtinetur Matth. 17. 5. Hic est Filius meus Dilectus. De Persona loquitur. Huc audite de Officij. Ratione Personæ quoque bifariam impingi potest. Vel ratione Divinæ, vel ratione humanæ Naturæ: Idque vel ratione Animæ, vel Corporis. Ratione autem officij etiam bifariam; ut enim scientia duplex, ita & error est. Agnoscitur enim Christus, vel ratione Doctrinæ, quam tradidit, vel ratione Meriti, quod præstitit pro Salute totius generis humani. Quod in tabella sic patet

Concinnum modus distinguendi Hæreticorum ex Apocalypsi.

Stella cadēs sign. Doctorē cadentē.

Pharisaismus mansit dissipatis Pharisæis.

Error de Christo quadruplex.

Error de Christo, contingit vel, Ratione
- *Officij, quod est in*
  - *Doctrina.*
  - *Merito.*
- *Personæ, secundum Naturam,*
  - *Divinam*
  - *&*
  - *Humanam: ratione*
    - *Animæ*
    - *Corporis.*

Unde

Undè jam quatuor oriuntur errorum errantiumque capita sivè classes.

Prima Classis eorum est, qui errârunt circa doctrinæ genus quod Christus tradidit tanquam Propheta magnus & Doctor Novi T. Dum vel non admittunt conciones Christi habitas & literis consignatas, vel alias sibi Traditiones inventionesque fingunt. Quales fuerunt multi, qui se Apostolis opposuerunt, quasi non legitimis testibus, imò & nonnunquam ipsis Prophetis, & se contra Apostolicos appellârunt. Undè jam meritò nobis Pseudo apostolici dicuntur, & quia meras παραδόσεις venditârunt, Paradotæ seu Traditionarij rectè dici possunt.

Prima Classis errantiũ de Christo.

Pseudo apostolici.

Secunda Classis eorum est, qui ratione Meriti Christi errârunt, & vel Directè vel Indirectè meritum ipsius impugnaverunt: Quales erant Cathari, sic dicti, quod videantur esse sibi mundi & puri, & vel evacuet vel infringant vim Meriti Christi, idque vel suis viribus, vel operibus & ἐθελοθρησκείαις, de quibus nimium præsumunt.

Secunda Classis errantiũ de Christo.

Tertia Classis eorum est, qui in Persona Christi errant, idque ratione divinæ naturæ, quam negant, & quia λόγον impugnant, uno nomine Ἄλογοι, vel Alogiani veteribus dicti sunt.

Tertia Classis errantiũ de C.

Quarta Classis eorum est, qui Christum non rectè agnoscunt in naturâ assumptâ, quam vel Ratione Animæ vel corporis invadunt & suggillant. Habemus jam liquidò quatuor illas stellas cadentes, de quibus in Apocalypsi, cap.8. [Restant adhuc insuper duæ aliæ stellæ cadentes cum duobus Væ, de quibus legere est, Apoc. 9. per totum. Et insuper Væ tertium, quod prædicitur Apoc. 11. 14. & exprimitur cap. 13. per totum. Quæ quid significent, suo loco in commentario super Apocalypsin diximus. Quantum hic quidem sufficiat, sciendum, quod per primum Væ intelligatur Papismus, seu ipsa doctrina Papistica, quæ vivis coloribus in suis Organis ita dicto loco depingitur, ut Veritas palpari possit. Per alterum Væ denotatur Mahometismus, seu ipsa doctrina Alcorani, quam ipse Mahomet tenet & tuetur, circa Euphratem ortus, ut ista loci designatio ibidem addita nobis indice demonstrat. De tertio Væ restat cap.13. quod caret singulari stella cadente (quia jam ante stella illa ceciderat) & significat ipsum exarchatum Papæ, qué una cum falsâ suâ doctrinâ exercet, compositum è duplici gladio, Spirituali & Materiali: Et uno nomine PapaCæsar seu Papa Cæsarisatus dici potest, Germanice Luthero, Das Keiserliche Bapsthumb. Quod nihil aliud est, quam bestia habens duo cornua, gladium Spiritualem & Materialem, loquens sicut Draco. De quo alius erit dicendi locus.] Nunc ad quadripartitam nostram Hæreticorum Divisionem redimus, & arborem nostræ consanguinitatis hæreticorum ad manus sumemus, eamque breviter explica-

Quarta Classis errantium de Christo.

Primum Væ in Apocalypsi.

Alterũ Væ.

Tertium Væ.

PapaCæsarisatus

explicabimus, & de singulis classibus, quantum huic loco sufficere videbitur, ordine dicemus. Cum autem primum & commune principium harum classium sit Simon Magus, de illo dicendum nobis erit primo omnium loco.

PRIMA CLASSIS.

CAPUT I.

SIMON MAGUS.

Simon Magus, undè Simoniani Hæretici dicti sunt, primus & famosissimus est, qui inter Hæreticos post Ascensionem Christi erupit. Et non tantum primus ille est Hæreticorum, sed & *progenitor* reliquorum, ut ipsum nominat Irenæus in præfatione libri secundi. Vincentius Lyrinensis nominat illum. Veterem *gurgitem* turpitudinum, lib. de Hæresibus cap. 24. Theodoretus *communem præceptorem*, à quo omnes sequentes Hæretici didicerunt. Qua de re præclara sunt verba Irenæi, quæ habet 30. cap. lib. 1. adversus Hæreses, cum ait: Nunc autem necessario meminimus ejus, ut scires, quoniam omnes, qui quoquo modo adulterant veritatem, & præconium Ecclesiæ lædunt, Simonis Samaritani, Magi, discipuli & successores sunt. Quamvis non confiteantur nomen magistri sui, ad seductionem reliquorum, attamen illius sententiam docent, Christi quidem Iesu nomen tanquam irritamentum præferentes, Simonis autem impietatem variè introducentes, mortificant multos per nomen bonum sententiam suam malè dispergentes, & Serpentis venenum porrigentes eis. Ab his autem qui prædicti sunt, jam multæ propagines Hæresium factæ sunt, eò quod multi ex ipsis, imò omnes volunt doctores esse, & abscedere quidem ab Hæresi, in qua fuerunt. Aliud autem dogma ab alia sententia, & deinceps alteram ab altera componentes, nova docere insistunt, semetipsos adinventores sententiæ quamcunque compegerint, enarrantes. Sic ille. Ex quibus jam patet, cur hæreses omnes in Arborem redegerimus? Et cur consanguinitatis Arborem appellaverimus? Cur in [illegible] Arboris Simonem Magum voluerimus primo loco) tanquam Patriarcham (ut Iurisconsulti loquuntur) & stipitem huius Familiæ collocare? Ex cujus corde depinximus procedere primas radices, quibus postea tota arbor suffulta insurgit & excrescit. Non sufficit autem dicere, tantum à Simone originem trahere cæteras Hæreses, sed & [illegible], & in specie demonstrandum, in quibus [illegible] suum Antesignanum, nisi id

Simoniani.

Dictum Irenæi de Simone Mago.

Cur omnes Hæreses in arborem redactæ.

L alij

alij prolixè fecissent. De Pharisæis videatur hic D. Meisnerus in Postilla sua, Dominica XI Trinitatis: Et Commentarius Danæi super August. de Hæresibus. Nos brevitatis studio nostram quadripartitam Divisionem suprà datam sequemur, in quibus singulis membris videmus ipsum graviter hallucinatum esse cum Pharisæis & Sadducæis veteribus. Primò enim sicut Sadducæi libros quosdam sacros negabant, & Pharisæi præter legem scriptam etiam Traditiones suas, quas νόμον ἄγραφον, & oretenus traditam vocarunt, jactitabant: Ita & Simon Magus idem servabat ingenium. Nam, ut refert Epiphanius, prætendebat: Neminem servari posse, nisi mysticum suum ductum didicerit. Item Non esse legem Dei, sed sinistræ virtutis dicebat, neque Prophetas ex bono Deo esse, sed alterius atque alterius virtutis, & prout vult unicuique decernit: Legem quidem cuiusdam, David autem alterius, Esaiam alterius, Ezechielem rursus alterius: & omnem qui V. T. credit, mortem subire. Unde iam conspicuum est, quod ex hâc sentinâ ij, qui Traditionibus superbiunt, quos nos Traditionarios seu Paradotas uno nomine appellamus, stercus suum hauserint. Doctrinam igitur V. & N. Testamenti à Christo traditam non servavit illibatam. Secundò, sicut Pharisæi nullam de Merito Christi habebant fidem, quia totū Christum negabant crucifixum: Ita quid Simon ille de salvifico Christi merito credere potuit, qui Christum nec venisse, nec à Iudæis quicquam pertulisse, prodidit? ut testatur Augustinus ad Quod-vult Deum. Atque hâc ratione simul in personam Christi, quoad divinā & humanam naturam, impegit: ut hinc ad oculum pateat, quod Menander qui Tertiam, & Alogiani qui Quartam nobis Classem constituunt, ex hoc malo ovó exclusi sint. Addit insuper, caput omnium errorum, quod a Sadducæis hausit, abnegationem Resurrectionis carnis, quo fundamento destructo quid reliqui potuit esse de Fide, de Virtutibus & Bonis moribus? Omnis enim generis turpitudines & flagitia impunè concessit. In quo Articulo de Resurrectione Philetum & Hymenæum vel discipulos habuit vel præceptores: (sunt enim coætanei) qui dixerunt Resurrectionem mortuorum non esse. 1. Cor. 15. 12. & iam modò factam, 2. Tim. 2. 18. Puta spiritualiter: De primâ Resurrectione omnia interpretantes, vel corrumpentes potius. Præterea idem Simon Magus docuit Idololatriam & Magiam adiaphoron esse, & solâ nos fide justificari professus est, ut Theodoretus addit, non illâ fide, quæ fit in Christum, Christum enim non venisse, neque quicquam passum esse, penitus negavit: sed illâ solâ fide, quâ Simonem crederent in personâ Patris dedisse legem: In personâ filij putativè apparuisse, atque in linguis igneis super Apostolos venisse: In quâ solâ fide homines justificari dicebat. Quod contra clamores Iesuitarum tenendum est, qui etiam hoc nomine

Pharisaismus Simonis Magi.

Traditionum observatores.

Simon Magus negat Christū passum.

Negat Christum.

Philetus & Hymenæus cum Mago consentiunt.

De qua Sola fide locutus sit Simon Magus.

mine

mine Paulo & nobis contradicunt, quasi homo non iustificetur sola Fide sine operibus, eò quod Simon id docuisset: Cum Paulus, & nos ex Paulo, de solâ Fide in Christum, ille Hæreticus de suâ garriat.

Plura qui de Simone Mago desiderat, legat caput 8. Actorum, Irenæum locis suprà dictis, Epiphanium l.1. Tomo.2.cap.21. Hieronymum contrà Luciferianum, & Ctesiphontem, Eusebiū lib.2.cap.13. Hist. Ecclesiasticæ, Philastrium libro de Hæresibus. Augustinum & alios.

De distinctione autem veterum Pharisæorum, in septem genera legi potest Thalmud tractatu Suta, cap. 3. citantibus Selneccero part. 3. Postill. Et Drusio lib.2. de Sectis Iudæorum, quorum primum genus erat Sichimitæ, qui commodi carnalis causa hunc ordinē suscipiebant (2) Impingentes, qui pedibus in lapides impingebant. (3) sanguinem fundentes, caput parietibus illidendo. (4) Quæstionistæ, qui dicebant, quid facere debeo, quod non fecerim. (5) Mortariani, qui ad formam mortarij Capitium gerebant. (6) Pharisæi ex amore, servantes præcepta virtutis amore. (7) Pharisæi ex timore, servantes præcepta formidine pœnæ. Item Iustinus Martyr, cotum quo Tryphon Iudæus in Dialogo recenset Iudæorum aliquot sectas: ut Sadducæos, & similes Genistarum, Meristarum, Græciensium, & Pharisæorum Baptistarum.

Pharisæorum Secta varia.

CAP. II. PRIMÆ CLASSIS.

De Apostolicis & Paradotis.

Omnes primæ classis hæreticos sub communi Apostolicorum & Paradotarum nomine comprehendimus. Non enim sentimus cum Augustino, hos Apostolicos tantum esse Encratitis similes, sed Encratitas potius ab his ortos esse: sunt enim longè antiquiores, quàm à nonnullis ponuntur. Quod etiam Danæus subolfecit, qui illos collocat in annum à Christo Passo 145. sed toto centenario errat. Fuerunt enim Apostolici modò, ante Synodum Ierosolymitanam primam ab Apostolis habitam & cap. XV. Actorum descriptam. Incidit autem Synodus Apostolica, in Annum Christi XLVIII. Nam si Textum illo loco inspiciamus, videmus expressè, quod contra hos Apostolicos seu Pseudo-apostolos synodus illa sit habita. Sic enim ibi legitur, v.24. Quidam ex vobis egressi turbârunt vos, labefactantes animas vestras, iubentes circumcidi & servare legem, quibus non mandaverimus. Et in Apocalypsi cap. 2. 2. Dicunt se Apostolos, & non sunt, & invenisti eos mendaces. Meminit etiam eorum Paulus, quod venditârint Spiritum, Sermonem, & Epistolas Apostolicas. 2. Thess. 2, 2. transformati in Apostolos Christi. 2. Cor. 11: 13. Et cætera quæ in progressu deinceps videbimus.

Hær. Apostolici quando cœperint

Synodus prima contra Apostolicos.

I 2 Sunt

Sunt ergò verè hi Apostolici illi ipsi Pseudoapostoli, de quibus Paulus dicit, quod sint operarii dolosi, qui se transformant in Apostolos Christi. Arrogantissimè igitur se hoc nomine vocaverunt, ut inquit Augustinus: Imò ex merâ æmulatione, arroganter sese Apostolis (Paulo imprimis & suis collaboratoribus) opposuerunt, iisque hoc nomen inviderunt, & quantum in ijs fuit, præripuerunt. Hinc enim est, quòd Paulus tantoperè protestatur, 1. Cor. 9. 1. Nonnè sum Apostolus? Nonne sum liber? Nonne Dominum nostrum Iesum Christum vidi? Nonne opus meum vos estis? si alijs non sum Apostolus, & certè vobis sum. Undè apparet, quod præ invidiâ & superbiâ præripuerint veris Apostolis nomen Apostolicum, & sibi ipsis inviderint. Ab hoc igitur tempore primas radices hi Apostolici seu Pseudoapostolici potius in Corinthiacâ maximè Ecclesiâ egerunt. Qui & Apotactitæ Latinis, & ἀποτακτικοὶ Græcis dicti sunt. Est autem ἀποτάττειν, idem quod segregare: & ἀποτάσσεσθαι idem quod valedicere vel renunciare alicui & despondere se certæ Rei vel ordini, quæ significatio valdè congrua est ipsorum errori. Qui ex præcipuis hic fuit, quòd nihil possideant, ut testatur Epiphan. Hære. 61. & cælibatui se desponderint, atque ita conjugio planè renunciârint, & alij quasi vitæ se centuriârint & mancipârint, adeò ut salvos eos esse non posse docuerint, qui in conjugio vivant. In quam doctrinam innuit Paulus: 1. Tim. 4, 2. cum illam dæmoniorum esse docet. Et contra hos absque omni dubio, Hebr. 13. 4. jubetur honorabile esse conjugium inter omnes.

Apostolici opponunt se Apostolis.

Prima radices Apostolicorum.

Apotactita.

Cur autem hos Paradotas novo facto vocabulo appellare voluerimus, nobis etiam reddenda hic est ratio. Etsi enim apud veteres hoc nomen non extet, res ipsa tamen extat & damnata est. παράδοσις enim traditiones significat, i. e. huiusmodi dogmata, quæ vel præter verbum scriptū, vel ex spurijs & non receptis scriptis sacris & Relationibus probata, pro fidei Articulis venditantur. Hoc igitur genus hominum, qui talia colunt, Traditionarij vel Paradotæ dici possunt. Sed utut sit de nomine, rem ipsam quod attinet, certum est hunc errorem antiquum esse & cū vetustissimis Hæreticis, Pseudoapostolis nimirum, in primitivâ Ecclesiâ jam tum modò ortum traxisse. Nam ne longius à nostris Apostolicis eamus, fuerunt illi omninò istius farinæ: ut enim ex Clemente Alexandrino lib. 3. stromat: & ex Epiphanio hoc loco patet, libris quibusdam spurijs seu Apocryphis usi sunt, quibus suum errorem confirmârunt, qualia sunt, Acta Thomæ & Andreæ, quæ vocant, & Evangelium secundum Ægyptios. In quo legi dicebant hæc verba, quod Christus dixerit: Veni ad dissolvendum opera Fœminæ. Opus autem Fœmineū vocabant conjugium, quod ipsum Christus venerit dissolvere vel tollere, cum

Paradota quid significet

Apostolici sunt Traditionarij.

potius

potius contrarium faciat, & hoc ipſum tanquam Dei opus ſtabiliat & confirmet Math. 19. 6. Paradotæ igitur ſeu Traditionarij Pſeudoapoſtoli fuerunt, imitantes hâc in parte proavum ſuum, Simonem Magum, & ante illum Phariſæos, de quibus Chriſtus dicit, quod irritum faciant mandatum Dei propter Traditionem ſuam Matth. 15. 6. Ex quibus hi Pſeudoapoſtolici ſeu Traditionarij indolem traxerunt. Quos etiam Iohannes carpit, quando Eccleſiam Epheſinam laudat Apocal. 2, 2. quod examinaverint eos, qui glorìantur ſe eſſe Apoſtolicos, & non ſunt, & ad Thyatirenſes ſcribens, ib. v. 20. eoſdem ſub nomine Ieſabelis perſtringit, quæ dicit ſe eſſe Propheliſſam. In quâ Thyatirenſi Eccleſiâ etiam ſat multi fuerunt, qui peculiares revelationes, quibus Apoſtolicam authoritatem tribui volebant, jactitabant, quas *τὰ βάϑη* vocabant, v. 24. i. e. profunda, recondita & abſtruſa myſteria, non cuivis nota, quæ tamen Iohannes ibi appellat profunditates Satanæ.

Simon Magus & Phariſæi Traditionarij.

Poſſunt autem horum Paradotarum ſeu Traditionariorum docendi cauſâ tres conſtitui ſpecies: Generale enim hoc caput Hæreticorum eſt huius farinæ ſat multorum. *Prima ſpecies* eorum eſt, qui libros Veteris & N. T. vel omnes vel aliquos ſimpliciter improbârunt & rejecerunt. *Secunda*, qui præter ſcripturam Propheticam & Apoſtolicam ſpurios, falſos & ſuppoſititios libros ſacros quaſi ab Apoſtolis & Evangeliſtis ſcriptos introduxerunt, eoſque pro confirmatione falſorum ſuorum dogmatum uſu frequentârunt. *Tertia*, qui ex meris narrationibus quorundam veterum nonnulla fidei capita tanquam teſtes antiqui Eccleſiæ obtruſerunt.

Profunda Apoſtolorum.

Tres ſpecies Traditionariorum.

Primam ſpeciem quod attinet, ne de Ethnicis, Porphyrio, Celſo, Iuliano Apoſtatâ, & alijs Philoſophis ac hoſtibus, utpote extra Eccleſiam poſitis, quicquam dicamus, Simon Magus nobis in memoriam redeat, repetanturque ea, quæ præcedenti capite de illo ex Epiphanio retulimus: Unde Simoniani nati ſunt, quod imitati ſunt Baſilidiani & Marcionitæ, qui libros V. T. quaſi à malo quodam Deo dictatos in univerſum reſpuebant. Vide Irenæum l. 1. cap. 20. 22. 29. vide & Manichæos apud Epiphanium, Hæreſi 66. Item Auguſtinum adverſus Fauſtum Manichæum, & libris duobus contra adverſarium Legis & Prophetarum. Refert quoque Epiphanius Hæreſi 33. de Ptolomæo, qui floſculus Valentini Irenæo dictus eſt, quod is ſtatuerit, Legem non quidem à Diabolo, ſed ab opifice mundi (quem neque bonum neque malum, ſed medium eſſe credebat) latam, eamque trifariam eſſe diviſam, & habere aliquid ex Deo, aliquid ex Moſe, aliquid ex ſenioribus. Sic Nicolaitas & Gnoſticos Philaſtrius ſcribit, Pſalmos Davidis, ut humana cantica abſque ullo divino flatu conſcriptos repudiaſſe. Huc pertinent etiam illi hæretici,

I. De iis qui repudiant quoſdam libros ſacros.

quorum quidam peculiares Veteris Testamenti libros canonicos eliminârunt, ut librum Iobi, Ecclesiasten Salomonis, Cantica canticorum, Danielem, &c. quorum antesignanus est Iacobus Christopolitanus apud Philastrium. In N.T. quidam omnes libros in universum rejecerunt. Nonnulli verò Evangelia neque ab Apostolis neque ab aliis discipulis Domini, sed à quibusdam impostoribus, qui multa falsa veris admiscuerint, scripta crediderunt. Ita sensisse Faustum Manichæum Augustinus testis est, lib. 32. contra Faustum, cap. 1. 6. 2 1. Et libr. 33. cap. 3. & 7. quos ibidem refutat. Et Philastrius cap. 6. sine nomine ut horum refert quosdam, qui tres Evangelistas, Matthæum, Marcum, & Lucam tantum receperunt, spreto Iohanne, ut qui illis esset contrarius. Qui Anonymi hæretici rectè huc transferuntur, & nomine Traditionariorum seu Paradotarum nobiscum appellantur. De Ebione scribit Irenæus, lib. 1. cap. 26. quod is solum Matthæum ex Evangelistis probaverit. De quâ re etiam videatur Epiphanius, hæresi 30. Et Eusebius lib. 3. cap. 21. Histor. Eccles. Reprobavit idem & Paulum, quem errorem etiam posteà Helcheseitis arripuisse Eusebius refert lib. 6. cap. 27. hist. Eccles. cui affinis est Cerinthus, qui solius Marci Evangelio usus est, teste Irenæo lib. 3. cap. 11. Imò Eusebius lib. 3. cap. 28. testatur, ipsum fuisse inimicum scripturis Dei. Marcion solum Lucam adhibuit, quamuis neque illum integrum sed corruptum & mancum, ut ex Tertulliano lib. 4. contra eundem, & Epiphanio, hæresi 42. patet. Irenæus quoque lib. 1. cap. 29. testatur, quod Lucam circumciderit, & servaciorem Apostolis, qui Evangelium tradiderunt, jactitârit, quod item Apostoli Pauli Epistolas absciderit. Nonnulli, ut Cerinthus, apud Philasticum cap. 36. Cerdo apud Tertullianum de præscriptionibus: Tatianus, apud Eusebium l. 4. cap. 29. histor. Eccles. Manichæus apud Augustinum: de utilitate credendi cap. 3. Acta Apostolorum è sacro codice eliminârunt. Ex epistolis paulinis Marcion illas, quæ ad Timotheum & Titum scriptæ sunt, repudiavit, Epiphan. hær. 42. Hieronymus præfatione commentarij Epistolæ ad Tit. Anomæi teste Epiphanio hæresi 76. Epistolam ad Philemonem more humano conscriptam spreverunt. Ex quo Catalogo jam satis manifesta est prima species Traditionariorum, qui libros codicis Biblici partim flocci penderunt, partim improbârunt. Sequitur jam secunda eorundem species, qui non tantum genuinos libros repudiârunt, sed & insuper falsos & adulterinos quosdam supposuerunt. Nam antiquis temporibus statim post Apostolorum tempora cœpit hoc Argumentum agitari, quod scripta quatuor Evangelistarum, & Apostolorum tàm pauca non sufficerent, ad stabilienda Fidei dogmata, sed extare passim insuper alia scripta, quæ in supplementum vocanda sint sacrorum librorum: Longè enim plura

Libri ex N. Testamento repudiati ab Hæret.

Traditionarii sunt.

Ebion.

Cerinthus.

Marcion

Cerdo.

Tatianus.

Manichæus.

Anomæi.

II. Species Traditionariorum.

plura & facta & dicta fuisse à Christo & Apostolis, quàm quæ literis consignata sint. Exempli gratia: Serapion apud Eusebium lib. 6. facit mentionem cujusdam Evangelij, quod Petri titulum præferebat: de quo sic pronunciat: Nos Petrum & reliquos Apostolos, sicut & Christum recipimus, sed ψευδογράφημα reiicimus. Idem Eusebius narrat de scripto quodam quod sub Pauli nomine ferebatur, de quo quosdam ait affirmasse: Authographon extare in Tharso Ciliciæ, sed postea compertum fuit, falsam esse narrationem.

Ejus generis etiam fuerunt prædicatio Petri, Actus Andreæ, Philippi, Petri, Thomæ, & quidem vivente adhuc Iohanne Apostolo historia, de periodo sive actibus Pauli & Theclæ sparsa fuit. Cujus Historiam vide apud Euseb. lib. 3. cap. 3. & 25. Item. I. C. Distinct. 15. c. Sancta Romana. Quod ita refert Hieronymus: Cum post mortem Pauli libellus quidam de periodo Pauli & Theclæ spargeretur, & sub nomine ac titulo Pauli circumferretur, presbyterum quendam in Asiâ, Spudasten Pauli, convictum apud Iohannem Apostolum, quod Author esset illius libri, & confessum, se hoc Pauli amore fecisse, & ob id excidisse. Sic Hieronymus ex Tertulliano. Huc illi etiam pertinent, qui Evangelium ad Ægyptios receperunt, cujus paulò ante meminimus. Colloquium fictum Salomes cum Christo, vide apud Clementem Alexandr. 3. Stromat. Epiphanius recitat, Caianos librum confinxisse, quem Ascensium Pauli nominarunt, ex hâc occasione, quod Pauli ἄῤῥητα, quæ audivisset in tertio cœlo, judicârint cognitu esse perquam necessaria. Hujus farinæ est & Pastor Hermes, ex quo Clemens nonnulla allegat. Item, Evangelium Nicodemi, in quo habetur fabula de Charino & Lenthio. Item Protevangelium Iacobi, libri περὶ διδαχῶν Apostolorum, qui in Canonibus Apostolorum tanquam canonici adducuntur. Scripta Clementis Romani, quæ præter Epistolam ad Corinthios, jam tempore Eusebij adulterata fuisse notum est. De vitis Apostolorum, cujus authorem fecerunt Abdiam Babylonicum. His adde librum de filiabus Adæ: de pœnitentia Adæ; Testamentum Patriarcharum: De pœnitentia Iannis & Mambre: Contradictionem Salomonis: De Infantia Christi: Evangelium Thomæ: Evangelium Thaddæi: Evangelium Bartholomæi: Evangelium secundum Hebræos. Item Apocalypsin Petri & Apocalypsin Pauli, de quibus duobus posterioribus lector videre potest judicium Nicephori Callisti, lib. 14. cap. 34.

Nova Acta Apostolorum. *De Actibus Pauli & Thecla.* *Evangelium ad Ægyptios.* *Colloquium cum Christo.* *Ascensio Pauli.* *Pastor Hermes.* *Evang. Nicodemi.* *Protevangelium Iacobi.* *De vitis Apostolorum.*

Tertia species Traditionariorum est, qui simpliciter ad Narrationes & Relationes, tanquam ab antiquis profectas, confugerunt, quas *Deuterosis*, tanquam leges secundarias, appellabant. Hunc morem etiam in Manichæis accusat Augustinus: Is enim cum Scripturam non recipe-

Deuterosis quid.

rent,

rent, dicebant, se famæ de Christo, credidisse, lib. 13. c. 4. contra Faustum. Quorum Antesignani modo tempore Pauli regnârunt. Et hæc ipsa quidem Hæresis occasio & causa fuit, cur alteram suam ad Thessalonicenses scripserit: Sic enim inquit, cap. 2. 2 Ne turbemini, sivè per spiritum, sivè per sermonem, sivè per epistolam quasi à nobis profectam. Sub vocabulo spiritus, revelationes novas & occultas, per sermones, famam, per epistolas adulterina scripta venditabant. Pseudoapostoli in Thyatirensi Ecclesiâ jactitabant τὰ βάθη, profunditates & mysteria sua. Et Euseb. lib. 3. cap. 28. citat ex Cajo, Cerinthum prætextu Revelationum, velut à magno Apostolo acceptarum, portentosa sua dogmata voluisse in Ecclesiam invehere. Et Iren. lib. 3. c. 2. etiam hos hæreticos sine nomine, & in genere taxat, inquiens: Cum ex scripturis arguuntur, in accusationem convertuntur ipsarum scripturarum, quasi non rectè habeant, neque sint ex authoritate, & quia variè sunt dicta, & quia non possit ex his inveniri veritas, ab his, qui nesciant Traditionem, non enim per literas traditam illam, sed per vivam vocem, ob quam caussam & Paulum dixisse, sapientiam loquimur inter perfectos, sapientiam non hujus mundi. Et lib. 1. dicit: Carpocratianos nova sua commenta hoc prætextu defendisse, quod scilicet Iesus talia privatim Apostolis in Mysterio locutus fuerit, & Apostolos illa tradidisse non omnibus, sed dignis tantum. Et hoc studium Traditionum multos etiam incautos Patres decepit, ex quorum numero etiam Papias fuit, de quo ex Eusebio postea sub titulo Chiliastarum pluribus dicemus: Et Epiphanius, qui etiam scripturas contra distinguit à Traditionibus. Atque hic Error Traditionariorum tandem originem dedit distinctioni, quasi verbum Dei aliud sit ἔγγραφον, aliud ἄγραφον, aliud ἐξωτερικὸν aliud ἐσωτερικόν. Quam distinctionem nimis Philosophicam adhuc hodiè Pontificii mordicùs tenent, & quamvis à Patribus quoad speciem Traditionum longissimè absint, tamen pro suis fictis Traditionibus, quas pari pietatis affectu & Reverentiâ volunt teneri, tanquam pro aris & focis pugnant: Adeò ut Hæresis hæc Traditionariorum planè in Synagogam Pontificiam recepta sit, & summo habeatur honore; ut suo loco, Deo dante, latius dicemus. Cætera quæ hic prolixius addi possent, brevitatis studio prætereo. Et remitto studiosum lectorem ad Chemnitium in examine Concilij Tridentini, ubi agit de Octavo genere Traditionum.

Traditionarij iactant Revelationes.

Studium Traditionum Patres etiam decepit.

Tom. 1. libr. 1. Hæres. 61

CAP. III.

De Cerintho.

Cerinthus quando vixerit.

INter Pseudoapostolicos Cerinthus meritò Primus est. Nam Epiphanio teste, vixit ipsâ Petri & Pauli ætate, iisque sæpè restitit, fuitque unus ex

iis, quos

ijs, quos Paulus Pseudoapostolicos vocavit, & qui Antiochiæ propter circumcisionem gentium turbas moverunt, ut ex cap. 15. Act. v. 24. supra demonstravimus. Attigit etiam Iohannis Evangelistæ ætatem, sicut ex narratione Polycarpi discipuli Iohannis apparet, quam sic refert Eusebius lib. 4. c. 14. Sunt qui ex Polycarpo audierunt, Iohannem discipulũ Domini, cum Ephesi balneum esset lavandi gratiâ ingressus, inque illo Cerinthum vidisset, mox illotum egressum, dixisse: Fugiamus, ne balneum corruat, in quo Cerinthus veritatis inimicus lavat. Videatur & Irenæus lib. 3. cap. 3. Cerinthianorum hi potissimum Errores fuerunt:

I. Impingebant in κριτήρια Fidei: qui per revelationes quasdam, quas velut à magno Apostolo conscriptas, & per Angelos revelatas, putabat, sua portenta defendi posse.

II. Impingebant in Articulum de Deo, docentes mundum ab Angelis esse factum, ut liquidò testatur Augustinus ad Quod vult Deum.

III. De personâ Christi graviter errabant, quem purum putum Hominem dicebant, & ne quidem à Virgine, sed ex concubitu Patris & Matris natum.

IV. Negebant etiam eiusdem Resurrectionem, quam tandem dicebant aliquando futuram, & mille Annis post in terreno suo Regno secundum carnales ventris & libidinis voluptates, in hoc mundo cum suis commoraturum.

V. Circumcisionem carnis & cætera legis Mosaicæ statuta, omninò ad salutem Homini Christiano esse necessaria.

VI. Vitam æternam positam esse in carnalium voluptatum fruitione. Dicuntur etiam Merinthiani, sed hoc fortasse tantum per primæ literæ graphicum Errorem. Contra hunc authorem scripsit Iohannes suum Evangelium. Et videtur quoque eundem perstringere, in Epist. 1. cap. 2. 22. Item cap. 4. 3. Et in secundâ Epist. quâ prohibet illis Ave non esse dicẽdum, videtur iustificare velle actum suum fugæ ex balneo, quam Paulo ante ex Epiphanio recitavimus.

CAP. IV.

De Chiliastis.

Chiliastæ etiam Millenarij dicuntur: Hoc Latinum; illud Græcum nomen est, ab errore potissimo, quem foverunt. Nam ex loco Apocal. cap. 20. 2. malè intellecto finxerunt, Cerintho doctore, Christum totos annos mille cum suis sanctis in hâc Terrâ dominaturum. Philastrius nominat eos Chilionetitas, Damascenus Pepuzianos à Pepuzâ Urbe, quæ Galatiam & Cappadociam à Phrygiâ dividit. Legatur hic

Chiliastæ Millenarij.

Chilionetitæ.

Pepuziani.

Epiphanius Hæresi. 77. Quæ autem fuerit sententia Chiliastarum plenè peti potest ex Lactantio, lib. 7. cap. 24. Item ex Iustino in Dialogo, cum Triphone Iudæo. De quo Errore pluribus nonnihil agendum est propter duas potissimum caussas; 1. quia sentina hujus Opinionis etiam in quorundam Orthodoxorum Patrum animis haud leves radices egerunt. Deinde quia etiam hodiè, nostro seculo, haud pauci sunt, qui hanc Hæresin ab inferis resuscitârunt, atque etiamnum resuscitant.

Chiliast. Error Patribus obrepsit.

Patres quod attinet, diu serpsit hic Error in Ecclesiâ, adeò ut etiam Euseb. lib. 7. c. 23. & 24. mentionem faciat cujusdam Nepotis; qui Episcopus Ægyptiorum fuit, & sub Gallieno Imperatore Romano, Anno post Christum natum 264. vixit: Undè apparet satis diu propagatum esse hoc lolium. Quomodo autem & à quo hic Error etiam nonnullorum Orthodoxorum Patrum animis instillatus sit, operæ precium est perpendere. Dicit autem Helinandus, quod Papias Episcopus Hieropolitanus in Asiâ hanc δευτέρωσιν seu Traditionem in Ecclesiâ dispersit. Erat enim plus justo studiosior τῶν παραδόσεων ἀγράφων, Traditionum non scriptarum, circumventus scilicet fraude eorum Hæreticorũ, quos supra Traditionarios appellavimus. Sic enim de seipso ait, Eusebio recensente lib. 3. c. 39. Eccl. Hist. Sicubi quisquam veniebat, qui veterum assectator fuerat, seniorum verba exquirebam, quid Andreas, quid Petrus, quid Philippus, quid Thomas, aut Iacobus, aut Iohannes sivè Matthæus, vel alius quispiam ex Discipulis Domini, quidque Aristion & Senior Iohannes, & Discipuli Domini dixerint, cogitabam enim, me non tantum utilitatis ex libris, quantum ex vivâ & permanente voce relaturum. Sic ille. Undè apparet præposterum Papiæ studium, quod spreto verbo ἐγγράφῳ sectatus potius sit traditiones, rumusculos, & verbum ἄγραφον, sed postquam semel hoc tam præposterum studium animo Papiæ insedisset, quid fiebat? audiamus porrò Eusebium. Multa idem commentator (Papias) tanquam ex vivâ traditione ad se relata, & peregrinas quasdam servatoris Parabolas (καὶ καινὰς διδασκαλίας καὶ Μυθικώτερά τινα) & vanas doctrinas, & fabulosa quædam adjecit, in quibus etiam est opinio Chiliastica. Teste igitur hucusque Eusebio, Chiliastica opinio à Papia vel profecta vel promota, κεναῖς διδασκαλίαις καὶ ἄλλοις μυθικωτέροις annumerata est, in quorum censu etiam meritò retinetur. Ita admiratio & captatio traditionum non scriptarum, non tantum Hæreticos, sed & ipsum Papiam decepit, qui posteà, ut Eusebius dicit, plurimis post se Ecclesiasticis viris Chiliastici erroris causam dedit. Et rationem addit Eusebius, quia ἀρχαιότητα τοῦ ἀνδρὸς, antiquitatem viri illius prætendebant. Sicut autem fit, ubi sunt traditiones absque συμφωνίᾳ & consensu scripturæ, ut posteà subsequantur opinionum fluctuationes liberæ;

Papias dat causam Chiliastici Erroris.

sæpè

sæpè quoque temerariæ, ita etiam in hâc opinione de Regno Ecclesiæ Millenario, ex traditione, non ex scripturâ Canonicâ suborto, evenit. Nec enim uniformiter posteà propagata fuit à Patribus, verum ut quisque erat sincerior, ita quoque hoc Paradoxum παραδόντος Traditionis non scriptæ limatius tradebat. At quod initiò malum est, nequit tractu temporis convalescere; ICtorum Regula est. Dionysius de Apocalypsi Iohannis & hâc materiâ disserens, ait, de Cerintho, quod is figmento suo Authoritatem magni nominis acquirere, secundum scripturæ hujus pravam intelligentiam, gestiebat. Prava igitur apud saniores habita est intelligentia scripturæ hujus Apocalypticæ, illam de Regno aliquo Millenario interpretari. Irenæum dicit Hieronymus hanc eandem Chiliasticam opinionem imbibisse. Et vulgò allegari solet liber 5. cap. 25. Sed in illo ne verbulo quidem de Regno tali, ut etiam Nicolaus Gallasius diligentissimus in Irenæum commentator dicat, Hieronymum dum ita de Irenæo judicat, aut perperam judicare, aut ex aliis libris, quã qui ad nostras manus venerunt, id collegisse. Lactantius lib. 7. c. 24. & 27. ex Sibyllis plus quàm ex Apocalypsi hoc paradoxon tuetur. Quem Augustinus, Lactantio Iunior perstringit lib. 20. de ciuit. Dei, cum de duabus Resurrectionibus inquit: De his duabus Resurrectionibus idem Iohannes Evangelista in eo libro, qui dicitur Apocalypsis, eo modo locutus est, ut eorum prima à quibusdam nostris non intellecta, insuper etiam in quasdam ridiculas Fabulas verteretur. De Tertulliani sententiâ legatur lib. 3. contra Marcionem in fine, ubi quidem allegat alium librum, quem de spe fidelium inscripsit, sed is periit. Dicto loco quæ extant, valdè sunt anilia. Et quid multis? sunt stipulæ Patrum, quæ scripturientibus interdumque dormitantibus Patribus irrepserunt. De quibus ita Ludovicus Vives pronunciat: Non omnes, inquiens, eadem de illis mille tradiderunt annis: unusquisque ut sibi animo confingebat, ita affirmabat, nec mirum, in re vanâ & commenticiâ. Sic Viues. Hieronymus lib. in Esa. 15. meminit Dionysij, quod elegantem librum scripserit contra mille annorum Fabulam, & auream gemmatamque in terris Ierusalem. Iustinus Martyr in Dialogo & conflictu cum Tryphone Iudæo, videtur etiam in hoc themate aliquid Iudæo largiri: inquiens: Vir apud nos quidam, cui nomen erat Iohannes, è duodecim Apostolis Christi unus, in ea, quæ illi exhibita est Revelatione, Christi fideles nostros, annos mille, Hierosolymis peracturos esse, prolocutus est. Restant adhuc duo Patres, Apollinarius & Victorinus Pictaviensis, quos etiam hanc opinionem imbibisse meminit Chemnitius. Quid? quod ipse Hieronymus timidior sit in refutandâ hâc Hæresi. Nam cap. 9. in Ierem: cum fecisset mentionem Chiliastarum, sic dicit: Quæ licet non sequamur,

Chiliastica Opinio non uniformiter propagata.

Dionysius de Chiliasmo.

Irenæus de Chiliasmo.

De duabus Resurrectionibus Lactantius.

Tertullianus de Chiliasmo.

Ludovicus Vives Chiliasmo.

Iustinus Martyr de Chiliasmo.

Hieronymus de Chiliasmo.

mur, tamen damnare non possumus, quia multi Ecclesiasticorum virorum & martyres ista dixerunt: Unusquisque in suo sensu abundet, & Domini cuncta judicio reserventur. Confidentius tamen contrà illos agit in cap. 7. Daniel. cum inquit: Cesset mille annorum Fabula. Et quod magis mirandum, etiam ipse Augustinus fatetur, se istâ opinione aliquando fascinatum esse.

Chiliastica crambe recoquitur.

Nunc etiam secundò addendum, quomodo hæc vetus & olida crambe à nonnullis recoquatur. Primò reassumpserunt has veteres Fabulas

1. moderni Iudæi, & fictitio suo Messiâ hunc sabbathismum Chiliasticum sibi fingunt. Quâ de re vide Buchsdorffium in Synagogâ suâ Iudaicâ.
2. Secundò à Iudæis recentioribus contagium hoc suxerunt Anabaptistæ. Nam Philippus Melanchthon, Tomo 1. Witteberg. Latino in Disputatione de deliriis & furoribus Anabaptistarum scribit, Anabaptistas affirmare, oportere ante novissimum diem in terris Regnum Christi tale existere, in quo Pij dominentur, & omnes impios Reges opprimant & deleant. Quod somnium etiam volebant in actum deducere in tumultu bellico, quem excitabant in Germania, de quo extat in lib. 10. Sleidani. Et meminit quoque Xystus Betulejus, in Commentario suo in Lactantium, cujusdam, lib. 7. c. 14. Tertiò, apud Antitrinitarios etiã hæc
3. opinio invenitur, sicut de Iohanne Erasmo testimonium produximus in libello nostro de Regno Christi, secundâ parte cap. 4. in quo etiam prolixius egimus de fundamentis huius erroris, & Refutatione ejusdem.
4. Quartò nuper nescio qui Fratres Roseæ Crucis, in antris suis tenebricantes, virus suum exspuerunt, & cum cæteris Erroribus etiam Chiliastarũ somnia protrudere denuò ausi sunt, non absimili Anabaptistarum veterum conatu. Ut enim illi olim hoc modo furori & seditioni suæ fucum faciebant, ita & hi Fr. Rosæcruci, sperantes ex accenso igni Bohemicorum motuum, novam quandam lucem Universalis alicuius Reformationis tam Ecclesiasticæ quàm Politicæ, in toto Imperio Romano cæperunt Chiliasticè vaticinari, hoc est, Paradoxo hoc veteri-novo ingenia Hominum inquieta & nouitatis avida, acuere & armare. Sed irrito conatu, & eventu non secundo. Themata quibus abutebantur, & in quibus luxuriabant disputando aut potius vaticinando, hæc ferè erãt, An Imperium Romanum interiturum sit ante diem novissimum? An Antichristus seu Pontifex Romanus itidem? An Conversio Universalis Iudæorum speranda? An Reformatio Evangelica expugnatura sit omnes contrarium sentientes Opiniones? Item de Panolethria Imperij Turcici, & strage in montibus Israelis, & quæ erant quæstiones abstrusæ aliæ, quæ sic concludebantur, ut spem facerent aurei seculi, ita ut adhuc ante diem extremum futurum sit unum Ovile & unus Pastor. Quorum

Ioh. 16.

rum Postulata ex nostris, Doctor Osiander & alij Theologi examinârunt & egregiè refutârunt. Sed satis de hisce fanaticis, ut & iis qui eosdem vel admirantur, vel excusant, vel imitantur.

CAP. V.

De Nazaræis.

PRimò de Appellatione: *Secundò* de Origine; *Tertiò* de Erroribus Nazaræorum dicemus.

De primo sciendum, duas esse potissimum species eorum, qui hoc nomen inter se participant. Primò sunt Votivi in V. Testamento, Naziræi dicti, qui prolixè describuntur cap. 6. Numer: Secundò sunt Patriotæ, ex oppido Nazareth oriundi. Ex his posterioribus Christus Dominus noster, occasione primæ educationis, quam in hoc oppido accepit (non tamen sine mysterio) Iesus Nazarenus cognominatus est. A quo deinceps primi ipsius asseclæ, antequam Christiani appellarentur, Nazaræi dicti sunt, ut haud obscurè ex Actis liquet, cap. 24. 5. Tandem progressu temporis cum hoc nomen appellatione Christianorum obliteraretur, solis sectariis remansit, de quibus jam hoc capite agimus: Qui etiã eâdem de caussâ Iessæi dicti sunt, non (ut perperam sentit Epiphanius lib. 2. foli 2. cap. 29.) à Iesse patre Davidis, cum quo nihil habebant commercij, sed à Iesu Nazareno, à cujus prænomine æquè ut cognomine volebant superciliosè admodum appellari. Postea in hâc Nazaræorum differẽtiâ orta est distinctio orthographica, quam melioris intellectus ergò aucupabantur nonnulli scriptores. Hinc enim orta est ista Homonymia vocabulorum, quam solâ scriptione discernendam esse putabant. Quidã enim scribebant Naziræos, jam per *i* jam per *u*: Quidam Nazoræos per *ω*, quidam Nasaræos per *σ*: quidam Nazaræos & Nazarenos: quidam per zain, quidam per zade, sicut hâc de re prolixè, qui volet, legat Franciscum Iunium in sacris Parallelis, lib. 1. Parall. 8. Danæum de Hæreticis cap. 9. Sed meo judicio scrupulosior est hæc Orthographia quàm certior: Non enim exactè semper hæc graphica Distinctio ab Authoribus observata est. Satis est nosse & discernere duas superiores species sic ex voto & patriâ primitus dictas. Patria enim cognomini Christi, ut & ipse Nazarenus diceretur, occasionem dedit, ut apertè testatur Matthæus cap. 2. 23. De mysterio quod huic nomini subest, hoc loco nobis res non est. Hoc autem Christi cognomen valdè vulgatum erat, ut & in frontispicio crucifixi affigeretur, & in triplici linguâ legeretur ab omnibus prætereuntibus, quæ res originem & caussam dedit gentibus, ut nomine Nazaræorum omnes eos appellarent, qui Christi Iesu in Fide astipularentur.

Votivi Naziræi.

Christiani Nazaræi.

Iesæi.

Naziræi. Nazoræi. Nasaræi. Nazaræi. Nazareni.

Christiani melius dicimur quam Nazaræi.

tur. Sed paulò post Antiochiæ intervenit appellatio Christianorum, Act.11.26. Quæ & studiosius frequentari cœpit, & rectius, nimirum ob Officium Messiæ, quod sibi Iesus noster verè venditabat. Quo & Agrippas postea utebatur Act. 26.28. Et Petrus ad gentes scribens 1.Pet.4.16. Quâ appellatione studiosius (ut dictum est) frequentata, desiit illa prima Nazaræorum denominatio. Quid fit autem? Quia gloriosum & satis plausibile hoc nomen erat, vel Iesæum à Iesu, vel Nazaræum à patriâ & cognomine Christi appellari, ideò sub specie tam ambitiosi tituli jactitabant sese hi, de quibus nunc agimus Hæretici, nimirum ut fucum suo dogmati facerent, titulo tam splendido: ut etiam postea factitatum est, à Iesuatis, & hodiè à Iesuitis, qui à Iesu nomen sibi suffurantur.

Nazaræi Hæretici captant ambitiosum nomen.

Iesæi. Iesuatæ. Iesuitæ.

Quod autem originem horum Hæreticorum Nazaræorum attinet, sunt illi verè è numero Apostolicorum seu Pseudoapostolorum & Traditionariorum, & germani ipsorum discipuli. Erant enim Medij generis, & partem capiebant à Iudæis, partim à Christianis. Nam cum variæ & graves Apostolorum essent contra Iudæos concertationes, de duobus potissimum Articulis, (1) de usu legis (2) de vero Messiâ, quisnam esset? ut videre est, Rom. 7.1. Galat. 1.1. & seqq. alibique passim: Orti sunt hi Hæretici & vagati sunt in Asia, qui & ipsi certè volebant Christianis annumerari, & una profiteri & agnoscere Iesum Nazarenum, Christum filiumque Dei, & sic astipulabantur uni parti Confessionis Christianæ. Alterum Articulum de usu legis quod attinebat, nolebant illi legi veteri & Leviticis ceremonijs valedicere, sed hâc ex parte Iudæis astipulari. Et hinc est, Quod Augustinus ad quod vult Deum sic breviter hos Nazaræos describat, inquiens: cum Dei filium confiteantur esse Christum, omnia tamen Veteris legis observant. Elegans sanè humanæ rationis Compendium, & cum Christianis ex unâ, & cum Iudæis ex alterâ parte facere, sic enim pericula & contradictiones utriusque partis sibi videbantur effugere posse, & Medio uti sperabant tutissimi abire. Indè enim & circumcidebantur & baptizabantur. Sed dum volebant esse & Iudæi & Christiani simul, nec Iudæi sunt nec Christiani. Non fuit autē familia hujus sectæ exigua aut brevis, sed duravit adhuc tempore Hieronymi, sicut ipse Hieronymus meminit cujusdam, qui ipsi librum Evangelicū Matthæi Apocryphum Hebræum exhibuerit, vide in Esa. c. 11. Meminit & eorundem in cap. 8. Esa. Et Augustinus l.1. contra Cresconium, & l.19. contra Faustum c.18. ubi ait adhuc extitisse. Nunc de Erroribus illorum in specie.

Nazaræi medij inter Iudæos & Christianos.

Errores Nazaræorum.

1. *Primum* & præcipuum fuit, quem paulò ante attigimus, quod etiam Iudaicas Ceremonias ad salutem Christiano duxerint necessarias.

Secundum:

Secundus: Hominem coram Deo mixtâ iustificari Iustitiâ, partim propter Christum gratis, partim propter opera Legalia, Circumcisionis, Disciplinam moralem, & veteres Ceremonias. Et perstringebant ita Paulum, quasi is quidem de initio Iustificationis rectè docuisset, interim autem omisisset solidum Iustitiæ complementum, necessariò ex Lege adijciendum: Pro se adducendo severissima Mosis mandata & ipsa quoque Exempla Apostolorum Petri, Jacobi, qui initio consuetudinem gentium evitaverant, & cum Iudæis judaisaverant: quod expressè colligitur ex cap. 2. ad Galat. cui toti Epistolæ Paulinæ hâc contentione data est occasio. 2.

Tertius: quod multa de Nouria & Ouria (quæ apud Chaldæos ignē significant) fabulati sunt. 3.

Quartus: quod præter Quatuor Evangelia, Quintum asciverint: vel, ut testatur Theodoretus, quod neglectis libris Evangelistarum quatuor, solum Evangelium Quintum receperint. 4. *Evangelium Quintū.*

Quintus, quod inter Evangelistas Matthæum Hebræo sermone scriptum, pro authentico habuerint. 5.

Sextus, quod præter hæc scripta etiam Evangelium, perfectionis quod vocant, carmine scriptum, & Evangelium Evæ, & Evangelium secundum Hebræos venditârint. 6.

Septimus, quod visiones, raptus, & Enthusiasmos, falsaque miracula jactitârint. 7. *Semneia dicta monasteria.*

Octavus, quod Monasteria, quæ Semneia dicebant, in Ægypto, & in Cyrenaicâ regione illi vicinâ, condiderint & inhabitarint. Quo nomine à Philone Essæi multum commendantur, libro de vitâ contemplativâ. 8.

Nonus, quod animas brutorum, plantarum, & hominum ejusdem substantiæ esse crediderint, quem errorem postea Manichæi amplexi sunt. Fuit autem error horum Nazaræorum quoque tam gratus, ut aliquâ ex parte etiam orthodoxos dementaverit. Nam quintum Evangelium quod attinet, scribit Beda in Lucam: Notandum, inquit, quod dicitur, Evangelium iuxta Hebræos, quo scilicet utuntur Nazaræi, non inter Apocryphas, sed inter Ecclesiasticas numerandum Historias. Et Zacharias Episcopus Chrysopolitanus inquit: Præter quatuor Evangelia Quintum, quo utuntur Nazaræi, recipit Ecclesia. Et Hieronymus non tantum Evangelium hoc secundum Hebræos, Latino & Græco sermone transtulit, sed & Octo diversa loca ex eodem in suis scriptis sparsim allegavit. Quæ omnia simul collegit Iohannes Drusius in Quæsitis per Epistolas, Epist. 26. Quibus addi insuper potest Locus in Matthæo, de triginta Argenteis; quasi id Ieremias testetur. Nam ipse Hierony- 9. *Nazaræorum errores in Patres derivati.* *Quintū Evangelium receptum à quibusdā*

mus

mus in cap. 27. Matthæi recitat, quod quidam hujus sectæ ostenderit ipsi Apocryphum volumen, in quo continebantur verba Ieremiæ de triginta argenteis.

Amor erga Traditione magnus. Tanta fuit vis & amor erga Traditiones, quibus etiam orthodoxis Patres incautè sæpenumerò circumventi sunt, licet illæ magnâ ex parte originem sumpserint ab Hæreticis.

Tantum de Nazaræis, quorum probroso nomine adhuc hodie omnes nos Christiani à perversis Iudæis in Synagogis ipsorum blasphemamur.

CAP. VI.

De Nicolaitis.

Nicolaitas vel Nicolaitanos à Nicolao sic dictos Eusebius coætaneos facit Cerinthianis lib. 4. c. 29. Irenæus quem nos sequimur, post Cerinthum collocat lib. 1. adversus Hæreses. Epiphanius & Augustinus supra Cerinthianos collocat. Sed hâc in re parum est situm. Ex Apocalypsi autem certum est quod tempore Iohannis, quo Cerinthiani cœperunt, vixerint, & in Asiâ floruerint, Act. 2. 6. & 15. Videtur autem Iohannes dicto capite v. 14. dogmata illorum ad duo capita referre his verbis: *Habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat in Balac mittere scandalum coràm filiis Israel, edere Idolothyta & fornicari: Ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum.* Undè liquet, quod Nicolaitarum doctrinam cum doctrinâ Balaami conferat. Balaamum autem dupliciter erràsse ait in eo: (1) quod docuerit Israelitas communicare Idolis Moabitarum (2) quod dementaverit illos pulchritudine fœminarum Moabiticarum, atque adeò peccare ipsos fecerit fornicatione tam corporali quàm spirituali. Ita habes & tu, inquit, Nicolaitas tui temporis, peccata Balaami satis strenuè imitantes. Nicolaitæ enim simili modo Christianos errare fecerunt: I. quoad Idolothyta, II. quoad fornicationem. Quod nemo Patrum rectius Irenæo observavit, qui sic de ipsis: Nicolaitæ magistrum quidem habent Nicolaum, unum ex septem, qui primi ad Diaconium ab Apostolis ordinati sunt, qui indiscretè vivunt. Plenissimè autem per Iohannis Apocalypsin manifestantur, qui sint: Nullam differentiam esse docentes in mœchando & Idolothyton edere. Sic ille. Ex quibus intelligitur 1. Patres fuisse in illâ sententiâ constanter, Nicolaum hunc unum ex septem illis Diaconis fuisse, qui ab Apostolis primi electi fuerint in administrationem rerum temporalium, patriâ Anthiochenum, ut videre est Act. 6. 5. Deindè & errorem ipsius fuisse: primũ de Idolothytis, alterum de fornicatione. Idolothyta quod attinet,

Nicolaita quando vixerint?

Nicolaita Baalitis conferuntur.

Irenæus de Nicolaitis.

Nicolaitarũ Autor quis?

tinet ex Paulo liquet, 1. Corinth. 8. 7. magnam quæstionem de iis agitatam fuisse in Ecclesiâ, an videlicet liceat Idolothytis vesci? Respondet Paulus, quod per libertatem Evangelij id liceat, posse tamen bifariam hâc in re peccari. Primò si quis dubitante conscientiâ iisdem vescatur; secundò si quis in offendiculum proximi, qui adhuc eâ in re infirmus est, Idolothytis vescatur. Quapropter haud obscurè colligi potest, Nicolaum errâsse de Idolothytis crasso modo: Nullam ajens rationem Conscientiæ vel languentis vel confirmatæ: Nullam item proximi; habendam esse. Atque ita libertatem Evangelii à Christo nobis partam paratamque penitus conculcâsse. De fornicatione circa Conjugium etiam Patres ipsum errâsse scribunt duplici modo: 1. in Defectu, 11. in Excessu. In Excessu, quòd cùm zelotypiæ argueretur, uxorem suam sat elegantem prostituerit omnibus, ut refert Clemens Alexandrinus lib. 3. Stromat: Deinde in defectu, quòd ad quorundam continentium & virginũ imitationem ἐγκρατεύεσθαι & perpetuò à cõjugẽ suâ abstinere decreverit. Sed cum carnis suæ illecebras non posset compescere, ad vomitum reversus omninò necessarium duxit, uxores cognoscere, ut nisi quis singulis diebus id faceret, vitæ æternæ particeps fieri non posset. Quod iterum erat in excessu peccare: Nam,

Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt.

Hi erant præcipuè Nicolaitarum Errores. Alij tamen aliter & fusius illos exaggerant. Augustinus ad Quod vult Deum, asserit de illis, quod non aversati sint etiam alios ritus gentilium superstitionum: Item, quod quædam fabulosa de Mundo narrârint, comminiscendo Barbara quædam Principum nomina. Ignatius in Epistolâ ad Trallianos ait: Fugite impuros Nicolaitas φιληδόνους καὶ συκοφάντας, Voluptatis amatores & Sycophantas. Et Hieronymus in Epistolâ de Fabiano Lapso: Iste Nicolaus Diaconus sit immundus, quod etiam in præsepe Domini nefas perpetravit. Alibi nominat ipsum omnium immundiciarum repertorem. Notabile autem est, quod Rubertus Abbas super Apocalypsin de illis commentatus est, his verbis: Nicolaitæ portant vasa Domini, nihilominus incontinentes sunt, non volentes legitimum habere conjugium, utpote legibus Ecclesiasticis interdictum, imò & in deterius prorumpunt, mutantes connubia quoties volunt: Et qui nullum habent thorum licitum; dum sic evagantur, nullum confidunt rupisse conjugij vinculum. Ubi hoc notatu dignissimum est, 1. quod respuerint legitimum Conjugium, & tamen non aversati fuerint carnales cohabitationes 11. quod hanc immunditiem legibus Ecclesiasticis pinxerint, quasi iisdem interdictum sit matrimonium contrahere. Quo nomine vel Nicolaitæ degenerârunt in Clerum Pontificium, vel Clerus Pontificius degeneravit in Nicolaitas.

An liceat Idolothytis vesci

Nicolaitarum Error de Idolothytis.

Eorundẽ Error de Fornicatione.

Plures Errores Nicolaitarum.

Rupertus de Nicolaitis.

Nicolaitæ sunt Clerici Papistici & cætera

CAP. VII.

De Angelicis.

ANtequam nunc porrò genimina à Nicolaitis orta pertexamus, ad Cerinthi discipulos redibimus. De Chiliastis suprà modò cap. 4. dictum est. Restant Angelici, Anthropomorphitæ, Origenistæ, & Aëriani: De quibus deinceps ordine dicemus, initio facto ab Angelicis.

Angelici unde dicti. Dicti sunt Angelici ab Angelis, quia Angelos colunt, inquit Isidorus lib. 8. Etymol. Quamvis autem Epiphanius suam ignorantiam fateatur, ut nihil certi de origine illorum, vel ratione loci, vel temporis, vel nominis statuere possit, tamen Hæresin hanc ex antiquissimis, & cum temporibus Apostolorum natam esse, Pauli locus convincit in Epist. ad Coloss. 2. 18. ubi inquit: Nemo vos seducat, volens in humilitate & Religione Angelorum. Dum præmonet & dehortatur Paulus præsentes suos Auditores, liquet quod præstò fuerint. Taxat autem in iis duo vitia, quibus seducant homines, 1. humilitatem Angelicam, 2. θρησκείαν seu cultũ Angelorum. Illud ad Vitã, hoc ad Fidem pertinet. In vitâ igitur & moribus plus quam humanã, hoc est, Angelicam demissionem & Humilitatem præ se tulerant, qualem hodiè Monachi nonnulli, maximè Franciscani, Iesuitæ & Capuciani. In Fide cultum Deo debitum Angelis præstiterunt. Quid enim aliud significare potest θρησκεία, id est, Cultus, Veneratio, Observantia Angelorum? Nam Activa illa θρησκεία, quâ Angeli Deum colunt, neminem seducere potest; Illa autem quæ Passiva est, hoc est, quæ illis exhibetur, Erronea esse potest, si videlicet præscriptum Verbi excedat. Quod multis modis fieri potest: Error enim fœcundus est, si nimirum, ut sæpè fiebat, circa primordia Christianæ Ecclesiæ ij, qui prius sub Ethnicismo Philosophiam Platonis, Aristotelis & aliorum addidicissent, & conversi fuissent, Philosophica nonnulla, quæ Plato de Angelis, quos δαίμονας appellat, & Aristoteles de separatis mentibus habebat; inscitè Evangelio immiscerent & ineptè ad Angelos accommodarent, fingendo vel Angelorum apparitiones, vel cum iisdem collocutiones, aut certè Angelos mundi creatores & cultu adorationis prosequendos esse, quod Angelicos hosce Hæreticos fecisse & credidisse non est dubium.

Duo vitia Angelicorũ.

Angelicorum hæresis ad alios tradu-ctio. Et licet Epiphanio teste, hi Hæretici non diu duraverint, sed statim exstincti fuerint, tamen pulvis ipsorum etiam ad alios dispersus fuit. Marcionitas enim Irenæus l. 2. c. 1. & 2. etiam hoc nomine refutat; quod mundum ab Angelis creatum esse prodiderint, & Chrysostomus ad locum Colossensium commentatur, fuisse quosdam hæreticos qui dicerent

nos non oportere per Christum adduci, sed per Angelos. Illud enim majus esse, quàm ut id assequi possimus. Multò magis autem resorptus est hic error, à Pontificiis, qui Angelos cultu divino expressè colunt, & colere jubent. Exempla superstitiosarum illarum precularum ex veteri Hortulo animæ allegari possent, veluti ad Archangelum Michaelem: ad proprium Angelum & ad omnes Choros Angelorum, si in re certa opus esset pluribus. Sufficiat unam Oratiunculam duntaxat recitâsse, qui ita habet. Omnipotens & misericors Deus, qui hominem ad Imaginem tuam formâsti, & ei Angelum corporis & animæ custodem tribuisti: cōcede propitius Angelo mihi deputato tantum honorem impendere, ut me sua protectione visitet, & defendat ab omni incursione Diaboli, vigilantem, dormientem, orantem ac in divinis officiis tibi servientem, omnibus horis ac momentis, nec non in hora Decessionis meæ, Angelos malos à me depellat, bonosque mihi associet, & animam meam ad te, qui verè Paradysus es, feliciter perducat. &c. In quâ Precatiunculâ hoc valdè ridiculum est, quod Deum orant (1) Pro Angelo, ut is Angelo velit esse propitius (2) ut precanti concedat, impendere eidem Angelo sibi deputato, honorem, quem ipse orans magnum esse agnoscit, ut tantum appellet, dicit enim TANTUM HONOREM. Nimirum dum suspicatur Idololatriam se committere, petit à Deo veniam, Idololatriam exercendi: utque connivere & in Idololatriam illam benignè consentire, & æquo animo ferre non dedignetur, si quæ pars cultus & gloriæ suæ sibi surripiatur, & Angelo nobis deputato irrogetur, iuxta illud: Gloriam meam alteri non dabo. Remittendi autem sunt hi novi Papangelici ad Angelum ipsum, qui hoc fieri vetat, Apocal. 19. 10. & 22. 9. & ad Augustinum de verâ Religione, cap. 55. Qui docet non illis esse faciendа templa. Et lib. 1. contra Maximinum, non esse illis sacrificandum. Et Epist. 49. Beatitudinem nostram non esse per Angelos. Item, de Civit. Dei lib. 7. c. 30. Non posse Angelos simul ubique præstò esse. Cætera vide apud Chemnitium in Examine de Veneratione sanctorum.

Pontificij sunt Har. Angelici

Precatiuncula ad Angelum.

Papistæ petunt veniam Idololatriæ trisandi.

Es. 42. 8.

Pap Angelici.

CAP. VIII.

De Anthropomorphitis.

Anthropomorphitarum hæresis vetus est & latè patet. Illi enim Anthropomorphitæ sunt, I. qui certo loco divinum cultum circumscribunt. II. qui Deum certo loco circumscribunt. III. qui Deum corporeum & materiatum statuunt. IV. qui Deo certa membra affingunt. V. qui ipsi humanos affectus & sensus assignant. VI. qui ipsi certos motus sursum, deorsum & undiquaque ferendi asscribunt. Denique qui ipsum

Hæresis Anthropomorphica latè patet.

omniprǽsentem esse negant. Et hujus erroris primam lineam duxit mulier Samaritana, Pharisaismo imbuta, quâ cum Christus colloquium habuit. Cui etiam unicum illud dictum, quo tanquam malleo omnes Anthropomorphitæ conquassantur, opposuit πνεῦμα ὁ θεὸς, spiritus est Deus, quod ratione articuli ita construendum est: Deus spiritus est. Et quia Spiritus est, ideò suæ naturæ congruentem cultum requirit, adoratores scilicet in Spiritu & Veritate. Dicuntur autem Anthropomorphitæ, non ab Anthropomorpho, ut delirat Bernhardus Lutzenburgius in Catalogo suo Hæreticorum, sed ab ἄνθρωπος, quod est homo, & μορφὴ, quod Formam significat. Lactantius, qui Anno Christi 300. vixit, Anthropianos illos vocat lib. 4. cap. 30. de verâ sapientiâ, sed sæpè hic error renovatus est videl. ab Audæo, à quo Audiani dicti sunt, de quibus suo loco etiam dicemus. Item, in Italiâ, sub Berengario Imperatore anno 900. ut legi potest Centuria decima Magdeburgensium.

Anthropomorphita unde dicti. Anthropiani. Audiani

Habent autem hujus suæ Hæreseos duo potissimum Argumentorum genera: 1. quod literam mordicùs urgent in scripturâ, ubi de Deo dicitur, quod audiat, videat, veniat, procul sit, descendat, pœniteat, irascatur, & quæ sunt id genus alia. Deinde quod homo dicatur ad Imaginem Dei conditus, ergò judicant, hominem Dei imaginem essentialiter repræsentare. Sed facilis est Responsio. Ad primi generis Argumenta respondeatur, quod illa omnia dicta sumenda sint κατ' ἀνθρωποπάθειαν: Nam per membra nostri corporis Operationes Dei significantur, quod pulchrè Hilarius libr. 12. de Trinit. explicat, hoc modo: Nonnè significatio, quâ ex utero Deus Deum genuit, veræ nativitatis ostensio est? Nonnè quod ex utero Deum genuerit, sicuti nec per manũ agat, nec per oculos videat, nec per Cor velit: sed quia per significationem horum verè omnia & agat & videat & velit: Ita per significationem uteri verè ex se genuerit, quem genuit, non per causam uteri, sed ad veritatis genuinam professionem: sicuti nec per causas corporum aut velit aut videat, aut agat, sed utatur his partium Nuncupationibus, ut per corporalium ministeria, Virtus efficientiarum incorporalium sentiatur. August. lib. de Essentiâ divinâ dixit: Deus simplex natura est, & immutabilis, atque imperturbata, neque aliud est ipse, & aliud quod habet, & quod est. Vide & Damascenum prolixè hâc de re, libr. 1. ca. 14. Alterum Argumentum de Imagine Dei, ignorantiam ipsorum arguit, quod imaginem Dei in corpore, non Animæ viribus & potentiâ quæsierint. Refutationem Anthropomorphitarum vide etiam apud Thomam lib. 1. cõtra gentiles, cap. 21. Nam gentiles sunt primi authores, si rem rectè consideremus, huius hæreseos.

Argumẽta Anthropomorphi.

Ἀνθρωποπάθειαν in scriptura.

An Imago Dei sit in corpore.

Sed

Sed hic Quæstio oritur: An in Anthropomorphitarum hæresi etiam sint nostri Pictores, qui Deum in Hierarchi cujusdam barbati personâ repræsentant? Videtur ita Danæo de Hæresibus: Et Xysto Betulejo in Lactantium. Sed salvandi sunt nostri Pictores. Nam si Deum ita esse sentiunt reverâ, qualem pingunt: Anthropomorphitæ sunt, & ipsi & quotquot cum iis ita statuunt. Si autem pingunt Historiam & Apparitionem, in quâ Deus ita se manifestavit, ut in Danielis visione, cap. 7. 13. quâ antiquus dierum apparuit, vel si Christum in carne & cruce, vel si Spiritum sanctum in columbæ specie manifestatum pingunt, iam nequaquam hâc hæreseos notâ notari possunt: Quin Deus ipse, huius Hæreseos reus peragatur, qui sic se manifestavit. Nam ut Anthropomorphita non est, qui ore effatur, Deum audire auribus, videre oculis: neq; scriba ille Anthropomorphita est, qui calamo idem scribit: (nisi uterque sibi Deum auritum & oculatum revera talem imaginetur.) Ita neque Pictor ille Anthropomorphita proclamari poterit, nisi talẽ sibi Deũ intus in mente suâ concipiat, & revera esse credat. Volunt autem Calviniani, quando Pictores nostros incusant, nos huius erroris reos agere, utpote qui ferendo Imagines Anthropomorphitæ fiamus. Sed excusant nos abundè, quæ hactenus diximus. Ipsi autem trabem prius è suo oculo tollant. Nam Imagines, quas in templis destruũt, reponunt & imprimunt mentibus hominum: Quando Dextram Dei, Certum locum, Thronum ac sedem in cælis somniant: Sic enim habent verba Bezæ. Liquet in ipsis cœlis, sede quadam statui DEUM, qui ubique est. Anthropomorphitæ igitur sunt in locali & definita Dextera Dei. Vide Disputat: Gesneri Papismo Quarto Calvinianorum. De Pontificiis, quomodo illi hunc errorem participent, posteà infra agemus suo tempore.

An Pictores nostri sint Anthropomorphita.

Calvinistæ sunt Anthropomorphitæ.

CAP. IX.

De Origenistis.

ORigenistæ ex Origene Adamantio sic dicuntur, undè & Adamantij cognominantur. Fuit autem Origenes Clementis Alexandrini Discipulus, vir maximi ingenij, qui aliquot millia librorum edidit, adeò ut Hieronymus dicat: Quis nostrûm tanta potest legere, quanta ille conscripsit? Sed illa non omnia ad nos pervenerunt. Et Suidas eum propter multos libros, quos scripsit, ait συνταντικόν, compositorem cognominatum fuisse. Post obitum ipsius magnæ ortæ sunt de hoc viro Concertationes. Quidam enim defendebant Origenem propter ingenij præstantiam: quidam ἀντιδικαστὸν dicebant: quidam non rectè percipientes ipsius mentem, errores ex libris suis hauriebant: quidam planè ana-

Adamantij.

Origenes Compositor librorum dictus.

Concertatio de Origene.

themate percutiebant. Demetrium in vitâ habebat perpetuum æmulũ & adversarium, post obitum Ruffinum invenit interpretem suorum scriptorum: Eusebium præconem laudum suarum: Sed Hieronymo ipsius scripta suspecta habita sunt, sic enim ille: Credite experto, venenata sunt illius dogmata, & aliena à scripturis sacris, vim facientia scripturis. Item Laudo interpretem Origenem, non dogmatistam. Utut autem sit, ex Origene nati sunt hi Hæretici, quamvis ipse hæreticus non fuerit. Sic opinor. Nam libri Origenis minus dextrè accepti & intellecti, quidam etiam non satis elaborati, pepererunt post mortem ipsius errores. Nam citante Hieronymo ex Epistolâ quâdam ipsius Origenis, Notarium quendam Ambrosium habuit, qui ταχυγράφος fuit, ut non dictantis saltem, sed & loquentis vocem assequeretur. Hic omnia & singula quæ ex Origene audiebat, Membranis mandabat, ubi fieri aliter nõ potuit, quin multa exceperit inconsiderata, & ediderit incondita & dubia. Nam sus properans parit cæcos catulos, ut est in proverbio. Deindè etiam hoc in more positum habuit, ut frequenter Allegoriis uteretur, & ea quæ literaliter & historicè sumenda erant, in meros Tropos & Figuras converteret, atque ita suo sensu abundaret, & ut Allegoriæ umbris & cassis imaginibus scripturarum tolleret veritatem. Denique ut Philosophorum pannos novo Ecclesiæ vestimento consueret, & veris Falsa sociaret, ut inquit Theophilus Alexandrinus. Quod posteà sinistrâ manu accipientes ipsius discipuli, ineptias ineptiis cumulabant: Atque ita hanc omniũ Hæresium Hydram, ut iterum loquitur Theophilus, pariebant.

Ex non Hæretico Hæretici nati.

Origenis Notarius omnia cõsignat.

Errorum causæ Allegoria & Philosophia.

Errores Origenistarum.

Hæc fuerunt tria illa erronea Principia, ex quibus orta sunt hæc sequentia: I. Nec Christum, nec Spiritum sanctum Patrem videre posse. II. Filium esse quidem eiusdem cum Patre essentiæ, attamen ab illo creatum. III. Animas intelligibiles iam pridem creatas in cœlo vixisse, atque ibi peccâsse, & propter peccata illic commissa, detrudi in corpora, tanquã in carceres, quod totum ex Platonis scriptis haustum est. IV. Propter peccata harum intelligibilium creaturarum Mundum esse cœpisse. V. Spiritum sanctum non operari ea, quæ in animâ sunt. VI. Animam & filium Dei unum esse. VII. Christum pro dæmonibus passurum. VIII. Dæmones post cruciatum mille annorum salvandos. IX. Impios quidem debere in æternum perire, sed misericordiam superventuram, & Dominum condonaturum iis esse propter preces & intercessiones sanctorum suorum. De quâ re Augustinus lib. de Civitat. Dei, 20. c. 18. X. Stoicorum dogma derivavit in sacram scripturam. XI. Approbavit itidẽ Pythagoreorum ἐμψύχωσιν. XII. Iudicavit non esse inconveniens, sanctos, qui ex hâc vitâ discesserunt invocandos esse. De quo errore legi potest Chemnitius 3. parte Examinis Concilii Tridentini, pag. 406. & aliquot

aliquot sequentibus. XIII. negavit Resurrectionem mortuorum, 1. in materia, deindè in figurâ. In materiâ, dicens corpora nostra, carnem non esse futura: Undè quod diligenter observavit Hieronymus, in unâ periodo novies confessus est, corpus resurrecturum, nunquam carnem. In figurâ & formâ, quia alienum putabat esse à spiritualibus corporibus nostris, & indignum vitæ æternæ gloriâ, asserere nos visuros oculis, audituros auribus, ituros pedibus, locuturos ore, &c. Propterea inferebat ὁμογένειαν partium: Quem errorem prolixè refutavi in Tractatu de corpore spirituali. Cæteros Origenis errores vide apud Theophilum Alexandrinum lib. 1. & 2. Paschali, Epiphanium Hæresi 64. Hieronymum ad Pammachium. Evagrium lib. 4. c. 38. Augustinum de Hæresibus ad Quod vult Deum. Sunt & apud Augustinum alterius speciei Hæretici, qui Origeniani, non ab hoc Origene, sed alio, nescio quo, sic dicti sunt, quorum tria errorum erant capita: I. quod nuptias & Conjugia damnabant, II. quod in peccatis Onan, de quo in Genesi est cap. 38. & se strenuè & turpiter exercebant. III. quod quasdam Veteris & Novi Testamenti libros reiiciebant.

Error de Figura Corporũ Resurgẽtium.

Origeniani alij ab Origenistis.

CAP. X.

De Aerianis.

Aeriani ab Aerio sic dicti, errores habuerunt duplices: Veros & controversos seu Disputabiles. Errores veri sunt: I. Quod in totum Aerius Arrianus fuerit, ut testatur Epiphanius, Hæresi 75. II. Quod conjugia damnaverit, III. quod ab esu carnium omnino abstinuerit, ut Philaster testatur. IV. quod iuxta August. ex quorundam relatu, non admiserit ad communionem suam, nisi continentes. V. quod seculo ita renũciaverit, cum suis asseclis, ut propriâ nulla possederint: quapropter etiam Epiphanius testatur, quod sub petrâ, & sub dio pernoctaverint, & ad sylvas confugerint. VI. quod Escas abominatus fuerit, quas tamen Deus cum Benedictione humano generi tribuerit. In summâ, quod Aeriani fuerint Encratitæ & Apotactici, ut & Philaster & Augustinus referunt.

Aerianorum Errores duplices.

Errores autem Disputabiles, qui attribuuntur Aerianis, & in controversiam vocati sunt, hi sunt: I. quod Episcopus non differat à Presbytero. II. quod Pascha non sit peragendum, III. quod Mortuis vivorum preces non prosint, IV. quod Ieiunium ordinatum non sit servandum.

Controversi quidam Errores Aerianorum.

Primum enim quod attinet, patet ex historiâ, quam refert Epiphanius ipsum Affectibus agitatum contrà corrivalẽ suũ Eustathium nimis rigidè

1. Disputabile Ae-

Episcopus differat à Presbytero.

rigidè hanc Thesin ursisse, Episcopum nihil differre à Presbytero. Nam cum Eustathius ipsi in dignitate Episcopali præferretur, ille contra superbè sese illi opposuit, dicens: Imponit manus Episcopus, ita & Presbyter, Nihil differt hic ab illo. Quâ in re per superbiam elatus, contra bonũ ordinem in Ecclesiâ peccavit Aerius. Deus enim Deus ordinis est, & sunt certi gradus in Ecclesiâ propter gubernationem & ευσχημοσύνη. Debent enim omnia fieri εὐσχήμως καὶ εὐσχημόνως in Ecclesiâ, 1. Cor. 14. 33. & 40. Et huc usque Aerius excusari non potest. Debuisset enim obsecundare suo Episcopo. De re ipsâ autem cum quæritur, an ratione efficaciæ Episcopus tantum valeat, quantum Presbyter, & contra: Plana est sententia quod sacra scriptura eosdem Presbyteros & Episcopos agnoscat, neque eos distinguat, sed indiscretè hisce vocabulis utatur. Sic enim Paulus omnes Presbyteros Ephesinos vocat constitutos Episcopos, Act. 20. 17. ut & Petrus, 1. Petr. 5. 1. 3. Nam rectè Hieronymus scribit, id non jure divino, sed tantum hominum consuetudine, & metu schismatis factum esse, ut è pluribus Presbyteris unus crearetur Episcopus, in Epist. ad Evagrium: Et in Comment: prioris ad Titum.

Aerius peccavit in ordinẽ Ecclesiasticum.

Episcopus & Presbyter non differt Iure divino.

2. Disputabile, An Pascha peragendum sit Christianis?

Secundum errorem quod attinet: An Pascha peragendum sit Christianis, nec ne? etiam in controversiam venit. Nam si Aerius, ut sanè ex Epiphanio sat clarè liquet, tantum disputavit pro libertate Christianâ, & damnavit duntaxat, sub respectu Necessitatis (sicut ex Paulo expressè opposuit, Ne Iudaicis Fabulis rursus addicti essent;) iam omni iure ab Hæreseos infamiâ absolvetur. Si autem ex mero studio contradicẽdi voluit esse singularis, & ἀδιάφορον hoc è medio tollere, sub opinione Cultus & Necessitatis, iam ipse ille reus factus est eius, cuius adversariam partem insimulavit.

3. Disputabile An preces mortuis prosint?

De Tertio, mortuis vivorum preces non prodesse asseruit, sed id ex Epiphanio patet, hoc fine dictum tantum esse, ut taxârit abusum istarum precularum, quod multi confisi precibus vivorum post obitum, non studuerint pietati in vitâ. Quâ in re non erravit Aerius. Non enim Orationes pro mortuis debent esse vincula malitiæ: Neque sunt aut esse possunt satisfactiones pro peccatis mortuorum, neque Redemptiones animarum ex igne purgatorij, quod fingunt. Interim deinde suspiria & bonæ comprecationes pro mortuis fieri possunt, certo modo: Veluti si quis ex bono animo dicat, Gott sey seiner Seelen gnädig: Nam sic imprecans piè defunctis, vovet, non ut id vel tandem fiat, sed ut fiat quod fit. Et testatur se cupere id fieri, quod fit, vel sperat, iam fieri, vel factum esse, quod vult. Et cedunt huiusmodi vota in consolationem Lugentium, vel in Applicationem & Obsignationem promissionum divinarum de Requie & salute defunctorum, vel in contestationem piæ & fraternæ affectionis.

Pia Vota pro Obdormientibus, admittuntur.

affectionis, erga dormientes, vel cum respectu ad Instantiam futuri judicij, in quo tam vivi, quàm mortui comparituri sumus. Propterea Apologia Augustanæ confessionis rectè dicit, nos non prohibere Orationem pro mortuis, neque patrocinari Aerio.

Denique quod Ieiunium ordinatum non servârit Aerius, id etiam dubium est, an omninò noluerit jeiunare, an noluerit jeiunio uti cum distinctione ciborum, vel sub Iudaico servitutis jugo. Si prius membrum tenuit, erravit: si posteriora, non item. Nam verba ipsius, quæ ipse Epiphanius recenset, improbari non possunt, cum dixit: Si omninò volo jeiunare, qualemcunque eligam diem à meipso, & jeiunabo propter libertatem. Et notandum est, quod Apollonius Montano tribuat, quod is leges jeiuniorum præscripserit. Nam in Evangelicis & Apostolicis literis, videmus, præceptum esse jeiunium, sed de tempore, specie seu Modo Ieiunij nihil præscriptum videmus, sed Montanus fecit constitutiones, easque non ordinis tantum gratiâ, sed Opinione necessitatis & cultus. Cum igitur ex Historiis non satis constet, quo respectu Aerius in hisce quatuor Thematibus aliquid statuerit, putamus ipsum tantum mero odio Eustathij schisma fecisse, & contradixisse ordini publico, quâ in re omninò laudem non meretur.

4. Disputabile de Ieiunio.

Leges Ieiuniorũ Montanus præscripsit.

In Aerio studium altercandi.

CAP. II.

De Heraclitis & Hierarchitis.

SVnt qui Heracleonitas, & Heraclitas, & Hierachitas distinguant, sunt qui pro iisdem habeant, ut Isidorus: In quo propter vicinitatem nominum facilè confusio oriri potest. Et non puto etiam graviter hâc in parte errari. Alium alij volunt Heraclium, à quo Heraclitæ; alium Heracleonem, à quo Heracleonitæ. Facit enim Clemens Alexandrinus cuiusdam Heracleonis mentionem, lib. 4. Stromat. cuius in scholâ Valentini fuit maxima existimatio, de quo suo tempore in tertiâ Classe dicemus. Utut sit, de Heracleonitis legatur Epiphanius Hæresi 36. De Hierachitis idem Hæresi 67. Augustinus ita de Heracleonitis ad Quod vult Deum: Duo asserunt principia, unum ex altero, & ex his duobus alia plurima. Feruntur autem suos morientes novo modo quasi redimere, id est, per oleum, Balsamum & Aquam, & invocationes, quas Hebraicis verbis dicunt super capita eorum. De Hierachitis ita scribit: Hierachitæ, quorum author Hieracha (Epiphanio verò Hierax) nuncupatur, Resurrectionem carnis negant: Monachos tantum & Monachas & conjugia non habentes, in communionem recipiunt, ad Regnum cœlorum

Heracleonita, Heraclita & Hierachita an distincti sint.

Hierachitarum Autor Hierax.

M non

non pertinere parvulos dicunt, quia non sunt illis ulla merita certaminis, quo vitia superentur.

Duo autem præcipuè in descriptione horum Hæreticorum, dignissima notatu esse censemus: *Primum* quod Ortum, secundum quod propagationem harum hæreseωn attinet. Ad ortum pertinet, quod Epiphanius annotat de Hierachitis, his verbis: Arbitror, quod de Resurrectione mortuorum, quod carnis Resurrectionem negavit, ab Origene occasionem accepit. *Item*, paulò post meminit, quod errorem suum de Melchisedecho, quod is Spiritus sanctus fuerit, probârint, ex supposititio aliquo libro, quem vocârunt Ascensorium Esaiæ. Quod ideò notatum volumus, ut Lector intelligat rectè has Hæreses in Arbore nostra propagines esse constitutas Origenistarum: Quod item rectè ponantur in classe Paradotarum seu Traditionariorum, utpote qui Traditionibus suas Fabulas palliare studuerint. Deindè quod propagationem attinet, fuit illa conjuncta cum magno applausu. Quamvis enim Heraclitarum Hæresis non diu steterit proprio nomine, sed novis aliorum successorum dogmatibus in eodem ludo obfuscata fuerit, tamen hoc valdè memorabile est, quod hæ hæreses ambæ, quasi postliminio reversæ, inveniantur adhuc in medio Papatu. Nam I. quid aliud agitur in Papatu, quàm Unctione extremâ morientes à morte æternâ redimere, ut scilicet effugiant Potestates aereas & invisibiles? *Deinde* Invocationes in linguâ peregrinâ apud morituros perindè emurmurant Latinè, sicut illi olim Hebraicè. *Tertiò* ab Hierachitis etiam hoc mutuati sunt, quod Nuptias & conjugia damnant, & conjuges Deo placere non posse ganniunt: contra autem, statum cœlibatus & continentiæ Monasticæ ad cœlos usque extollunt. *Quartò* quod illi veteres Hæretici, parvulos & infantes fidelium, à vita æterna ob Defectum Meritorum excluserunt, hoc etiam apud Pontificios mansit eatenus, ut & ipsi meritis indigeât, & ob defectum illorum Pueros in certum & separatum aliquem locum seu circum relegent, quod nugas nugis corrigere est. Denique & hoc memorabile est, quod Pontificij (in quorum numero) est Bernhardus Luzenburgus) Heraclitis affingunt, quod dixerint Sacramentum unctionis extremæ non esse à Deo institutum. Nam hoc neque ex Epiphanio, neque ex ullo probato Authore veteri testatum reddere possunt. Sed ut exosiores illos & suam contra superstitiosam Unctionem eò commendabiliorem redderent, voluerunt hoc ipsis affingere. Non enim credibile est, ut ij qui rigidè Unctionem observârunt, quasi divinitus institutam non esse crediderint. Si autem maximè ità statuerunt, sacramentum extremæ Unctionis non esse à Deo institutum, rectè crediderunt; Quia Unctio neque sacramentum est, neque à Deo hoc fine instituta,

Hierachitæ orti ex Libro supposititio.

Heraclitæ sunt adhuc in Papatu.

An Heraclitæ Sacramentum Unctionis negent.

Unctio quomodo olim usurpata.

tuta,

tuta, quæ olim ceremonia tantum fuit miraculosæ sanationis pro ægrotantibus: De quâ locus Iacobi cap. 5. 14. accipiendus est.

CAP. XII.

De Ophitis.

HActenus de Cerinthi Schola diximus: Nunc ad Nicolaitas, & qui indè nati sunt, revertemur: Inter quos Ophitæ sunt, quos à Nicolaitis serpentis cultum accepisse testatur Epiphanius. Dicuntur autem etiam Ophæi, & Ophiomorphi, Theodoreto lib. 1. & Ophiani, Clementi Alexandrino, lib. 7. stromatum: De quibus prolixè legatur Tertullianus, in libro de præscriptionibus, cap. 47. Et Epiphanius Hæresi 37. & August. cap. 7. de Hæresibus. Vetustissimi autem Ophitæ sunt Iudæi, qui tempore Hiskiæ serpentem coluerunt, 2. Reg. 18. 4. Nam à cultu serpentis Ophitæ Hæretici nomen habent, ὄφις enim serpentem significat. Nos in tam crasso & Idololatrico errore breviores esse possumus. Occasionem erroris ex Ægypto, quæ Crocodilos & hujusmodi alia Ferarum genera coluit, videntur hausisse. *Primus* igitur illorum error est, quod magnifecerint serpentem, eò quod scientiæ nobis boni & mali Originẽ dederit. Cum tamen id non factum sit per se, sed per Accidens. *Secundò* quod etiam serpentem ex isto titulo valdè commendârint, quod Moses serpentem in deserto erexerit, & Christus etiam se serpenti contulerit: Et quod Christus nobis prudentiam serpentinam commendaverit. *Tertiò* non substiterunt duntaxat in commendatione hujus animalis, sed & adhibuerunt ipsum sacris. Serpentem enim vivum sacramento cœnæ adhibebant, quem è cistâ emissum perrepere faciebant hostias sacramẽtales, easque libare, atque hoc modo, ut putabant, sanctificare. *Quartò* quod omnium gravissimum erat, serpentem adorabant, quod atrocissima Idololatria est. *Vltimò* etiam Hieronymus adversus Luciferianos, refert, Ophitas ex illorum numero esse, qui Evangelia laniârunt. Cætera quæ de Ialdabaoth & Æeonibus fabulati sunt, videantur apud Irenæum capit. 34. & 35. adversus Hæreses. Item Epiphan. lib. 1. Tom. 3. Hæres. 37.

Ophitæ. Ophæi. Ophiomorphi.

Ophitarũ nomẽ.

Ophitarum Errores & Argumẽta. I. II. III. IV. V. VI.

CAP. XIII.

De Severianis.

SI accuratiùs veteres scriptores Hæresiologos legimus, animadvertimus quatuor Severianorum diversas species occurrere, ex quatuor diversis authoribus diverso tempore ortos. De primâ specie Severianorum agit Augustinus libro de Hæresibus, ad quod vult Deum. Itemque

Severianorum quatuor species. 1. Species.

Epiphanius Hæresi 45. Et Damascenus lib. de Hæresibus: Quorum errores hi ferè fuerunt. I. Creationem Principibus & potestatibus quibusdam assignarunt. II. Vino interdixerunt, à quo abstinebant tanquã à fœda creatura, ex semine Diaboli nata. III. Mulierem Sathanæ opus esse proclamarunt, quare & matrimonium contrahentes, Satanæ opus explere dixerunt. Quin imò omnem hominem quoad dimidiam partem à vertice nimirum usque ad umbilicum, Dei: ab umbilico usque ad plantas Diaboli opus esse blasphemarunt. IV. Vetus Testamentum & Prophetas rejecerunt, & interim suos Apocryphos quosdam libros substituerunt. Quo nomine ad Classem Traditionariorum rectè referuntur. V. Carnis Resurrectionem, & proinde quoque vitam æternam negarunt, quod Pseudoapostolicorum erat. VI. Magia & præstigiis Diabolicis ex Philumenæ suæ præscripto usus est Severus. Quibus falsis miraculis procul dubio primam fidem fecit suis dogmatibus.

Secunda species Severitarũ Secunda species eorum est, qui Severitæ dicuntur, & ipsi à quodã Severo dicti, sub Anastasio Imperatore Constantinopolitano, post Concilium Chalcedonense.

Tertia species Severianorum. Tertiò fuerunt & alij Hæretici, Severianorum nomine dicti, qui ferè Tatiani erant: Et legem cum Prophetis admittebant; Paulum verò Apostolum blasphemabant, & Epistolas ejus reprobabant, & nec Acta Apostolorum recipiebant, quo nomine etiam ad classem Traditionariorum transibant.

Quarta species Severianorum. Quartò & ultimò fuit etiam quidam Severus, cuius Damascenus meminit lib. 3. c. 3. orthodoxæ fidei, & Dioscoro & Eutycheti annumerat. Hi in Christo posuerunt unionem non personalem in duabus Naturis verè subsistentem, sed tantùm habitualem, seu secundum χάριν divinam, quam cum solus esset homo, divina tamẽ assistente per quandam participationem virtute, miraculosa opera egit. Qui Hæretici in quinta Synodo Constantinopolitana damnati sunt.

CAP. XIV.

De Montano, ex quo Cataphryges & Pepusiani: ubi etiam de Tertullianistis.

Montanus quando vixerit. MOntanus inter veteres Hæreticos etiam unus est. Vixit enim Anno Christi 170. tempore Commodi Imperatoris, & Soteri Episcopi Romani: Tatianis coætaneus. Hunc immodica primatus cupiditate captũ ab Ecclesia descivisse scribit Eusebius lib. 5. capit. 16. Hist. Ecclesiast. *Cataphryges.* Cuius Hæresis variis nominibus fuit appellata, ut ex Epiphanio constat Hæresi 48. Dicuntur enim Cataphryges vel Phryges, vel Phrygastæ, propter

pter regionem, in qua primùm hæc hæresis orta est. Dicuntur etiam quibusdam Pepusiani, ob Pepusam urbem, cuius & supra sub titulo Chiliastarum meminimus. Dicuntur & spirituales, à spiritu Paracleto, quem peculiariter se habere Montanus jactitavit. Dicti item sunt Tascodrongitæ cuius dictionis ἔτυμον hoc reddit Epiphanius, inquiens: Tascus apud ipsos Pertica appellatur, Druggus verò nasus sivè rostrum & ab eo, quod imponunt digitum suum indicem appellatum in Nasum, dum orant, tristiciæ nimirùm ac ultroneæ Iusticiæ gratia, ab aliquibus Tascodrugitæ appellati sunt. Communiter autem Montanistæ dicuntur, quamvis Montanos à Montanistis distinguat Isidorus, putans Montanos illos dictos à montibus, in quos tempore persecutionis recesserant.

Phryges. Phrygasta. Pepusiani unde? Spirituales unde? Tascodrõgita unde? Montani à Montanistis à quibusdã distincti.

Errores autem quos ferebant, hi maximè fuerunt: I. Montanus Prophetam se esse jactitavit, & quas habebat pellices, Priscam & Maximillam Prophetissas. Sua igitur dogmata ex spiritus paracleti sui instinctu & afflatu profecta esse, gloriabatur, & Enthusiasmis revelationibusque innitebatur. II. à verbo scripto recessit, nugatus Prophetas non intellexisse, quod locuti fuissent: Et Apostolum Paulum ex parte tantū intellexisse: Se verò contra cum suis plenariam habere spiritus illustrationem, undè se sapientiores Apostolis ostenderunt, quod postea Apostolicis Traditionibus originem dedit in Papatu. III. Secundas Nuptias damnavit, & eos qui uxore priori amissâ quærerent aliam, ex Ecclesia ejecit. IV. Econtrà verò incæstuosos concubitus, etiam contra jus diviniū, initos non improbavit. V. sectatores suos Spirituales, & reliquos Psychicos seu Animales appellavit. VI. Confudit personas in Trinitate. VII. Quod abominabile fuit, infantem æreis aciculis pungebant, & sanguinem inde haustum ad apparatum Eucharistiæ adhibebant, commiscentes eum farinæ, & Panem Eucharisticum indè facientes.

Errores Montanistarum. Montanus à verbo scripto recessit. Discrimē Montanisticum inter Spirituales & Psychicos.

Porrò tam efficax fuit hæc Hæresis, ut ex una parte etiam Tertullianum dementaverit. Nam quod secunda vota attinet, Tertullianus etenim ivit in Montani sententiam, quasi non liceat Christiano ad secūda vota transire: undè novis Hæreticis, quos Tertullianistas vocant, nomen dedit. De Tertulliano ita Augustinus: Transiens ad Cataphryges, quos antè destruxerat, cœpit etiam secundas Nuptias contra Apostolicam doctrinam tanquam stupra damnare. Quod autem Tertullianus Montanista factus sit, multifariam potest probari. Primò quia suscepit patrocinium Cataphrygum: Nam contra Apollonium, qui Cataphrygum errores confutaverat, ipse scripsit. Contexuit item sex libros, pro furiosa illa Montanistarum ἐκστάσει. Deindè testantur idem libri adhuc extantes, ut, de Monogamia, Item, Liber de castitate, Item Libri tres ad uxorem. De quibus observetur Iudicium Beati Rhenani,

Montanistarum Hæresis efficax. De Tertulliano Augustini judicium. Rhenanus de li-

libris Tertull. & D. Hieronymi. Sic autem Rhenanus in argumento libri prioris ad uxorem scribit: Tertullianus humanæ fragilitatis memor, dum tempestivè supremis contulit, non contentus Testamentum condidisse, in quo de facultatibus suis uxori prospexerat, etiam undequaque consultum illi volens, librum hunc conscripsit, quo admoneretur, quidnam fieri cuperet ab illâ, si prior ipse è vivis excessisset. Itaque dehortatur imprimis, ne denuò cuipiam nubat, semel à matrimonio liberata: Nimirum quod viduæ commodiùs Deo servire possent conjugalibus officiis non obnoxiæ. Ibi de unis nuptiis loquitur, secundum montani dogma. Vide & ejusdem Rhenani censuram, in librum de exhortatione castitatis. In quo & D. Hieronymi testimonium adducit, qui dixerit, Librum de Castitate adversus Ecclesiam scriptum esse: Quanquam Hieronymus ipse, matrimonio parùm æquus fuerit. Nam quod in Tertulliano improbavit, illud ipse alibi recepit. Vide Epistolam IX. ad Salvinam: Et X. ad Furiam: & XI. ad Ageruchiam, quas omnes dehortatur à secundis Nuptiis.

Hieronymus de Tertulliano.

Porrò Rhenanus in Censurâ de Monogamiâ, sic ait: quod alibi suadere tantùm visus est, hîc tanquam dogmatistes præcipit, secundas Nuptias apertè damnans, & in Monogamiâ persuadendâ egregiè ineptiens. Standū est nobis ab orthodoxorum Patrum sententiâ, nec violentæ Paulinorum verborum interpretationi ullo modo adhærendum. D. Hieronymus Epistolam ad Titum enarrans: Montanus, inquit, qui Novati schisma sectantur, nomen sibi munditiæ persuasêre, putantque secunda Matrimonia ab Ecclesiæ communione prohibenda, cum Apostolus de Episcopis ac Presbyteris hoc præcipiens, utique cæteris relaxârit, non quod hortetur ad secunda matrimonia, sed quod Necessitati carnis indulgeat. Scripsit & Tertullianus de Monogamiâ librum Hæreticum, quem Apostolo contraire, nemo qui Apostolum legerit, ignorabit. Idem in Catalogo scriptorum Ecclesiasticorum refert hunc Librum adversus Ecclesiam scriptum. Hæc Rhenanus.

Stipula Hieronymi.

Sed quid mirum hoc de Tertulliano, siquidem & Jesuita Gretserus in suis Gratiis sat abundè probatum dederit, se, Libros hosce dictos Tertulliani in testimonium contra nos Lutheranos, tanquam fide dignos vocando, Tertullianistam & Montanistam esse, sicut luculenter hoc contra ipsum evici in Remuneratione meâ ante septennium contra ipsum editâ, contra quam ne hiscere quidem potuit hactenus.

Gretserus Montanisat.

Unde autem & quâ occasione Tertullianus in illum Errorem de secundis nuptiis damnandis inciderit, facilè conjectare licet. Romæ enim usu frequentata erat Lex Julia Miscella, à Julio Cæsare, ut putatur, collecta, & postea à successoribus promulgata, de servanda Viduitate.

Lex Iulia Miscella.

Hac

Hac Lege cautum fuit, ne uxores denuò nuberent; Item: si Vir uxori testamento legatum reliquisset, ea conditione, ne ad secundas Nuptias veniret, intra Annum Legatum capere posset, & nubere, si modò juraret, se liberorum procreandorum causa id agere. Post annum verò Qu. Mutij Scævolæ cautione præstita se nupturam non esse, legatum capiebat. Quia autem Tertullianus noster Romanus fuit genere, ex Septimia plebeia gente, patria Carthaginensis, patre Centurione, Proconsulari viro natus, imbiberat istam legem cum lacte, ergò ad Christianam religionem transiens, patrium morem, sacrarum literarum suffragio, incrustandum esse ducebat. Tantum valet apud nos sæpè, etiam in puncto Religionis, mos Patrius & inveterata Consuetudo. Sed hanc Legem Justinianus Imperator abrogavit, Lege 2. Codice de indicta viduitate: ubi inter cætera inquit: Tale juramentum conquiescat, & Lex Julia Miscella cedat, cum Mutiani cautione. Augeri enim magis nostram Rempub. & multis hominibus legitimè progenitis frequentari, quàm impiis perjuriis affici volumus. Habemus igitur etiam ex jure Imperatorio, licere Nuptias secundas contrahere mulieribus & viris, viduis & viduabus promiscuè. Cui insuper accedit præceptum divinum; Meliùs esse nubere quàm uri, unà cum inculpatis Exemplis sanctorum, ut Abrahami, qui defunctâ primâ Uxore cum Cethura certè ad secunda vota transiit. Sed de his satis. Plura qui de Montano desiderat, legat Chemnitium, Parte 3. Exam. Concil. Tridentin. de Castitate.

Justinianus confirmat secundas Nuptias.

1. Cor. 7. 9. Genes. 25. 1.

CAP. XV.

De Taciano & inde ortis Encratitis.

TAcianos à Tacio Augustinus dictos vult, qui vixit A. C. 175. & fuit vir Doctissimus, Collega Justini, quo manuductore usus dum viveret, utilis Doctor fuit in Ecclesia, qui etiam Harmoniam Evangeliorum διὰ τεσσάρων dictum conscripsit, quæ diu in usu fuit in Ecclesia. Et adhuc extat Tomo 2. Bibliothecæ Sanctæ. Mortuo autem Justino cæco impetu in errores prolapsus est. Latè autem propagati sunt hi Errores, quorum sectatores posteà dicti sunt Encratitæ, eò quod tàm robusti essent, ut soli præcepta Evangelica de perfectione castitatis servare possent. Tatianus enim librum scripserat, de Perfectione secundum servatorem, teste Clemente.

Tacianus fit Hæresiarcha ab Orthodoxo.

Encratitæ unde dicti?

Liber de Perfectione secundum servatorem.

Sunt autem Errores quos foverunt, hi ferè: I. Maximus Tatiani error fuit, quod non acquieverit Libris sacris in codice Biblico, sed traditiones

Errores Tatiani

tiones & falsos libros suppositios hinc indè corraserit,& ex iis suas nugas stabiliverit: Nam ut refert Clemens lib.3.Strom.conjugium damnavit,citatis sententiis quibusdam Christi ex Evangelio secundum Ægyptios: Veni ad dissolvendum opera fœminæ: Item: Quamdiu vos Fœminæ paritis. Item,cum Cassiano provocavit ad colloquium Christi cum Salome. Item: ad conficta scripta Thomæ & Andreæ. II. Ut modò dictum est, Conjugium damnavit, atque omnınò fornicationi aliisque corruptionibus æquiparavit, neque recepit in suorum numerum conjugio utentem sive marem sivè fœminam: Interim autem prætextu continentiæ nequitiosam vitam duxit cum suis, ut testatur Epiphanius, Hæres.46. ubi hos hæreticos describit. III. Hæc fuit imprimis Tatiani versutia; Nuptias quidem in fundamento, ut Diabolicam institutionem damnavit,cum Marcione,Montano,& aliis, sed quia tamen intelligebat nimis crassam hanc esse Blasphemiam, hypocriticè suam opinionem coloravit, & cœpit sub prætextu Castitatis & singularis Perfectionis,quam in Cœlibatu constituebat,Nuptias sugillare.Quo maximè tendebat Liber ipsius,sub Titulo Perfectionis secundum Servatorem, cujus paulò antè meminimus.

Perfectioribus nuptias interdicebant Encratitæ.

Prætendebat enim si maximè omnibus Nuptiæ interdici non possint, iis saltem interdicendas esse, qui vellent secundum Ideam Christi servatoris reliquis esse perfectiores. Quo etiam ambitiosum hoc nomen spectabat,quod Encratitas se dicebant,quasi,qui soli valdè fortiter & cōstanter Præcepta Evangelica de castitate & sanctimoniâ servarent, ut supra modò innuimus. Videatur hic Chemnitius 3. parte Exam. Conc. Trid.de castitate. IV. Asseruit,Adamum Protoplastum non esse salvatum. V. Tatiani carnibus non vescuntur, easque omnes abominantur,ut Augustinus testatur. VI. Vino etiam abstinent,quod à Severianis hauserunt, adeò ut ne quidem in Cœnâ Dominicâ vino usi sint, sed contrà Christi Institutionem Aquam substituerunt. VII. Valentinianorum deliria de Aeonibus & eorū progenie amplexi sunt. VIII. Christum ex Davidis semine natum negârunt. IX. Legem Mosis damnârunt, utpote conjugiorum benedictiones & proles promittentem.

Error errorem gignit.

Ubi præcipuè notandum est,quomodo Error Errorem genuerit,& quomodo Thesin suam ex præconcepto semel judicio custodire fuerint annisi. Nam si conjugium & Prolificatio Opus Diaboli & Imperfectionis est,ergò Adam,qui primus secundum naturam genuit,salvus esse non potuit. Ergò à vino,quòd Venerem movere dicitur,abstinendum: Ergò in Eucharistiâ quoque vinum abrogandum. Ergò Christus ex semine Davidis nasci non potuit. Ergò Lex Mosis matrimonio benedicens penitùs improbanda est,Dato enim uno inconveniente, sequuntur

infini-

infinita. Et nihil vulgatius est cùm Sophistis tùm Hæreticis, quàm Thesin φυλάττειν.

Uno autem Pauli dicto tanquam fulmine discutiuntur, cùm 1. Timoth. 4, 1. Hanc doctrinam Dæmoniorum appellat, prohibentium nubere, abstinere à cibis, quos Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione. Quæ damnatoria sententia etiamnum hodiè Pontificios pari robore ferit, utpote qui horum veterum hæreticorum vestigia firmiter legunt & observant. De Taciano Severo & Encratitis vide plura apud Nicephorum lib. 4. c. 4. hist. eccl. *Dæmoniorum doctrina.*

CAP. XVI.

De Iovinianistis.

JOvinianistæ à Joviniano Monacho paulò ante Augustini tempora, ut ipse fatetur ad Quod vult Deum, ortum traxerunt. Vir erat neque doctus neque disertus; undè Hieronymus, cum contrà eundem calamum stringeret, maximè conquestus est de Obscuritate & Perplexitate styli, ut illud Plautinarum literarum ei possit aptari: *Has quidem, præter syllabam, leget nemo.* Item dat sine mente sonum. Interim autem lib. 1. contra ipsum scripto, ita proponit Errores Joviniani: I. Quod dicat, Virgines, viduas, & maritatas, quæ semel in Christo lotæ sunt, si non discrepent cæteris Operibus, ejusdem esse Meriti. II. eos qui plenâ fide in Baptismate renati sunt, à Diabolo non posse subverti. III. Non esse differentiam inter Abstinentiam ciborum & cum gratiarum Actione perceptionem eorundem. IV. Omnium qui suum Baptisma servaverunt, unam esse in Regno cœlorum remunerationem. Augustinus addit prætereà, eum asseruisse, omnia peccata esse paria. Item, quod Virgo Maria Jesu mater, pariendo corrupta fuerit. Habuit alibi discipulos, Auxentium, Genitalem, Geminatorem, Tatium, Photinum, Marcianum, Januarium, & Ingeniosum. *Iovinianus neq; doctus neq; disertus.* *Ioviniani Errores.* *Discipuli Ioviniani.*

Quod autem Hæreses ipsas Joviniani attinet, benè trutinandæ sunt ipsius Hypotheses: ut, quo sensu Hæreseos damnetur, quo absolvatur, rectè Lector intelligat, ne eradicetur simul cum zizaniis & Triticum. *Ioviniani dogmata benè trutinãda.*

Nam primum Thema quod attinet, si Conjugium prætulit Virginitati & Cœlibatui, vel si Virginitatem Conjugio æquavit simpliciter, Hæresin commisit. Diverso enim respectu & in certis casibus, & certis de causis Conjugium aliquando æquatur, aliquando anteponitur, aliquando postponitur Cœlibatui: & vice versâ. E. g. I. conjugium & cœlibatus æquantur à Paulo, 1. Corinth. 7, 27. his verbis: Alligatus es uxori, ne *Conjugium & Virginitas conferũtur.*

ri, ne quære dissolutionem: solutus es ab uxore, ne quære uxorem. Ratio est: Quia & Conjugium & Virginitas sunt Dei ordinationes: quæ utrinque bonæ sunt: & quæ utrinque bonæ & malæ esse possunt, prout est is, qui possidet. Deindè Virginitas præfertur Conjugio in his Pauli verbis: Ibid. vers. 38. Qui jungit matrimonio, benè facit, qui non jungit, meliùs facit. Item v. 40. Beatior erit, si cœlebs manserit: puta propter instantem Necessitatem, non propter meritum aut satisfactionem. Tertiò idem Paulus & conjugium virginitati præfert, inquiens v. 9. Melius est nubere, quàm uri, & propter fornicationem habeat unusquisque suam uxorem. Idcircò si Jovinianus confusè & sine certo respectu conjugiū simpliciter prætulit, in Paulum impegit & erravit, qui enim benè distinguit, benè docet, qui verò vel non, vel malè distinguit, ille malè docet.

Jovinianus Epicurus Christianorum.

Secundum Thema Joviniani, Baptisatos & plena fide renatos à Diabolo non posse tentari, & subverti: valdè itidem fuit Erroneum. Nihil enim gravius dici potest ad securitatem carnalem excitandam, in Christianis, undè Hieronymus ipsum non incompetenter Epicurum Christianorum appellavit.

Tertiò, Nihil distare inter vescentem cibis & jejunantem, si cum gratiarum Actione comedatur, id etiam simpliciter non procedit. Nam Jejunium, cum est absque superstitione, & fit legitimo modo, virtus quidem in se non est, sed est tamen Præparatio & incrementum ad Virtutem, quod de comestionis actu ita nemo dixerit. Interim autem Respectu Justificationis coram Deo nullum interesse discrimen rectè Paulus pronunciat Rom. 14, 13. inquiens: Qui manducat, non manducantem non spernat, & qui non manducat, manducantem non judicet: Deus enim illum assumpsit. Neque enim Esca, neque Jejunium [illegible] Fides
Deo nos commendat. Neque Regnum Dei est in cibo & p[illegible]
14. Et 1. Corinth. 8, 8.

Quartò, quod asseruit Virgines & marita[illegible] sint bap[illegible]
discrepent cæteris operibus, eiusdem esse me[illegible] tenu[illegible]
Jovinianus cœlestium remunerationum gra[illegible] iver[illegible]
& piè collocatis, negavit & sustulit. Ita enim [illegible] sed
dicitur apud Ambrosium Ioviniani Errorem [illegible] Quo
Merito salutis locutus est, neque Nuptiæ ne[illegible] tas
licere.

Hæreticorum [illegible]

Ex quibus Lectori liquet, non tumultuari[illegible]
bus Hæreticorum agendum esse. Idque max[illegible]
perplexitas & obscuritas ita rem involvit, ut [illegible]
Hieronymo constiterit, quid voluerit. Et c[illegible]
stantiarum, casuum, caussarum, & Respectu[illegible]

denda est, facilè Error contingere potuit. Observare hoc licet in Hieronymo, qui in Refutatione hujus Ioviniani, nimis vehemens in alteram partem prolapsus est. ***Primò*** enim hallucinatus est Hieronymus, in depravatione dicti Paulini, 1. Timoth. 2, 15. Mulierem salvari per cœlibatum liberorum, id est, sanctimoniales suo cœlibatu non sibi tantum, sed & parentibus promereri salutem, & Vitam æternam; quo nihil dici potest intolerabilius. ***Secundò***, quod dicta de Emundatione ab inquinamentis, de Depositione veteris hominis, & Indumento novi, de Renovatione spiritus, de Ambulatione secundum spiritum, ad solos cœlibes & Virgines accommodet, cùm tamen id dictum sit in genere omnibus Christianis, nam & maritati debent se renovare in spiritu. ***Tertiò***, idem Hieronymus spargere cœpit seminaria illius persuasionis, quasi virginitas ideò præferatur conjugio, quod esset Meritum Remissionis Peccatorum, salutis & vitæ æternæ. Undè bono Hieronymo evenit, quod in proverbio est: Dum vitant stulti vitia in contraria currunt.

Hieronymus refutans Iovinianum nimis declinavit.

Porrò reliquas Hypotheses Ioviniani, quas Augustinus addit, etiam falsas pronunciamus. ***Primò*** enim Peccata paria censere, id Stoicum delirium est, quod Cicero in Paradoxis assumit & disputat: Et August: Epist. 29 ad Hieronymum eandem quæstionem pertractat. Nos Imparia esse Peccata meritò pronunciamus, scripturæ authoritate. Sic enim Christus inquit Pilato, Ioh. 19, 11. ***Qui tradidit me tibi, majus peccatum habet.*** Quod si Pilatus non caruit omni peccato, & Peccatum Iudæ fuit majus, ergò Peccatum Pilati fuit minus. Quod idem etiam similitudo Christi de trabe & festucâ Lucæ 6, 41. evincit. Certum enim est, Christum ibi Parabolicè de Lapsibus humanis loqui, ita quidem, ut quosdam lapsus trabi, quosdam festucæ comparet. Sicut ergò festuca se habet ad trabem, & contrà, secundum majus & minus, sic etiam Lapsuum alij aliis erunt majores & minores. Et ex differentiâ pœnarum, quòd tolerabilius eri[illegible]odomæ & Gomorrhæ, quam civitatibus repudiantibus Christum & A[illegible]los, Matth. 11, 22. Et intolerabilius servo, qui novit voluntatem [illegible], quàm ignoranti, Luc. 12, 47. Non minus Imparitas peccato[illegible]ui potest. Ut hoc loco de peccato in Spiritum sanctum nihil di[illegible]ravit igitur Iovinianus graviter, statuendo peccatorum Pari[illegible]

An peccata sint paria? Neg.

[illegible]oque de altero profitemur, quod Iovinianus non rectè sta[illegible] matrem pariendo corruptam fuisse. Nam filius Dei non [illegible]uraliter à Virgine matre conceptus, sed & supernatura[illegible] in lucem editus est, juxta illud, Es. 7, 14. ***Ecce virgo*** [illegible]um. Ergò per vim copulativæ, eodem modo ut [illegible]am sententiam uno & altero Augustini dicto ob-

Maria pariendo non corrupta.

ri, ne quære dissolutionem: solutus es ab uxore, ne quære uxorem. Ratio est: Quia & Conjugium & Virginitas sunt Dei ordinationes: quæ utrinque bonæ sunt: & quæ utrinque bonæ & malæ esse possunt, prout est is, qui possidet. Deindè Virginitas præfertur Conjugio in his Pauli verbis: Ibid. vers. 38. Qui jungit matrimonio, benè facit, qui non jungit, meliùs facit. Item v. 40. Beatior erit, si cœlebs manserit: puta propter instantem Necessitatem, non propter meritum aut satisfactionem. Tertiò idem Paulus & conjugium virginitati præfert, inquiens v. 9. Melius est nubere, quàm uri, & propter fornicationem habeat unusquisque suam uxorem. Idcircò si Jovinianus confusè & sine certo respectu conjugiū simpliciter prætulit, in Paulum impegit & erravit, qui enim benè distinguit, benè docet, qui verò vel non, vel malè distinguit, ille malè docet.

Secundum Thema Joviniani, Baptisatos & plena fide renatos à Diabolo non posse tentari, & subverti: valdè itidem fuit Erroneum. Nihil enim gravius dici potest ad securitatem carnalem excitandam, in Christianis, undè Hieronymus ipsum non incompetenter Epicurum Christianorum appellavit.

Jovinianus Epicurus Christianorum.

Tertiò, Nihil distare inter vescentem cibis & jejunantem, si cum gratiarum Actione comedatur, id etiam simpliciter non procedit. Nam Jejunium, cum est absque superstitione, & fit legitimo modo, virtus quidem in se non est, sed est tamen Præparatio & incrementum ad Virtutem, quod de comestionis actu ita nemo dixerit. Interim autem Respectu Justificationis coram Deo nullum interesse discrimen rectè Paulus pronunciat Rom. 14, 13. inquiens: Qui manducat, non manducantem non spernat, & qui non manducat, manducantem non judicet: Deus enim illum assumpsit. Neque enim Esca, neque Jejunium, sed Fides Deo nos commendat. Neque Regnum Dei est in cibo & potu. Ibid. v. 14. Et 1. Corinth. 8, 8.

Quartò, quod asseruit Virgines & maritatas si sint baptisatæ, & non discrepent cæteris operibus, eiusdem esse meriti: Id eatenus falsum est, si Jovinianus cœlestium remunerationum gradus pro diversis Bonis rectè & piè collocatis, negavit & sustulit. Ita enim Epistola Mediolanensis Ecclesiæ apud Ambrosium Ioviniani Errorem describit. Quod si autem de Merito salutis locutus est, neque Nuptiæ neque Virginitas merentur salutem.

Hæreticorū Hypotheses rectè judicādæ.

Ex quibus Lectori liquet, non tumultuariè aut confusè de Hypothesibus Hæreticorum agendum esse. Idque maximè in Ioviniano, cujus styli perplexitas & obscuritas ita rem involvit, ut non satis liquidò etiam ipsi Hieronymo constiterit, quid voluerit. Et quia in diversitate circumstantiarum, casuum, caussarum, & Respectuum, tota controversia decidenda

denda est, facilè Error contingere potuit. Observare hoc licet in Hieronymo, qui in Refutatione hujus Ioviniani, nimis vehemens in alteram partem prolapsus est. *Primò* enim hallucinatus est Hieronymus, in depravatione dicti Paulini, 1. Timoth. 2, 15. Mulierem salvari per cœlibatum liberorum, id est, sanctimoniales suo cœlibatu non sibi tantum, sed & parentibus promereri salutem, & Vitam æternam; quo nihil dici potest intolerabilius. *Secundò*, quod dicta de Emundatione ab inquinamentis, de Depositione veteris hominis, & Indumento novi, de Renovatione spiritus, de Ambulatione secundum spiritum, ad solos cœlibes & Virgines accommodet, cum tamen id dictum sit in genere omnibus Christianis, nam & maritati debent se renovare in spiritu. *Tertiò*, idem Hieronymus spargere cœpit seminaria illius persuasionis, quasi virginitas ideò præferatur conjugio, quod esset Meritum Remissionis Peccatorum, salutis & vitæ æternæ. Undè bono Hieronymo evenit, quod in proverbio est: Dum vitant stulti vitia in contraria currunt. *Hieronymus refutans Iovinianum nimius declinavit.*

Porrò reliquas Hypotheses Ioviniani, quas Augustinus addit, etiam falsas pronunciamus. *Primò* enim Peccata paria censere, id Stoicum delirium est, quod Cicero in Paradoxis assumit & disputat: Et August: Epist. 29 ad Hieronymum eandem quæstionem pertractat. Nos Imparia esse Peccata meritò pronunciamus, scripturæ authoritate. Sic enim Christus inquit Pilato, Ioh. 19, 11. *Qui tradidit me tibi, majus peccatum habet.* Quod si Pilatus non caruit omni peccato, & Peccatum Iudæ fuit majus, ergò Peccatum Pilati fuit minus. Quod idem etiam similitudo Christi de trabe & festucâ Lucæ 6, 41. evincit. Certum enim est, Christum ibi Parabolicè de Lapsibus humanis loqui, ita quidem, ut quosdam lapsus trabi, quosdam festucæ comparet. Sicut ergò festuca se habet ad trabem, & contrà, secundum majus & minus, sic etiam Lapsuum alij aliis erunt majores & minores. Et ex differentiâ pœnarum, quòd tolerabilius erit Sodomæ & Gomorrhæ, quam civitatibus repudiantibus Christum & Apostolos; Matth. 11, 22. Et intolerabilius servo, qui novit voluntatem Domini, quàm ignoranti, Luc. 12, 47. Non minus Imparitas peccatorum exstrui potest. Ut hoc loco de peccato in Spiritum sanctum nihil dicamus. Erravit igitur Iovinianus graviter, statuendo peccatorum Paritatem. *An peccata sint paria? Neg.*

Idem quoque de altero profitemur, quod Iovinianus non rectè statuerit, Mariam matrem pariendo corruptam fuisse. Nam filius Dei non tantum supernaturaliter à Virgine matre conceptus, sed & supernaturaliter à virgine matre in lucem editus est, juxta illud, Es. 7, 14. *Ecce virgo concipiet, & pariet filium.* Ergò per vim copulativæ, eodem modo ut concepit, peperit. Quam sententiam uno & altero Augustini dicto ob- *Maria pariendo non corrupta.*

Maria miraculosè peperit. firmabimus. Sic autem ille Serm. 2. in Natali Domini, Tomo 10. pag. 572. ait: De Mariæ virginis generatione legimus: Et porta erat clausa, & non est aperta: Tanquam si interrogaretur, cur aperta non esset, adjecit, quia Dominus transivit per eam. Porta clausa, id est, signaculum pudoris immaculatæ carnis integritas: Non enim est violata partu, quæ magis sanctificata est conceptu. Et serm. 6. Ibid. pag. 584. Vide Miraculum matris Dominici corporis: Virgo concipit: Virgo gravida: Virgo cum parturit: Virgo post partum. Præclara ergò illa virginitas, & gloriosa fœcunditas. Virtus mundi nascitur, & nullus pariendi est gemitus: Vacuatur uterus, infans excipitur, nec tamen virginitas violatur. Fas enim erat, ut Domino secundum carnem nascente, cresceret meritum Castitatis, nec per ejus Adventum violaretur claustrum integritatis, qui veniebat sanare corrupta. *Calvinistæ cum Joviniano faciunt.* Sed hodiè Calvinistæ sunt planè in contrariâ sententiâ, & idem cum Ioviniano sentiunt. Non enim credere volunt aut possunt, Christum clauso & illæso utero matris editum. Sicut hæc quæstio in controversiam proximis Annis inter Tübingenses & Heidelbergenses acriter vocata & ventilata est. De quo videatur Continuatio Examinis Tübingensium, capite 2. & 3.

CAP. XVII.

De Valesiis.

Errores Valesii. Epiphanius Hæresi 58. Valesios à Valente quodam Arabe natos asserit. Errores ex Epiphanio sic breviter repetit Augustinus: Valesij & seipsos castrant, & hospites suos, hoc modo existimantes Deo se debere servire. Sic ille. *Valesij seipsos castrarunt.* Quem Errorem fortasse ex Origene mutuati sunt, qui seipsum in adolescentiâ castravit, ut refert Eusebius lib. 6. Hist. cap. 8. Principium Erroris ex unico Christi dicto malè intellecto hauserunt, Matth. 19, 12. Sunt Eunuchi qui se castraverunt propter Regnum cœlorum. Sed castratio hæc neque fit ferro, neque arte nefariâ, aut medicamentis genituræ stimulos extinguentibus, sed peculiare Dei donum est quibusdam, paucis tamen, contributum: de quo Christus eodem loco inquit, non omnes capiunt verbum hoc, qui potest capere, capiat. Qui igitur hoc dono præditi sunt, Eunuchi seu castrati sunt propter Regnum cœlorum, nimirum propter Ecclesiam, quæ in his terris militat, & adhûc utitur ministerio Verbi & Exercitiis pietatis, maneantque in cœlibatu, ut eo commodius onera ministerij portare, & pietatis exercitia subire possint. Vide de hoc Epiphanium, loco allegato: Clementem Alexandr. lib. 3. Strom. in initio. Et Theodoretum 2. libro Epitomæ decretorum divinorum, capite de Castitate.

CAP.

CAP. XVIII.

De Manichæis.

MAgna & perniciosissima fuit secta Manichæorum, quæ latè vagata est, & multos dementavit, adeò ut & Augustinus in adolescentiâ hoc veneno fuerit infectus. Author autem hujus sectæ Manes fuit, Persa, quem quidam Anno Christi 166. sub Claudio Quintilio, Eusebius verò Anno Christi 281. vixisse scribit. Nomen quod habuit, Græcum non est, sed Persicum, aut, ut vult Epiphanius, Chaldaicum. At quia propter allusionem Græcam insanum significabat, Manichæis ipsis hoc nomen cœpit displicere: Ideoque se Mannichæos, duplicato *n*, quasi qui Manna funderent, fingebant appellari. Habuerunt etiam hi Hæretici alia cognomina, sunt enim & appellati Apophanitæ, ut Epiphanius scribit, à quodam Apophanâ, Manetis discipulo. Item Agonistæ, utpote qui contra Principem tenebrarum perpetuò pugnarent. *Manes Persa, Autor Manichæorũ. Manichæi à Manna dici voluerunt. Apophanitæ. Agonistæ.*

Duo autem maximè ad descriptionem plenariam horum Hæreticorum faciunt: I. Ex Historiis annotare mores. II. Doctrinam Manichæorum. De Moribus Manichæorum Augustinus peculiares libros conscripsit. *Primò*, ad mores ipsorum pertinet, constitutio ordinis inter ipsos servata. Dividebant enim suum cœtum bifariam, puta in Electos, quos etiam Perfectos dicebant, & Auditores, sicut hodiè Pontificij discrimen faciunt, inter Monachos & inter Laicos. *Deindè* adhuc una erat ipsorum divisio: Alij enim se tantum & simpliciter Manichæos appellabant, alij Catharistas seu Purgatores, Dei sui partem in seminibus purgantes: Tertij denique Macarios, à sortis felicitate. Papinianistæ vel Papianistæ sunt etiam de hâc sectâ Manichæorum. *Tertiò* etiam hoc in more positum habebat Manes, ut ex κακοζηλίᾳ Christi, duodecim discipulos eligeret, quos tanquam Apostolos habuit, & ex iis præcipuè sibi perpetuò comites tres, Aldam, Thomam, & Hernam, & insuper 72. alios discipulos, planè ut putabant, ad Christi Exemplar: Inter quos, de nomine celebres sunt, Fortunatus & Felix; Fortunatus fuit Presbyter, qui apud Hipponem longo tempore est conversatus, vir magnæ Famæ, contra quem Augustinus solenni disputatione per biduum publicè disputavit, præcipuè de illâ quæstione, undè sit malum? Augustinus dicebat, quod malum in homine ortum esset ex proprio & libero voluntatis Arbitrio, Fortunatus autem contra, naturam mali Deo esse coæternam. Confusus autem fuit publicè ab Augustino, qui etiam contra eundem Librum peculiarem scripsit. Felix, quamvis in artibus liberalibus esset rudior, tamen Fortunato erat versutior, contrà quem etiam Augusti- *Manichæi describuntur Moribus, & Doctrina. Electi Manichæorũ. Pontificij Manichaisãt. Catharistæ. Macarij. Papianistæ. Manes habet duodecim Apostolos. Fortunatus quis? Felix quis?*

nus disputavit & scripsit: Is Manichæum Apostolum Christi fuisse docuit. *Quartò*, carnibus non vescebantur, neque ovis, neq; lacte, vinum etiam non bibebant, cibos qui de Frugibus & Pomis parantur, si ad sanctos, id est, ad Manichæos perveniant, eorum castitate & Oratione, ab omni lutulento purgari dicebant. Qui apud eos Perfecti vocabantur, nec Panem frangebant, nec Olus scindebant, sed eos qui hoc agerent homicidas proclamabant, Theodoreto teste. Proprietatem item rerum improbabant: hinc neque familiam, neque agros, neque domos, neque pecuniam ullam possidendam esse dicebant, Epiphanio & Augustino contestantibus. Tria signacula in suis moribus magnâ laude & prædicatione jactabant, Oris, manuum, & sinus: Obviantes sibi mutuò dexteras invicem dabant, signi causâ velut è tenebris servati.

Manichai carnibus vescuntur.
Tria signacula Manichaorū.

Eleemosynas nemini, nisi Manichæus esset, porrigebant. Strata sua super harundines faciebant, nuptias non prorsus damnabant, quas Auditoribus quidem suis concedebant, Electis autem interdicebant planè conjugium. Qui mores omnes vel ijdem vel persimiles sunt Pontificiis & Monachalibus superstitionibus, tanquam ex iis subortis. Videatur hîc Augustinus lib. 2. c. 16. De Moribus Manichæorum: Et libro de Fide contra Manichæos cap. 40. & 41. Item Epist. 74. de Mallianense Crypto manichæo.

Electis Manichai nuptiis interdicūt Pontificij Manichaisant
Manichai provocant ad Traditiones.

Doctrinam quod attinet, virus suum potissimum ex Origenistis hauserunt, atque ita infecti sunt, ut nullus ferè Articulus fidei sit, quem non miserè depravârint. Nam in Loco de sacrâ scripturâ, Traditionarii fuerunt: In decretis enim Gelasii, Manichæi dicuntur uti Evangelio Thomæ. Vetus Testamentum repudiârunt: Et crediderunt, Prophetas Spiritu tenebrarum seductos, locutos fuisse. Testamentum item V. esse alterius Dei & doctoris, Novum etiam alterius: Contraria enim tradi in utroque. In Articulo de Deo gravissimè errârunt: quia duo principia inter se contraria, seu duos Deos, unum Bonum, & alterum Malum, statuerunt, Philastrio teste, Deum loco incluserunt, & finitum fecerunt: August. contra Epistolam Manichæi Tomo 6. qui hodiè Vorstii error est. Induxerunt fatum, teste Socrate, lib. 1. cap. 22. Histor. Eccles. quod hodiè Calvinistæ imitantur. Dæmonia, Solem, Lunam, Elementa, Deos & Deas gentium coluerunt. Christi incarnationem tam quoad animam, quàm quoad corpus planè negârunt. Non enim est, inquiunt, quod tanta majestas per sordes & squalores fœminæ transîsse credatur: Ergò nativitatem, crucem, passionem & Mortem, non re verâ, sed κατὰ δόκησιν facta fuisse nugati sunt. Ad imitationem Montani se Manichæus quoque spiritum Paracletum habere, imò Paracletum esse, quem Dominus discipulis se missurum esse promisisset, jactavit. In loco de Creatione quoque

Vetus Testamentum repudiant Manichai.
Manichai duos Deos fingunt.
Manichai Idololatra.
Manichai Incarnationem negant.
Manich. sunt Docita.
Manich. sunt Montanista.

que miras fabulas prodiderunt: Mundum quidem à naturâ Boni, id est, Dei factum, sed tamen de commixtione Boni & Mali: Et substantias habere in mundo duo Principia, & Alterum quidem principium fecisse corpus: Animam verò esse alterius. Hominem non à Deo, sed à principe Materiæ, quem Saclam nominant, formatum esse. Diabolum nunc materiam, nunc materiæ Principem dicebant. Coæternas Deo hominum Animas & Pythagoricam μετεμψύχωσιν credebant; eandem esse animam in hominibus, animalibus, volatilibus, reptilibus, imò & plantis & seminibus, cum Platone visi sunt fabulari. In loco de Libero Arbitrio originem peccatorum non arbitrio hominis, sed substantiæ tribuebant, & peccata necessitatis esse docebant. August Epist. 28. Peccatum esse ipsam substantiam hominis nugabantur, quam Hypothesin Flacius nostro seculo resorpsit. In loco de Sacramentis Baptismi Necessitatem tollebant, quem nihil cuiquam salutis adferre perhibebant: A quibus Calviniani hodiè parum absunt, qui infantes probabiliter tātum regenerari, audent asserere. Eucharistiam quoque spurcissimè, (quod pudor dicere prohibet.) profanârunt. Corporum Resurrectionem tanquam fabulam rejecerunt, & animam tantum absque corpore salvari. Paradisum esse mundum, neque extremum iudicium sperandum esse.

Duo Principia Manichaeorum. De Anima errant Manichai. Error Manich. de Libero Arbitrio. De Peccato. Sacramentorum necessitatē tollunt Manichai. Manichai negant Resurrectionem.

Ad Manichæos etiam referimus Patricianos, qui substantiam carnis non à Deo, sed à Diabolo conditam crediderunt. Item Aqueos, qui negabant aquam à Deo creatam, sed ei semper fuisse coæternam, quorum etiam meminit August. ad Quod vel Deum. Insana autem hæc Hæresis à multis magnis & præstantibus viris fortiter expugnata est, ut ab Ambrosio, Arnobio, Augustino, Athanasio, Basilio, Nazianzeno, Syricio, & aliis Authoribus gravissimis. Vide etiam Dialogum Damasceni, in quo Manichæorum de duobus rerum principiis deliria recensentur, atque argumentis evidentibus refutantur. Adhibeatur hic etiam Codex Iustiniani de Hæreticis & Manichæis.

Patriciani Har. Aquei Har. Audaus schismaticus. Audaus taxat vitia.

CAP. XIX.

De Audianis seu Audæanis.

AVdianos ab Audio vel Audæo ortos ita describit Epiphanius, ut plus inter Martyres quàm hæreticos referat: Attamen schismaticum fuisse concedit. Vir enim clarus fuit, tum propter sinceritatem vitæ, tum propter zelum erga Deum, & Fidem. Gravissimè enim taxavit in Clero vitia voluptatum, superbiæ, avaritiæ, & pleonexiæ. Quapropter gravissimè aliquoties cæsus, tandem urbe exire coactus fuit cum suis as-

pit, ibi etiam porrò ad alios ſuperſtitioſos mores factus eſt progreſſus. Deluſi illi ſunt verbis Domini ad Moſen prolatis: Solve calceamentum de pedibus tuis. Ex. 3. 5. Et ad Eſaiam, qui nudis pedibus juſſus fuit ambulare. Eſ. 20. 2. ſed puerilis admodum hæc κακοζηλία eſt. Duo enim cùm faciunt idem, non eſt idem: Imò, duo ſi idem faciunt, alter quod in mandatis habet, alter quod non habet, etiamſi idem faciant, tamen ſæpè fit, ut hic mereatur pœnam, ille præmium acquirat. Extat & ſpecies Diſcalceatorum Deut. 25. 8. Ruth. 4, 6. qui nolebant Fratri ſemen excitare, ſed neque hi Monachi excitarunt ſemen ſpirituale Fratri ſuo Chriſto.

Exod. 3. 5
Eſai. 20, 2.

Nudipedales.

Diſcalceatis adſcribimus & Nudipedales. Poſſunt enim videri & aliquid & nihil differre. Siquidem non ſtatim omnis diſcalceatus Nudipes incedat. Et in nonnullis Hæreſeologis ſcriptoribus hoc etiam diſcriminis intereſſe videatur, quod Diſcalceati ad ſola loca ſacra calceos depoſuerint: Nudipedales autem nudis pedibus ſemper ambulaverint, ut quidem expreſſè verba Auguſtini ſonant: Eſt alia Hæreſis nudis pedibus ſemper ambulantium. De Nudipedalibus tempore Hieronymi paulò pòſt apud Flagellantes dicemus. His adhibeat Lector Tertullianum in Apologetico capit. 40. ubi Feſti Ethnici meminit, quod Nudipedia vocabant, quem Paganiſmum hi hæretici abſorbſerunt, & feces eiuſdẽ poſteà in Monachatum Pontificium exonerârunt, ubi adhuc ſub ſpeciẽ ſanctimoniæ, maximè apud Capucianos modernos nudipedales inveniuntur.

Nudipedia gentilium ad Papatum venerunt.

Dactilorinchita Paſſalorinchita Pactalorinchita Silentiarij. Daſcodrugita. Dactilorinchita Pythagoraiis conferũtur.

Dactilorinchitæ, qui Philaſtrio Paſſalorinchitæ, Auguſtino Pactalorinchitæ dicuntur, & ſilentiarij dici poſſunt, propter ſilentium, quod coluerunt. Naribus enim & labiis ſuis digitum opponebant, ne vel ipſam Taciturnitatem voce rumperent. Supra etiam inter Cataphyges Daſcodrugitarum meminimus, à quibus haud longè abſimile quid fuit obſervatum. Pythagoræorum hoc primum inventum olim fuerat, niſi quod illi Philoſophi quinquennium tantum, hi Hæretici totâ vitâ ſilentium colerent. Illi diſcendi ſtudio, hi ex merâ ſuperſtitione. Sed fruticatio hæc procul dubio Audianorum fuit, ubi enim vita ſolitaria præeligitur, ibi ſilentio locus eſt proximus. Invenies adhuc hodiè hos ſilentiarios in ordine Capuſianorum Monachorum. Vetus enim nomen ſaltem periit, res manſit.

Artotyritæ Aquarij

Artotyritæ & Aquarij, ex iſto numero Hæreticorum ſunt, qui primâ & ſimplici cœnæ Dominicæ inſtitutione à Chriſto factâ, non contenti, ſua deliria illi adiicere non ſunt veriti. Artotyritæ enim in ſuis ſacrificiis etiam caſeum pani addendum, Aquarij etiam aquam vino vel addendam vel ſurrogandam ſtatuerunt. Quibus meliores non ſunt Bar-

ſaniani

tantani sive Semidalitæ, à Damasceno sic dicti & descripti, quod in sacrâ Domini cœnâ pro Pane tantum farinæ quantum summis digitis capere possunt, accipiunt, & summis labiis degustant. Qui primus Diaboli conatus fuit invadendi & profanandi sacrosanctum Domini Testamentum, donec ulterius progrederetur, & non tantum sub formâ mandati in Iure Canonico de consecratione Distinct. 2. Aquam omninò intermiscendam esse vino præciperet, sed & Calicem vini penitus Laicis surriperet per Pontificios: per Sacramentarios autem omnem rem cœlestem evacuaret relictis nudis Elementis. Ut enim Diabolus sit antiquior, ità sit sceleratior.

Barsaniani. Semidalitæ.

Canonistæ præcipiunt Aquam in Cœna D.

Ascitæ quos Philastrius Ascodrogitas nominat, ab utre sic appellati sunt. ἀσκὸς enim Græcè, Latinè uter dicitur, quem gestare perhibentur inflatum, circumeundo bacchantes. In Codice Iustinianæo vocantur Saccophori. Philastrius dicit, quod utrem inflatum ponant, & cooperiant in suâ Ecclesiâ, & circumeant insanientes potibus, sicut Pagani Libero Patri insanis mensibus, more gentilium furentes. Danæus hos distinguit ab Ascodrupetis Theodoreti. Flagellantium secta non usque adeò vetus est. Prima tamen principia seu delineamenta huius sectæ valdè sunt vetusta, & pertinent ad eos, qui non honorem habent corpori. Ethnicos enim ipsius Mosis tempore incidere solitos fuisse corpora sua, ex prohibitionibus Mosaicis Levit. 19. 28. & Deut. 14. 1. expressè constat. Quod etiam posteà Baalitas fecisse & usu frequentâsse, testatur Historia Eliæ. 1. Reg. 18. 28. Ii enim scindebant carnem suam denudatam lanceolis, scalpellis, gladiolis, & cuspidibus ferreis, iuxta Iudicium suum, id est, pro more & consuetudine suâ, quam à Maioribus accepissent à multis Annis. Ad viciniores nobis Paganos si descendamus, sentit Polydorus Virgilius, Christianos quosdam hunc flagellationis ritum de Romanis Lupercis & Ægyptiis accepisse l. 7. c. 6. de Rerum Invent: Lacedæmonij etiam festum celebrârunt, quod διαμαστίγωσιν. Flagellationem nominârunt, in quo ante Aram nobiles adolescentes flagellis affligebant: De quo Tertullianus in libro ad Martyres, & in Apologetico adversus gentiles c. 46. Videatur etiam sic Plutarchus lib. de Antiquis Lacedæmoniorum institutis. Et Apulejus lib. 8. Metamorph: Augustinus etiam de Civitate Dei lib. 6. c. 10. Senecam adducit irridentem eos, qui seipsos læserunt, & ad sanguinis effusionem vulnerârunt, ut Deos suos propitios redderent. Affines hisce fuerunt Hypocritæ, qui Hieronymi tempore vixerunt, quos ita taxat Tomo 1. ad Eustoch. de Custodiâ Virginit: Viros quoque fuge, quos videris catenatos, quibus fœminei contra Apostolum Crines, hircorum barba, nigrum pallium, & nudi in patientiâ frigoris pedes. Talem olim Antymum, talem nuper

Ascitæ. Ascodrogitæ. Saccophori. Ascodrupeti. Secta Flagellantium.

Gentilium Flagellationes.

Catenati & Nudipedales tēpore Hieronymi.

Antymus.

Sophronius. Sophronium Roma congenuit. Sic Hieronymus de sui temporis Nudipedalibus & catenatis. Quæ Hypocrisis vires acquisivit eundo, donec tandem in Dominicum, cognomento Loricatum, qui Anno Christi 1060. in Eremo vixit, conflueret. *Dominicus flagellator.* De quo multa mira, si legendis credimus, recitantur. Inter quæ vel hoc unicum saltem, hâc quidem vice, notamus: quod perpetuò ferreâ loricâ ad carnem vestitus, multis scopis seipsum flagellaverit, & hoc modo Annos Pœnitentiæ peregerit. Quem flagellando imitatus est alter ille Dominicus Hispanus circa Annum Christi 1200. qui Ordini Dominicanorum initium dedit. *Dominicus Hispanus à quo Dominicani.* Donec tandem magna colluvies flagellantium consurgeret, Anno Christi 1260 qui à Perusio civitate Tusciæ processum habuisse feruntur, qui ab umbilico sursum corpora denudantes quandam vestem, partem corporis inferiorem usque ad talos degentem habebant. Et ne quis eorum agnosceretur, cooperto capite & facie incedebant. Procedebant etiam bini vel trini vexillo prævio, vel cruce: Flagellis semetipsos bis in die tamdiu per 33. dies cruciantes, quousque ad quasdam cantiones, quas de Passione ac de Morte Domini dictaverant, circa Templa vel in Templis complerent. *Flagellãtes absolvunt se à Peccatis.* Et prætendebant, hominem ab omnibus Peccatis absolvi, si in tali sectâ saltem per unum Mensem versaretur. Octoginta & aliquot annis post, puta iuxta Nauclerum, anno Christi 1346. Flagellatores in Alemanniâ de novo insurrexerunt, quorum interdum Octoginta simul iverunt, cum Flagellis nodatis, quibus aculei inserti erant, quorum pœnitentiam mulieres etiam sibi assumentes in magnâ multitudine & se Flagellantes usque ad pectora denudabãt. Quibus tamẽ omnibus sub pœnâ excommunicationis à Papâ interdictum est. *Gerson contra Flagellãtes scribit.* Scripsit etiam magni nominis vir, Iohannes Gerson, Cancellarius Parisiensis, contra illos, & omnes alios, qui seipsos flagellant, damnans illud delirium gravissimis Argumentis. Sed tamen hunc furorem tantopere compescere non potuit, quin plenis velis in Monasteria irruperit, & apud illos locum obtinuerit. *Iesuitæ defendunt Flagellãtes.* Imò, moderni Iesuitæ eò dementiæ sunt progressi, ut hunc furorem defendere, & pro singulari pietatis cultu Ecclesiæ obtrudere non sint veriti. Nam Choragus ipsorum, Gretserus, scripsit librum de spontaneâ Flagellorum cruce: *Iesuitarum Flagellatio satisfactoria.* In quo blasphemè probare annititur, Flagellationem voluntariam studiò expiandi peccata susceptam, non tantum licitam, sed & Deo gratam, meritoriam & satisfactoriam esse: & sanguinem ita fusum immisceri sanguini Christi & peccata & Regnum Diaboli potenter destruere. Imò verò, qui pro alio flagellat, alteri suam satisfactionem munusculo interveniente applicare posse. Et quæ aliæ infinitæ sunt Blasphemiæ, quibus tetriores neque cœlum neque terra audivit. Sed strenuè hic Flagrio excussus est cum suis Blasphemiis à Præstantissimo

Theologo

Theologo, D. Iacobo Heilbrunnero, qui dilucidè convicit, Flagellationem hanc esse Opus novum, Christianæ Fidei adversum, Deo & mundo abominabile, minimè catholicum, Antichristianum, Idololatricum, Hæreticum, Ethnicum, Baaliticum, Stolidum & Diabolicum. Quod certamen postea resumsit & continuavit gener ipsius, Dominus D. Zeæmannus, sub titulo, Carnificina Esavitica, Witebergæ impressa, quo brevitatis studio remitto lectorem.

Finis Primæ classis Hæreticorum.

SECVNDA CLASSIS.

CAPVT. PRIMVM.

De Catharis.

SEcundæ Classis Caput Catharos constituimus. Quamvis enim Isidorus Catharos fruticationem Novatianorum appellet, nos tamen invertendum id potius esse ducimus, & Novatianos fruticationem Catharorum multò magis appellandos esse putamus. Catharorum enim nomen generale est, tum ratione Etymi, tum ratione Rei. Cathari enim ἀπὸ τῦ καθαρεύειν vel καθαρίζειν, quorum hoc purificare, illud purum esse significat, dicti, alijs sese præferebant, seque puros superbissimè & odiosissimè, ut inquit Augustinus, appellabant. Nam cum Paulus hâc voce aliquoties utatur, ut Ephes. 5. 26. ubi dicit, quod Christus mundaverit Ecclesiam, ut nullam habeat maculam & rugam: Et Tit. 2. 14. Quod mundaverit sibi λαὸν περιούσιον, populum peculiarem, hoc illi præsumptuo sè admodum, in se & suum cætum tantum applicabant. Rem ipsam quod attinet, de Meritis Operum suorum gloriabantur: Lapsos non agnoscebant, vel si qui essent, illis post Baptismum veniam negabant. Item Rebaptisabant jam baptisatos, qui post baptismum lapsi erant, & publicè peccabant. Ex quibus suis Hypothesibus posteà ortũ dederunt Novatianis, Pelagianis, & Donatistis. Adde & Pontificiis, ut posteà sequetur. Quæ Ratio est Intentionis nostræ, quod Catharos caput sequentium Hæresium in hâc classe constituerimus, in quibus singulis evidentia vestigia Præsumptionis, Meriti, Virtutis, Arbitrij, & Singularitatis licebit observare.

Novatiani fruticatio Catharorũ.

Cathari unde dicantur.

Cathari de meritis Operum gloriantur.

Alij ab his sunt Manichæorum Catharistæ, de quibus in primâ Classe huius dictum est. Catharorum autem nomen etiamnum hodiè mansit

Catharistæ & Cathari differũt.

Sophronius. Sophronium Roma congenuit. Sic Hieronymus de sui temporis Nudipedalibus & catenatis. Quæ Hypocrisis vires acquisivit eundo, donec tandem in Dominicum, cognomento Loricatum, qui Anno Christi 1060. in Eremo vixit, confluerit. De quo multa mira, si legendis credimus, recitantur. Inter quæ vel hoc unicum saltem, hâc quidem vice, notamus: quod perpetuò ferreâ loricâ ad carnem vestitus, multis scopis seipsum flagellaverit, & hoc modo Annos Pœnitentiæ peregerit. Quem flagellando imitatus est alter ille Dominicus Hispanus circa Annum Christi 1200. qui Ordini Dominicanorum initium dedit. Donec tandem magnâ colluvies flagellantium consurgeret, Anno Christi 1260 qui à Perusio civitate Tusciæ processum habuisse feruntur, qui ab umbilico sursum corpora denudantes quandam vestem, partem corporis inferiorem usque ad talos degentem habebant. Et ne quis eorum agnosceretur, cooperto capite & facie incedebant. Procedebant etiam bini vel trini vexillo prævio, vel cruce: Flagellis semetipsos bis in die tamdiu per 33. dies cruciantes, quousque ad quasdam cantiones, quas de Passione ac de Morte Domini dictaverant, circa Templa vel in Templis complerent. Et prætendebant, hominem ab omnibus Peccatis absolvi, si in tali sectâ saltem per unum Mensem versaretur. Octoginta & aliquot annis post, puta iuxta Nauclerum, anno Christi 1346. Flagellatores in Alemanniâ de novo insurrexerunt, quorum interdum Octoginta simul iverunt, cum Flagellis nodatis, quibus aculei inserti erant, quorum pœnitentiam mulieres etiam sibi assumentes in magnâ multitudine & se Flagellantes usque ad pectora denudabāt. Quibus tamē omnibus sub pœnâ excommunicationis à Papâ interdictum est. Scripsit etiam magni nominis vir, Iohannes Gerson, Cancellarius Parisiensis, contra illos, & omnes alios, qui seipsos flagellant, damnans illud delirium gravissimis Argumentis. Sed tamen hunc furorem tantopere compescere non potuit, quin plenis velis in Monasteria irruperit, & apud illos locum obtinuerit. Imò, moderni Iesuitæ eò dementiæ sunt progressi, ut hunc furorem defendere, & pro singulari pietatis cultu Ecclesiæ obtrudere non sint veriti. Nam Choragus ipsorum, Gretserus, scripsit librum de spontaneâ Flagellorum cruce: In quo blasphemè probare annititur, Flagellationem voluntariam studiò expiandi peccata susceptam, non tantum licitam, sed & Deo gratam, meritoriam & satisfactoriam esse: & sanguinem ita fusum immisceri sanguini Christi & peccata & Regnum Diaboli potenter destruere. Imò verò, qui pro alio flagellat, alteri suam satisfactionem munusculo interveniente applicare posse. Et quæ aliæ infinitæ sunt Blasphemiæ, quibus tetriores neque cœlum neque terra audivit. Sed strenuè hic Flagrio excussus est cum suis Blasphemijs à Præstantissimo Theologo

Dominicus flagellator.

Dominicus Hispanus à quo Dominicani.

Flagellātes absolvunt se à Peccatis.

Gerson contra Flagellātes scribit.

Iesuitæ defendunt Flagellātes.

Iesuitarum Flagellatio satisfactoria.

Theologo, D. Iacobo Heilbrunnero, qui dilucidè convicit, Flagellationem hanc esse Opus novum, Christianæ Fidei adversum, Deo & mundo abominabile, minimè catholicum, Antichristianum, Idololatricum, Hæreticum, Ethnicum, Baaliticum, Stolidum & Diabolicum. Quod certamen postea resumsit & continuavit gener ipsius, Dominus D. Zeæmannus, sub titulo, Carnificina Esavitica, Witebergæ impressa, quo brevitatis studio remitto lectorem.

Finis Primæ classis Hæreticorum.

SECVNDA CLASSIS.

CAPVT. PRIMVM.

De Catharis.

SEcundæ Classis Caput Catharos constituimus. Quamvis enim Isidorus Catharos fruticationem Novatianorum appellet, nos tamen invertendum id potius esse ducimus, & Novatianos fruticationem Catharorum multò magis appellandos esse putamus. Catharorum enim nomen generale est, tum ratione Etymi, tum ratione Rei. Cathari enim ἀπὸ τοῦ καθαρεύειν vel καθαρίζειν, quorum hoc purificare, illud purum esse significat, dicti, alijs sese præferebant, seque puros superbissimè & odiosissimè, ut inquit Augustinus, appellabant. Nam cum Paulus hâc voce aliquoties utatur, ut Ephes. 5. 26. ubi dicit, quod Christus mundaverit Ecclesiam, ut nullam habeat maculam & rugam: Et Tit. 2. 14. Quod mundaverit sibi λαὸν περιούσιον, populum peculiarem, hoc illi præsumptuo sè admodum, in se & suum cætum tantum applicabant. Rem ipsam quod attinet, de Meritis Operum suorum gloriabantur: Lapsos non agnoscebant, vel si qui essent, illis post Baptismum veniam negabant. Item Rebaptisabant jam baptisatos, qui post baptismum lapsi erant, & publicè peccabant. Ex quibus suis Hypothesibus posteà ortũ dederunt Novatianis, Pelagianis, & Donatistis. Adde & Pontificiis, ut posteà sequetur. Quæ Ratio est Intentionis nostræ, quod Catharos caput sequentium Hæresium in hâc classe constituerimus, in quibus singulis evidentia vestigia Præsumptionis, Meriti, Virtutis, Arbitrij, & Singularitatis licebit observare.

Novatiani fruticatio Catharorũ.

Cathari unde dicantur.

Cathari de meritis Operum gloriantur.

Alij ab his sunt Manichæorum Catharistæ, de quibus in primâ Classe huius dictum est. Catharorum autem nomen etiamnum hodiè mansit

Catharistæ & Cathari differũt.

mansit apud Germanos, tam generale, ut cuiuscunque Hæreseos quis fuerit, is statim Catharus, saxonicè Ein Ketzer dicatur.

CAP. II.

De Novatianis & Meletianis.

Novatus Afer & Novatianus Romanus an differant?

NOvatus rerum novarum cupidus, turbo & tempestas, ad Fidei facienda naufragia, ut Cyprianus loquitur, lib. 2. Epist. 8. vixit Anno Christi 270. Romæ. Danæus distinguit inter Novatum Afrum, & Novatianum Romanum, sed qui eodem tempore vixerint, & eundem Errorem foverint. Quam subtilitatem nimis subtilem, inter Authores video non observari. Sic enim Dionysius Episcopus Alexandrinus. Novatus Ecclesiæ Romanæ Presbyter elatione quâdam tumidus, spem penitus salutis eis adimebat, etiamsi dignè pœnituissent: Ex quo & princeps Hæreseos exstitit Novatianorum, qui ab Ecclesiâ separati superbo nomine Catharos, id est, Mundos se appellabant. Hujus Euseb. lib. 6. passim facit mentionem.

Occasio erroris Novatiani.

Occasionem Novatus sumpsit ex Persecutione Decij, in quâ multi formidine cruciatuum Apostatæ facti sunt, quibus posteà reversuris spe veniæ planè negabat. Contrà quem, Concilium 60. Episcoporum Romæ celebratum est, ibique statutum, Novatum cum suis ab Ecclesiâ alienum esse. Latissimè diffusi sunt Novatiani, neque ulla ferè regio fuit, ubi non virus suum disseminaverint.

Novatiani latè diffusi.

Meletius

Planè similem Novato errorem fovit Meletius, qui non dogmate, sed loco ab invicem distincti fuerunt. Nam quod ille Romæ docuit, id ipsum docuit hîc in Alexandriâ Ægypti, de quo videatur Epiphanius lib. 2. Tomo. 2. cap. 68. Excusat tamen hunc Meletium Epiphanius, quod sectam quidem fecerit, à fide autem non desciverit. Quod non satis tutò dicitur. Occasio Erroris hæc fuit: Cum Diocletianus Christianos per suos Præfectos carceri includeret, & multi imbecillitate humanâ perterriti, sacrificarent Idolis, Meletius, ut vir severus, rigorosè servans disciplinam Ecclesiasticam, non judicavit eos recipiendos esse vicissim in Ecclesiam. Quo nomine habuit collegam suum Petrum contradicentem. Ex quâ dissensione ortum est discidium populi, ut pars non lapsa fastidiret lapsos, & efferret se superciliosè super eos, qui nominârunt se Ecclesiam Martyrum.

Occasio Erroris Meletij.

Refutatio Erroris Novatiani.

Errârunt autem gravissimè: qui sunt similes Levitis & Sacerdotibus, qui lapsum & vulneratum videntes reliquerunt & abierunt Luc. 10, 31.

10. 31. Imò verò vulneratum magis vulnerârunt. Sunt itidem similes illis obtestatoribus Christi, qui in Christo improbabant, quod peccatores reciperet, contra quos facit totum caput 15. Lucæ de ove, de drachmâ, & Filio perditis. Christus inquit, Matth. 9. 12. Non est opus medico valentibus, sed malè habentibus. Neque veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.

Novatiani inducunt Dubitationem.

Præter autem hunc errorem Novatiani etiam alium illo nonnihil subtiliorem habebant. Nam postquam ab hâc Arce deiecti essent, non esse omninò Resipiscentibus veniam reditus denegandam, tamen ut viderentur aliquid dixisse, sub dubitationis aleam vocandum esse putabant, An etiam istiusmodi Resipiscentes, postquam semel in Apostasian lapsi essent, reverâ apud Deum veniam, & gratiam consequerentur. Admittebant igitur illos sanè lapsos, sed tamen sub Dubitatione de gratiâ divinâ, qui error priori illo non erat subtilior, ut ipsi quidem putabant, sed longè gravior & periculosior. Sic enim Historia Tripartita horum errorem describit lib. 9. Esse quidem lapsos invitandos ad pœnitentiam, Remissionem verò Dei potestati relinquendam. Item Ambros. De Pœnitentiâ lib. 1. cap. 2. Novatiani dicunt, se soli Deo remittendorum criminum potestatem reservare. Statim refutat autem hoc ipsum Ambrosius, inquiens: Christum mandâsse discipulis solvere peccata. Idem Ambros. l. 2. c. 5. dicit, Novatianos objecisse ex Actor. cap. 8. 22. Verba Petri dicentis: Pœnitentiam age, si fortè tibi remittatur iniquitas peccati. Undè concludunt, Petrum non certò affirmâsse, pœnitentibus peccata dimitti. Sed Ambrosius respondet, Petrum hoc dixisse propter Simonem Magum, quem non fideliter sed dolosè agere facilè suspicabatur.

Error Novatianorum etiam Ecclesiam infecit.

Diligenter autem Lector observet, quomodo hic Novatianorum error irrepserit etiam apud eos, qui Orthodoxæ, imò Catholicæ titulum Ecclesiæ sibi solis vendicant. Nam de lapsis per Pœnitentiam non recipiendis, id hucusque recipiunt, ut Hæreticum vel de Hæresi suspectũ Bernhardus Lutzeburgus in Catalogo suo hæreticorum neget ad gratiam admittendum, si secundò relabatur.

Verba ipsius supra c. 9. in Prolegom. retulimus.

Pœnitẽs peccator iubetur à Novatianis dubitare.

Alterum errorem Novatianorum quod attinet, quòd Pœnitens peccator non possit esse certus de gratiâ, id pro Articulo fidei hodiè apud Pôtificios vehementer defenditur. Docent enim auditores suos non credere, sed dubitare de gratiâ Dei, quod apertè Novatianum est.

CAP.

CAP. III.

De Pelagio, Cœlestio, & Juliano, Pelagianæ hæreseos Authoribus & sectatoribus.

Pelagiani. Pelagianistæ. Cælestiani. Faustus Hormisda.

PElagiani vel Pelagianistæ à Pelagio Monacho exorti sunt, Anno Christi 382. Qui etiam à Cœlestio, aut Cœlestino sectatore Cœlestiani dicti sunt, non autem Iulianistæ, utpote quod discipulus hic minoris fuerit Authoritatis. Fuerunt & alij ipsorum discipuli, ut Faustus, Hormisda, contrà quos Patres nominatim, calamos strinxerunt: præcipui autem oppugnatores horum fanaticorum fuerunt, Augustinus, Hieronymus, Ambrosius, Prosper, in quorum Libris multa prolixè legi possunt, quæ omnia huc referre nimis operosum foret. Nos de præcipuis errorum capitibus hic tantùm agemus. Sunt autem quandò Pelagij errores rectè trutinantur, quidam illorum principales, quidam consectarij: Illi Hypotheses, hi Hypolepses dici possunt, tanquam subsumptiones & consequẽtiæ, quæ ex prioribus velut ex suis præmissis subnatæ sunt. Hoc modo Principales Hypotheses errorum Pelagianorum judicamus esse I. de Peccato II. de Libro Arbitrio. De Peccato nugabantur, nullum omninò esse Peccatum Originale. De Libero Arbitrio verò, omnibus hominibus naturaliter id inesse, neque per Adæ peccatum periisse, sed hominem habere potestatem πρὸς ἄμφω, ad utrumque in spiritualibus.

Errores Pelagianorum alij Principales alij Consectarij.

Principales.

Consectarij.

Ex quibus duobus fontibus posteà tantum pelagus scatuit Errorum consectaneorum, ut tota fides Christiana de gratuità Dei Gratià, per quã salvamur, de Christi Morte & Merito, de Baptismo, de Prædestinatione, de Bonis Operibus, de Lege tanquam immenso & immani aliquo diluvio immersa sit, & tantum non obruta. Fuerunt ergò hæ ipsorum Hypolepses, quæ ex datis Hypothesibus tanquam ex præsuppositis Principiis ultrò subsecutæ sunt. Negatà enim Peccati labe Originali, & dato Libero Arbitrio, quid aliud consequi potuit, quàm I. Dei mandata esse facilia & possibilia. II. Hominem posse esse sine peccato Actuali, modò velit. III. Charitatem Dei & proximi non esse ex Deo, siquidem etiam in Ethnicis & infidelibus inveniantur. IV. Gratià Regenerationis nobis omninò opus non esse, siquidem ad ea detur accessus per naturalem facultatem. V. si quis locus sit Gratiæ, illam per Merita hominum dari, aut dari ad hoc gratiam hominibus, ut, quæ facere per Liberum Arbitrium juberentur, facilius per gratiam præstarent. Undè porrò sequebatur,

batur, Concupiscentiam carnis esse Bonum naturale. Baptismum Infantibus non esse necessarium, siquidem peccato Originali non essent infecti. Item Prædestinationem vel nullam esse, vel ob Merita hominum, & propter prævisa Opera Bona fieri. Item: Nos ex nobis habere Fidem quoad Fidei initium, sed Incrementum eius esse ex Deo: Item, Initium fidei & perseverantiam in fide in nostrâ esse Potestate. Item: Homines in prima Electione à Deo eligi, Ob vel propter prævisam Fidem, ut statuerunt Massilienses Fratres, quorum nomine & Hilarius & Prosper ad Augustinum scripserunt, quæ Epistolæ extât in Augustino, Tom. VII. De Prædestinatione Sanctorum. Item, in primo Millenario homines salvatos esse per Legem Naturæ, in secundo per Legem Mosis, num verò per doctrinam Evangelii. Quæ sententia de triplici viâ salvandi etiam antiquioribus Tertulliano & Epiphanio incautis nonnunquàm surrepsit. Item: Adami peccatum posteris nocuisse, non ratione reatus, sed tantum ratione Exempli. Ex quibus Hypothesibus & Hypolepsibus, quid aliud suboriri potuit, quam extremus meriti Christi contemptus & neglectio. Nam ut rectè Bernhardus concludit: Si peccatum Adæ tantû Exemplo peccandi nocuit, Ergò hoc tantum erit Christi Beneficium, ut suo Exemplo nobis profuerit, beneque vivere docuerit, quod totum Christi officium [illegible] annullare & pessundare est, ut hodiè moderni Photiniani faciunt. Cum vocabulo Gratiæ etiam mirificè lusis Pelagius. In principio enim certaminis sui finxit, Gratiam apud Paulum in Articulo Iustificationis significare donum naturæ in generatione collatum, Utpote quod sine ullis nostris Meritis præcedentibus conditi essemus, non cadaver, aut Arbor, aut pecus, sed Homines Rationales ornati potentiis Mentis, Voluntatis & Cordis. Postea cum videret, hoc cum Paulo stare non posse, cœpit se in aliam Formam transmutare, & dicere, quod Gratia hîc significaret Gratiam divinæ patefactionis per Legem & Evangelium, ex quibus discamus quæ agenda, & credenda sint. Etsi autem id Gratiam esse non negemus, tamen non est illa Paulina Gratia, de quâ Apostolus inquit, quod per illam salvati simus, sine Operibus. Videatur hîc August. in Epist. 89. 90. 92. 94. 95. 105. 106.

Cæteri errores, ut de Animâ quod non sit ex Traduce, Item: Adamum etiam si non peccâsset, fuisse moriturum, & id genus alia; videantur apud supra allegatos Patres.

Argumenta, quibus pro stabiliendis suis erroribus utebantur, hæc erant inter cætera: Inutilem dicebant esse exhortandi consuetudinem, si nihil in homine remansisse dicatur, quod correctio valeat excitare: siquidem legatur, si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. Item, Convertimini ad me, & ego convertar ad vos. Item, dicunt, si nihil

Concupiscentiã esse bonũ Naturale dicunt Pelagiani

Triplex via salvandi Pelagianorum.

Photiniani recentiores pelagianisant.

Animã non ex Traduce. Adamum etiam nõ lapsum moriturum fuisse, Pelagianum.

Argumẽta Pelagiana.

tribuatur Libero Arbitrio in rebus spiritualibus, tolli studium & curam bene agendi. Sed vulgariter respondere solemus, à Præcepto ad inesse non valere consequentiam.

Pelagianismus etiam hodie adhuc serpit. Scholastici Pelagianisant multis modis

Operæ precium autem est considerare, quàm fœcundum imò quàm fœdum fuerit hoc doctrinæ genus: Adeò, ut non istis temporibus, sed ne nunc quidem hodie possit satis eradicari. Profundè enim hoc insedit I. apud Scholasticos Pontificios. II. apud Synergistas, qui Augustanæ confessionis esse volebant. Quod Scholasticos attinet, illi primò expressè in eo cum Pelagianis faciunt, quod Legem possibilem & factu facilimam esse dicunt: Quod item iisdem planè Argumentis utantur, nimirum à præceptis ad in esse argumentando. Præterea quod concupiscentiam Originalem non propriè dicant esse peccatum. Item Meritum congrui & condigni etiam ex reliquiis Pelagianis est. Porrò quandò de Gratia Pelagiani dicunt, Gratiam juvare, ut bona opera facilius & expeditius perficiantur, hic ne prorsus cum Pelagio convenire videatur, statuunt, Gratiam quidem primùm accedere, sed nostrum esse, eam aut recipere, aut respuere. Item, quàm proximè ad Pelagianos accedunt, cum dicunt, Hominem, vi ipsâ Naturæ servare posse Præcepta Dei, quod attinet ad substantiam operis, quamvis non ad Intentionem recipientis, id est, non ex charitate & spiritu. Quam appendiculam assuunt, ut videatur aliquo modo à Pelagianis discrepare. Porrò sicut Pelagius olim illud Ephes. 2. 3. Eramus φύσει, naturâ filij Iræ, ita interpretabatur, φύσει, id est, omninò & verè: Ita Pontificij depravant illud, Gen. 6. 5. Omne figmentum cordis tantum malum est, id est, verè malum esse. Vox item hæc Andradij merè Pelagiana est, cum inquit: Fidem esse necessariam ad salutem, sed illam fidem & veram Dei cognitionem non ex sacris tantum literis divinisque Oraculis, sed ex rebus etiam illis, quæ sensibus subiiciuntur haberi posse. Olim Pelagius damnatus est, quod Iustificationem tribuebat Observationi Legis divinæ; sed Pontificij etiam tribuunt Iustificationem Observationi Traditionum humanarum, quas æquant; imò præferunt Mandatis divinis. Et quid multis? Naturalia post lapsum mansisse integra, planè Pelagianus est fœtus. Synergistas quod attinet, illi post Augustanam confessionem nati sunt, hisce Reliquiis imbuti: Docentes tres esse caussas conversionis, Verbum, Spiritum sanctum, & Voluntatem: Quidam etiam tres hasce caussas efficientes dicebant. Quo nomine Pelagianismus nullo modo evitari potest. Voluntas enim subiectum conversionis est, non Caussa vel Concausa. Sed de hac Controversiâ alibi fusius.

Synergistæ.

Prædestinatio

Porrò silentio involvendum non est, quod Calviniani hodie, nos & omnes eos, qui absolutum Electionis & Reprobationis Decretum improbant,

probant, & prædestinationem in Fide, Christi meritum apprehendente, determinant, Pelagianismi incusent, utpote si Fidei mentio fiat, omninò putent Fidem, tanquam Opus, statim in nobis, tanquam ex nobis, præsupponi. Quâ in re magnam nobis faciunt injuriam. Docemus enim & credimus, Nos Fide, in fide, & per fidem prædestinari, non secus ut & justificari, Non autem ob & propter Fidem, tanquam Opus, nedum tanquam ob Opus, quod in nobis Deus inveniat. Non enim quia credimus aut credidimus, Electi sumus, sed quia Electi sumus, eramus conditionati μέλλοντες πιστεύειν ἐπ' αὐτῷ, credituri in ipsum in vitam æternam. 1. Tim. 1.16. Ii enim omnes & soli ad æternam vitam sunt Electi, quos Deus ab æterno præscivit, per Sanctificationem Spiritus, (non ex se) in verbo suo, verè & constanter in Christum credituros esse. Electi enim sumus in Christo, cujus totum Officium mediatorium dum Deus in æterno suo proposito & præscientiâ intuetur, evanescit quicquid in nobis est, ut cum Psalmista dicamus, non nobis Domine, non nobis: nihil igitur nobis cum Pelagio. Nam ut pulcrè Fulgentius scribit ad Monimum lib. 1. prædestinavit ad Regnum, quos ad se præscivit misericordiæ prævenientis auxilio redituros, & in se misericordiæ subsequentis auxilio esse mansuros.

quæstio fide in Christo non est Pelagiana.

Psal. 115.

CAP. IV.

De sectis Donatistarum, ut Maximianistis, Parmenianistis, Rogatistis, Montensibus, Circumcellionibus.

Donatistæ seu Donatiani à Donato quodam Afro nuncupati sunt, circa annum Christi, 331. juxtà Hieronymi Chronicon: qui sub Constantio Imperatore ex Numidiâ veniens penè totam Africam suâ persuasione decepit (Quamvis Baronius duos Donatos à quibus Donatistæ dicti sint fingat.) Ex levi autẽ occasione hæc Hæresis nata est. Nam Cæcilianus quidam absque voto & voluntate hujus Donati in Episcopum Carthaginensem ordinatus erat, id malè habuit Donatum, & multa crimina collegit, quibus denigrare volebat famam Cæciliani: Quæ cum probare non posset, & Cæcilianus insons repertus fuisset, ex animi indignatione schisma seu secessionem fecit Donatus, quæ posteà animi obdurati one in hæresin abiit. Primus enim & præcipuus eorum error

Donatistæ. Donatiani.

Cæcilianus.

Æmulatio Donati excitat Hæresin.

erat de Ecclesiâ. Nam quia Donatus sese avulsisset à reliquo cœtu, solum suum, volebat esse sanctum, illum gregem, cui verè nomen Ecclesiæ competeret. Hinc jactabundæ illæ voces, quas de seipsis ebuccinabant; Ecclesiam tantum esse in parte Donati; Tempus Donati esse messem Ecclesiæ; Ecclesiam de orbe terrarum periisse, sed in parte Donati eius Reliquias remansisse, tanquam in frumentis, à zizaniis & paleâ separatis. Et se esse illos novissimos, de quibus Christus pronunciâsset, quod futuri essent primi. Qui error cum magnâ αὐθαδείᾳ conjunctus, postea confines errores peperit. Nam ex Articulo de Ecclesiâ progressus factus est statim ad Articulos de Sacramentis & Ministerio Verbi. De Baptismo enim pronunciabant, Extra suum cœtum, verum Baptismum nō administrari. Ut enim ad se solos rapiebant Axioma Ecclesiæ, ita & ad se rapiebant Axioma, dignitatem, & Efficaciam sacramentorum. Sacramenta enim sancta esse ajebant, quando per sanctos homines dentur. Et virtutem Baptismi pendere à ministro, qui baptisat, qui si bonus sit, salutaris quoque sit Baptismus, sin minus, Baptismum quoque nihil prodesse. Unde ultrò sequebatur, Rebaptisandos eos esse, qui alibi, quam inter Donatistas Baptisati fuissent. Ex quâ opinione porrò sanctitatis innatæ persuasio oriebatur, quod Donati imitatores ita sint sine peccato, ut etiam sint justificatores hominum. Quod progressivè etiam nimiam Elationem Liberi Arbitrij induxit. Item Augustinus De Perspicuitate Silitenarū contra Petilium per totam Epistolam disputans, notat etiam hoc vitij fuisse Donatistis, ut motis Disputationibus dixerint, Testimonia Scripturæ obscurata esse. Scribit idem in fragment. Donatum Donatistæ pro Christo habent, si audiant aliquem Paganorum detrahentem Christo, forsitan patienter ferant, quàm si audiant detrahentem Donato; planè ut hodiè Papistæ de suo Papâ.

Ambitiosæ voces Donatistarū.

Sacramenta sancta esse per sanctos Ministros.

Anabaptismus Donatistarum.

Donatistæ possunt alios iustos facere.

Hi erant capitales & præcipui Donati errores, ut imprimis ex Augustino Tomo 7. contrà literas Petiliani, & contrà Cresconium atque Gaudentiū prolixè potest colligi. Videatur & idem Augustinus contra donatistas, Epist. 152. 171. 173. 203. Theodoretus etiam insimulat eos Arrianismi, quod & Augustinus ad Quod vult Deum non dissimulat. Quamvis enim Trinitatem eiusdē substantiæ esse non negarent tamē Filium Patre minorem, & Spiritum sanctū Filio minorem esse nugabantur. Licet Augustinus ipse eos ab hoc errore tandem absolvat, populum imprimis, qui in hunc Errorem intentus non esset, neque facilè in eis quisquam, qui hoc Donatum sensisse noverit, inveniatur.

Donatistæ Arrianismi astipulātur.

Duo autem in descriptione horum Hæreticorum observare operæ precium est. I. Quod in rei veritate nihil aliud fecerit Donatus, quā quod Antiquos Pseudoprophetas, qui tempore Ieremiæ clamaverunt, *Templum*

Donatistarum duo Idiomata.

plum Domini. Templum Domini, ex Orco resuscitârit. II. Quod quæsiti de Argumentis, quibus hanc suam Ecclesiæ Donatianæ veritatem probarent, ad Traditiones, ad miracula, & ad apparitiones defugerint. Sic enim testatur de eis Augustinus in Epist. de Unitate Eccles. contrà Epistolam Petiliani, cap. 16. Iussi probare Ecclesiam, vel in solâ Africâ, perditis tot gentibus retinendam, vel ex Africâ in omnibus gentibus reparandam atque supplendam esse: Verum esse hoc respondent: Quia ipsi dicant, vel quia dixerint illi collegæ ipsorum, aut illi Episcopi, vel Clerici vel Laici eorum, seu quia illa & illa mirabilia fecerit Donatus, vel Pontius, vel quilibet alius: Aut quia homines ad memorias mortuorum ipsorum orant & exaudiantur: Aut quia illa & illa ibi contingant: Aut quia ille Frater aut illa Soror ipsorum tale visum vigilans viderit, vel tale visum dormiens somniârit. Removeantur ista vel figmenta mendacium hominum, vel portenta fallacium spirituum.

Donatistæ miracula iactant.

Ex quibus Observationibus apparet, quantâ cum cognatione moderni Pontificij ad huc hodiè Donatistis adhæreant: utpote quod iisdem argumentis prærogativam suæ synagogæ adstruant, & se aliis cœtibus anteferri cupiant.

De Diversis speciebus Donatistarum.

Prætereà & hoc observandum est, quod sint quædam Donatistarum species seu factiones, partim nominibus Authorum, partim reipsâ ab invicem distinctæ, de quibus nunc quoque paucula subjiciemus.

Primò, Maximianistæ vel Maxiministæ etiam huius furfuris sunt, à Maximiano sic dicti: qui etiam inter ipsos Donatistas schisma fecit: Cujus meminit August: ad Quod vult Deum.

Maximianistæ. Maxiministæ.

Secundò, Parmenianistæ, à Parmeniano sic dicti, contra quē Augustin. tres libros scripsit. Fuit hic successor Donati in Episcopatu Carthaginēsi.

Parmenianistæ.

Tertiò, Rogatistæ, à Rogato & Rogatiano.

Rogatistæ.

Quartò, Montenses: Sic Donatistæ in urbe Romā vocati sunt, quibus ex Africâ solebant Episcopum mittere.

Montenses.

Quintò, Circumcelliones, quæ Donatistarum secta omnium immanissima fuit. Sic autem dicti sunt, quod in Agris cellas quasdam & tuguriola, veluti austeram Eremitarum vitam imitantes, haberent, in quibus habitabant. I. soli, posteà verò cum quibusdam mulierculis. Tria autem hi potissimum exercebant scelera, quæ sub titulo sacrosancti Martyrij venditabant. I. violentam mortem sibi ipsis inferebant, ne à Magistratu capti, propter Errorem punirentur. Itaque instare Corybantum furentes & debacchantes, se ex alto è præcipitiis deorsum præcipitabāt. II. Quando se sat diu in omnis generis deliciis saginâssent, jubebant alios

Circumcelliones. *Scelera pro Martyrio venditant Donatistæ.*

oblato suo corpore, sibi mortem ultrò inferre. De quo casu Theodoretus pulchram historiam narrat. Cum enim multi illorum instar Phasianorum adipati in generosum quendam Iuvenem incidissent, deinde nudum ensem ei porrexissent, jusserunt, ut eis inferret vulnera, & minati sunt interfecturum eum, nisi imperatum faceret. Is autem dixit, se vereri, ne aliquibus occisis, qui superessent, pœnitentiâ ducti, pœnam cædis ab eo exigerent: Oportere igitur prius unicuique eorum vinculū imponere, deindè sic Ensem adigere. Cum illi autem acquievissent, & vincula accepissent, virgis illos omnes strenuè mulctavit, & sic castigatos & vinctos relinquens, abijt. III. Obvios sibi quosque in plateis & Agris homines à suis Erroribus alienos cædebant & jugulabant. Philaster Circuitores vocat, circumeuntes terram, & sub specie Martyrum rapientium latrocinantes. Quid multa? Facti sunt publici Ecclesiæ Persecutores: Orthodoxos enim vulnerabant, injectâ in oculos calce, aceto temperatâ, quosdam exoculabant, quosdam occidentes, quosdam ad homicidium metu mortis adigentes. Nam ut Optatus Milevitanus lib. 6. testatur, soliti fuerunt lavare parietes Templorum, radere Altaria, frangere calices, ubi catholici vel cœtus habuerunt, vel cœnâ sunt usi. Et August lib. 1. c. 27. contra literas Petiliani ait: Eos sacros libros flammis tradidisse, & persecutiones violentissimas exercuisse: Usque adeò facti sunt sanguinarij & malitiosi, haud absimiles quibusdam Hæreticis, quos Damascenus Thymolendas, id est, leoninè animatos appellat, Homines planè sanguinarios & crudeles, & qui Religionem ipsam in occasionem homicidij & sævitiæ rapuerunt: A quo ingenio & sæviendi libidine etiam hodierni Pontificij non abscedunt, vel latum unguem.

Donatistæ prostituunt se jugulãdos. *Circuitores.* *Donatistæ Persecutores* *Petilianus.* *Thymolendæ Hæretici.*

Probè autem notandum propter Historiam, quod usque ad hæc tempora nusquam legatur Orthodoxos imploràsse Cæsaris præsidium adversus Hæreticum. Nunc autem postquam ab hisce Circumcellionib. ità fureretur, ut nulli liceret esse quieto, nec ullus esset insaniendi Modus aut Finis, tandem inter Episcopos agitatum est de implorando Cæsaris præsidio, adversus Donatistarum intolerabilem improbitatem. Et quamvis mansuetioribus, inter quos etiam Augustinus fuit, non placeret imploratio profanæ potestatis, ad negotium Ecclesiasticum, existimantibus non decere Episcopos, aliis Armis uti, quam verbo Dei, precibus, tandemque Excommunicatione, tamen ubi vicisset aliorum sententia, resque benè cessisset, multis hâc severitate correctis, etiam Augustino tandem placere cœpit, gladij Auxilium contra illos implorare. Quod hodiè Pontificij pro suâ Inquisitione Hispanicâ allegare solent. Sed respondeatur, quod non factum id sit Circumcellionibus, ut Hæreticis

Propter Donatistas imploratū auxiliū Cæsaris. *Cur Circumcelliones gladio punitiè*

ticis aut Schismaticis, sed ut furiosis latronibus & sicariis: Ut nec hinc quoque Pontificij pro suâ crudelitate patrocinium apud Augustinum inveniant.

Nomen Catholici quando cœperit frequentari.

Sed & hoc in observationem hoc loco venit, quod occasione horum Hæreticorum, nomen Catholici & catholicorum maximè tunc temporis frequentari & urgeri cœperit: opponebant enim hunc titulum ex proprietate nominis Catholici Donatistis Patres Orthodoxi, ex hoc fundamento: Quia enim Donatus veritatem Ecclesiæ ad suum solum cœtū constringebat, ideò orthodoxi contra urgebant amplitudinem Ecclesiæ secundum testimonia scripturæ: Dabo tibi gentes hæreditatem tuum, Ps. 2.8. Dominabitur à mari usque ad mare, ps. 72.8. & ps. 113.3. Laudandum nomen Domini ab ortu solis usque ad occasum: Sicut apud Optatum Milevitanum l.2. latius videri potest. Ex quo usu & argumentatione etiam patet, quàm ineptè Synagoga Pontificia hodiè planè contra intentionem istorum patrum hoc nomen Catholici sibi venditet, adeò ut abusu huius tituli nihil aliud agat, quàm ut metum Donatismum resuscitet, alat, & defendat.

CAP. V.

De Fulgentio.

Fulgentius Hæreticus.

Fulgentius Orthodoxus.

DE Fulgentio res expedita est, nam & ipse Donatistarum assecla est, & duo principia ac duo Baptisma ponebat, dicebat quoque, quòd reis & peccatoribus sacramentum Baptismi nihil conferret, quo illud Salomonis perperàm applicabat: Fons vitæ in manibus Iusti. Quasi Salomoni ibi de Baptismo sermo fuisset. Quos errores ponit Augustinus in libro cōtra eundē. Sciant autem Iuniores, hunc Fulgentium Hæreticum distinguendum esse à patre Ecclesiæ Orthodoxo Fulgentio. Hic enim Apher fuit, patria Carthaginensis, qui & familiâ nobilis, & Eruditione magnus & sanitate conspicuus, Ruspensis factus est Episcopus. Cumq; Vandali in gratiam Arrianorum, Catholicos per totam Aphricam cædibus & exiliis affligerent, illorumque templa undique clauderent; Fulgentius quoque cum multis aliis Doctoribus expulsus & in Sardiniam deportatus est, ubi suos hortari & docere non destitit. Donec tandem pristino loco à Carthaginensibus restitutus esset. Scripsit contra Arrianos, Macedonianos, Photinianos, & alios.

CAP.

CAP. VI.

De Sarabaitis.

EX Circumcellionibus in cellis habitantib. procul dubio Cænobitæ, Anachoretæ, & Sarabaitæ suborti sunt. Quos ita Pyamon Abbas apud Iohannem Cassianum auditorem Chrysostomi in collationibus suis sanctorum Patrum distinguit: Cœnobitas describens eos, qui in cœtu simul unà degentes, unius senioris judicio gubernantur, cujus generis maximum numerum per universum Ægyptum ait morari. Anachoretarum alterum genus est, qui à secessione nomen habent, quod prius in Cœnobiis instituti in secreta solitudinum loca secesserint. Tertium genus Sarabaitarum est, quos sic Ægyptiacâ linguâ appellatos refert: Hi semetipsos à Cœnobiorum congregationibus separârunt, & res suas ac necessitates proprias singulatim curârunt bini vel terni in cellulis, sub nullius Abbatis aut Præpositi gubernatione, quo liberum esset, quidvis pro arbitrio agendi, & evagandi prout animi libido ferret. Videatur collatio 18. cap. 7. Beda in Actis Apostolicis, ut & Pyamon Abbas, ex Ananiâ & Saphyrâ Sarabaitarum genus exortum dicit. Quod ita accipi debet, non quasi Ananias & Saphyra hunc ordinem Monachorum fundârint percussi enim verbo ἀποψύχαντες interierũt; sed ꝙ hi Monachi ipsi ultrò illorũ malitiã sectati sint. Exemplo enim Ananiæ & Saphyræ rebus suis nequaquam derelictis, sed reservatis, Apostolorum communionem se custodire simulabant. Porrò de iisdem Sarabaitis sic Augustinus serm. 21. ad fratres in Heremo. Beati pauperes spiritu, sed non paupertatem simulantes: Tales sunt hypocritæ, paupertatem foris prædicantes, nullam tamen necessitatem portare volentes: tales enim in cunctis operibus suis sperant reverentiam honoris, gloriam laudis, à melioribus metui & venerari ut Deus, sancti ab omnibus vocari desiderant, solâ voce paupertatem & abstinentiam prædicant, sed digito suo non cogitant ea movere: Corpora despectis vestibus tegunt foris, sed intus ad carnem purpurâ induuntur, in cinere prædicant se jacere, sed excelsa palatia non despiciunt: Angelicam faciem foris ostendunt, sed lupina corda eos habere non dubitamus. Tales fuerunt illi Sarabaitæ, de quibus tertiò nobis scripsit pater Hieronymus, quorum genus est omni affectu vitandũ. Ipsi denique in Ægypto erant, in foraminibus Petrarum habitantes, induti porcorum & Boum pellibus tantum, cincti funibus palmarum, discalceati, & sanguine cruentati, cavernis exeuntes ad Festum scenopœiæ pergebant Hierosolymam, & sancta sanctorum intrantes paupertatem

Cænobitæ qui? Anachoreta qui? Sarabaitæ qui?

Sarabaitæ quomodo ab Anania & Saphyra.

Augustinus de Sarabaitis

tem & abstinentiam prædicabant omni Affectu servare. Barbas postmodum in conspectu hominum sine Redetione evellere festinabant Et sic acquisitâ famâ & lucro ad propria remeabant, solitariè gaudentes & epulantes, supra id quod explicare possumus. Hanc Sarabaitarum descriptionem quisquis ex Augustino audierit, & posteà oculos in hodiernos Monachos converterit, is meritò & omni jure cum Marco Antonio de Dominis l. 2. Republ. suæ Christianæ exclamabit Si nostri Minoritæ, Dominicani, Carmelitæ, Servitæ, Minimitæ, ac similes, non sunt ipsissimi Sarabaitæ (Bonos, si quis inter ipsos est, vetus Cœnobita, excipio) quinam erunt, aut jamdiu fuerunt? Etiam Benedictinos quis non videt fermè plenissimè jam diu in veros Sarabaitas degenerâsse? Ubi summa paupertas ipsorum etiam in Communi? Ubi labores manuum? Ubi austeritas victus & vestitus? Quid Monachis cum Clericatu? quid cum tot deliciis? Hi in curribus, & hi in Equis, prisci verò in nomine Domini Dei nostri invocabant. Tantum de Sarabaitis veteribus & novis.

Barbas evellunt Sarabaitæ.

Monachi nostri sunt Sarabaitæ.

CAP. VII.

De Messabianis Vel Messalianis.

VNa hæc Hæresis, varijs nominibus fuit appellata, tum quod varios hæc Hæresis Authores habuerit, tum quod varias sectiones inter se passa sit, ita tamen ut omnes in unum caput Errorum coierint. De variis ipsorum appellationibus primò, posteà de singulis Errorum capitibus agemus.

Messaliani Syrâ voce dicuntur: צלה enim quod Hebræis lixare vel ad ignem coquere & assare significat, id Syris idem est quod orare vel precari: undè Mezalim, precantes. Messaliani enim à precando nomen habent.

Messaliani unde?

Dicuntur & quibusdam Psalmiani, à Græco ψάλλειν, quod Psallere & canere Latinis dicitur.

Psalmiani.

Vocantur & eodem sensu Euchetæ, *ἀπὸ τῆς εὐχῆς*, id est, à precatione: Tantum enim orant, ut eis qui hoc de illis audiunt, incredibile videatur, inquit Augustinus.

Euchetæ

Author Historiæ Tripartitæ lib. 7. c. 11. dicit, etiam *ἐνθουσιαστὰς*, id est, Sacrificatores appellari, rectiùs dixeris Afflatos vel divinos. Euphemitæ, ait Epiphanius, dicitur, quod *εὐφημίας* & elogia quædam ex sacris literis decerpta, in Dei laudem cantitent. Item Martyriani dicun-

Enthusiastæ.

Euphemitæ.

Q tur,

tur, quòd quendam ex suis à Duce militum necatū colunt tanquam Dei Christianæque fidei martyrem. Appellantur & Spirituales, quod se mūdo planè renunciâsse, licet falsissimè, jactitent. Quod cum Montanistis, qui etiam se Spirituales dicere solebant, ut suo loco diximus, commune habent, & ex Audeanis & Sarabaitis, nonnullisque aliis semen traxerunt.

Spirituales.

Appellati autem verius sunt, Epiphanio teste, Satanici. I. quòd Satanam vitæ nostræ præsidem & moderatorem Affectuum crediderint. II. quòd eundem submissè venerati sint, ne ut malus Genius eos læderet. Theodoretus l. 4. Hæretic. Fabul. Habuerunt insuper & multos suæ Hæreseos Authores, quos ex nomine sic aliquot recenset Historia Tripartita dicto loco, inquiens: Hujus Hæreseos fuerunt principes, Dadoes, & Sabbas, & Adolphius, Hermas & Simeones, & alij: à Sabba Sabbaciani derivati sunt.

Satanici.

Dadoes. Sabbas. Adolphius. Hermas. Simones.

Capita errorum sic Adolphius unus ex principibus eorum coram Amphilochio Episcopo recenset. I. Nullam utilitatem ex sancto Baptismate baptisatis accedere, sed solam studiosam orationem inhabitantem Dæmonem effugere. II. Unumquemque nascentium à progenitore suo sicut naturam, sic etiam Dæmonum trahere famulatum. III. His expulsis per illam Orationem studiosam sanctum Spiritum advenire. IV. sensibiliter & visibiliter Spiritum sanctum suam designare præsentiam atq; corpus passionibus motus cujuslibet eripere. V. Spiritum sanctum animam à malâ voluntate planè liberare, ita ut nequaquam deinceps egeat, neque jejunio macerante corpus, neque doctrinâ refrænante. VI. Qui hoc impetraverit, non solùm corporis exsultationibus liberari, sed apertè etiam futura prævidere, & Sanctam Trinitatem oculis cernere. Addit Author Historiæ Tripartitæ: Qui integro hujus rei languore participantur, aversantur operationem manuum velut malam, somnoque semetipsos tradunt, & somniorum phantasias Prophetias appellant. In quibus omnibus Enthusiastici nominis mensuram complent.

Errores Sabbacianorū.

Vis precandi in multiloquio.

De Oratione maximus eorum Error fuit, ut putârint, vim precandi in multiloquio consistere; quo Augustino teste deflectebant illa scripturæ dicta: Oportet semper Orare, & non deficere. Et: Sine intermissione orate. Quod orandi studium posteàquàm hoc modo contaminabant, ut dum commendarent orandi diligentiam, econtrà reiicerent fidem & Evangelij prædicationem, ut rem inutilem. Et quod insuper divina sacramenta Baptismi & Cœnæ Dominicæ contempserint. Denique quòd finxerint, Satanam & peccata orando visibiliter expelli: Apparere enim porcam cum porcellis suis exire de ore hominis per preces purgati.

Luc. 18, 1
1 Thess. 5, 17.
Porca cū porcellis ex ore hominis exire creditur.

purgati: Ut refert Augustinus. Cætera eorum dogmata legantur apud Damascenum, opusculo de Hæresibus.

Hodiè in Monachis nostris hi Euchetæ multifariam sunt restituti, tum quod Spirituales illi soli esse volunt, tum quod Enthusiastæ sunt, tum quod tempus omne battologiis suis frustrà conterunt, & vel ad 40. Horas continuant suas Psalmodias, tum quod martyres adorant, tum quod otio torpent, & opera manuum aversantur. Nam ubi suas preculas cantillârunt, reliquum temporis non tantum otio, sed & malitiâ helluandi, commessandi, & scortandi consumunt. Posteà ad suas εὐχὰς & ἐνκλήσεια recurrunt, ex quibus solis totam hominum salutem pendere opinantur. Quod & Veterum Messalianorum Sphalma fuisse, Damascenus refert. Quotquot enim sese in suam societatem contulissent, illos tutò omnibus exquisitissimis deliciis vesci, & omni voluptatis genere frui posse opinabantur. Addit Damascenus, quod eos qui Conjugij onus excussissent, in Monachos adoptârint, & Beatos duxerint. Parentibus suadebant, ut liberorum educationem negligerent, & ad ipsos sua omnia adferrent. Servos item fugitivos recipiebant, imò verò & manifestis criminibus inquinatos ad suum ordinem convertebant: Qui ut olim apud Messalianos, ita hodiè apud Monachos certissima sua in Monasteriis inveniunt asyla & receptacula.

Monachi nostri sunt Euchetæ

Messaliani voluptuarij.

Messaliani dissuadent Educationem.

CAP. VIII.

De Enchitis.

ENchitas ita Bernhardus Lutzenburgus describit, quod opinentur, Monachis non licere sustentandæ vitæ suæ caussâ aliquid operari, atque ita seipsos Monachos profiteri, ut omninò ab operibus vacent: adducens Cyprianum in opere suo de Hæreticis: Et Damascenum in libro primarum Hæresium, sic Enchitas describentes, quod neque baptisma perficiat hominem, neque divinorum mysteriorum assumptio purificet Animam, sed sola apud eos exercita divina oratio. Ex quâ recitatione facilè suspicari potest lector, Enchitas & Euchitas coincidere, & fortasse pro Enchitis Euchitas legendum hic esse de quibus proximo præcedenti capite abundè diximus.

Enchitæ.

Enchitæ & Euchitæ nõ differũt.

CAP. IX.

De Collyridianis vel Collyrianis.

Collyriani. Hos ita describit Damascenus de Hæresibus: Collyriani sunt, qui ejusdem virginis (scilicet Mariæ) nomine certo & constituto anni die κολλυρίδα, id est, Tortam Panis offerunt, quibus nomen Collyrianorum impositum est. Sic Damascenus. *κολλύρα quid.* Est autem κολλύρα panis species, quæ pueris dari solebat, seu panis frustulum, item collyx, panis quidam rotundus: Galenus collicas, pastillos seu parvos panes exponit. *Collyx panis quidam rotundus.* Hinc κολλυρὶς Diminutivum, quod quidam exponunt pulmentum & sorbiunculam seu Tartam panis. Talem Tortam panis hi Hæretici D. virgini offerebant. *Collyriani offerunt S. Mariæ.* Quod initium dedit Idolomaniæ Pontificiæ, de cultu virginis Mariæ. Postquam enim Antidicomatianitæ eò dementiæ progressi sunt, ut ausi fuerint virginem Mariam dehonestare, contra inventi sunt, qui Mariam pro Deâ coere & introducere studuerunt. Nam

Antidicomarianitæ in defectu peccant: Collyriani in excessu. Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt.

De quibus Epiphanius narrat: Quod quædam mulieres in Arabiâ, à partibus Thraces hanc vanitatem invexerint, ut in nomen sempervirginis collyridem quandam sacrificaverint, & in nomen Sanctæ Virginis ultra modum quid tentaverint aggredi, nefario ac blasphemo negotio. Et in nomen ipsius sacra celebraverint per mulieres, quod totum impium est ac nefarium, alienum à prædicatione Sancti Spiritus, ut sit totum Diabolicum opus, & spiritus immundi doctrinæ: *Mulieres mystrices Sacrificij S. Mariæ. Diabolicum opus Sacrificare S. Mariæ.* In quibus impletur scriptura inquiens; Deficient quidam à sanâ doctrinâ, attendentes fabulis & doctrinis Dæmoniorum. Sic Epiphanius. Capiant sibi hoc Pontificij, qui nullum opus, nisi quod in nomine Mariæ inchoatur & finitur, sanctum putant. Idem sequenti capite, quod totum in Refutatione Collyridianorum insumit, ita inquit: Revera sanctum erat corpus Mariæ, non tamen Deus; Revera virgo erat ipsa virgo & honorata, sed non ad Adorationem nobis data, sed ipsa adorans eum, qui ex ipsâ carne genitus est, de cœlis verò ex finibus paternis accessit. *Pontificij imitantur Collyrianos.* Item paulò post: Carnem induit Deus, Verbum, ex Sanctâ Virgine, non tamen ut adoretur virgo, neque ut Deum hanc efficeret, neque ut in nomen ipsius offeramus. Item: Sit in honore Maria, Pater & Filius & Spiritus Sanctus adoretur: Mariam nemo adoret, non dico mulierem, imò neque virum. Sunt igitur hodiè Pontificij puri puti Collyridiani, qui preces

sua

suas D. Virgini consecrant, & in illius adorationem templa & altaria struunt: quid enim hoc aliud est quàm sacrificare illibatæ Virgini? Tantum de secundâ classe.

TERTIA CLASSIS.

CAPVT PRIMVM.

De Menandro & Menandrianis.

ABsolvimus hactenus primam & secundam Hæreseologiæ nostræ classem. Antequam autem progrediamur, redeundum nobis est ad Prolegomena hujus Tractatus, in quibus cap. 13. de Divisione Hæreticorum egimus, undè paucis repetatur fundamentum quadripartitæ nostræ distinctionis, cujus duo membra hactenus absoluta sunt. Illa videlicet, in quibus erratum fuit, I. in genere doctrinæ Christi, II. in officio. Nunc supersunt illa capita seu classes, quæ ad Personam Christi pertinent: Et quia persona Christi consideratur, tum ratione divinæ, tum humanæ naturæ, restabit nobis dicendum, de iis Hæreticis, qui potissimùm secundum divinam & humanam naturam in Christo, Errores commiserunt. Hos revocabimus ad Tertiam, illos ad Quartam classem.

Erratur de Christo bifariam.

Tertiæ autem classis Patrucium vel Patriarcham, Menandrum constituimus, de quo nunc pauca dicemus.

Menander cognomento Magnus (puta Hæresiarcha) Simonis Magi conterraneus, coætaneus & discipulus, Samaritanus enim fuit, ex vico Caparattæâ ortus, ut refert Eusebius l. 3. c. 26. Coætaneus Simoni, quamvis ipso esset aliquanto junior: Discipulus autem, quia omne virus ab ipso hausit. Vixit Romæ, sub Tito Imperatore, quo tempore maximè post obitum Simonis præcessoris sui, cœpit inclarescere. Ut autem sciatur, quænam Erronea dogmata sparserit, ad Simonem Magum, què supra Classe primâ descripsimus, recurrendum est. Nam & in doctrinâ & moribus præceptorem secutus, docuit; Mundum non à Deo, sed ab Angelis creatum esse. Item, Legem Dei etiam quoad vitæ Regulam & Actiones penitus abrogavit. Concubitum promiscuum laudavit, & omni turpitudinis genere gavisus est. Imprimis quod caput erroris est, cur

Menander Magnus.

Discipulus Simonis Magi.

Menander Simonem secutus in Doctrina & Moribus

Menander graviter de Christo errat. cur ipsum Coriphæum huius Tertiæ classis constituimus, in Personâ Christi graviter erravit, Christum enim cum Pharisæis penitus negavit & abjecit, & se isto loco reputari & coli voluit, tanquam mundi servatorem. Et quia etiam hanc gloriam sibi Simon Præceptor ejus rapuerat, non potuit in hâc Thesi præceptori subscribere, nisi illos honores Simoni surreptos, sibimet adscriberet, iuxta illud: Proximus sum egomet mihi. Ergò quicquid ambitiosè de se gloriatus fuerat Simon, id sibi verius com*Menander Simoni aspis est.* petere mentiebatur Menander. Ubi pulchra similitudo de Aspidum fabulâ, quam eleganter Epiphanius in hos socios torquet, notanda est, cũ inquit: Veteres reverà narrant Fabulam, quòd ex multis Aspidibus in uno testaceo vase collectis, & in fundamentis quatuor angulorum uniuscujusque delubri simulachrorum in Ægypto exstructorum depositis, si qua ex his fortior alijs reperta fuit, ea reliquas aggressa devoravit: Et ubi per se mansisset & alimento non abundaret, conversa seipsam à caudâ derodere incepit, & usque ad aliquam corporis partem se adedit. Hoc Epiphanius ita applicat, ut ostendat, Hæreticos sibi ipsis invicem non parcere, sed alios ab alijs devorari, imò seipsos invadere & jugulare. Quod ut de quam plurimis verum est, ita etiam verissimè id accidit inter hos Menandrianos & Simonianos.

Porrò ne tamen sterilis videretur Menander in generandis novis Erroribus, has peculiares opinionum pestes habuit, veluti: Primam vir*Peculiares Menandri Errores.* tutem incognitam omnibus, se autem esse eum, (qui missus sit, ab invisibilibus) Salvatorem pro salute hominum. Deindè, dari per eam quæ à se doceatur Magiam, istam scientiam, ut & ipsos Angelos quis vincere possit. Tertiò, Homines, non in Christi, non in Simonis, sed ipsius nomine baptizandos esse. Quartò, Resurrectionem per id, quod est in eum Baptisma accipere eius discipulos, & ultra non posse mori, sed perseverare non senescentes & immortales. Hæc Irenæus l. 1. cap. 21. adversus Hæreses. Videatur & Eusebius l. 3. c. 26. Epiphan. l. 1. Tom. 2. Tertullianus in libro de præscriptionibus cap. 46. Qui & lib. de animâ cap. 50. *Menander legatus supernæ Potestatis.* refert hæc Menandri verba: se gloriatum esse, quod à supernâ & arcanâ potestate legatus esset, ut immortales & incorruptibiles, & statim Resurrectionis competes fierent, qui baptisma eius induissent. Qui error verum Baptismi fructum & geminam spiritualis Regenerationis efficaciã *Menander vult esse virtus Dei.* depravavit & enervavit. D. Hieronymus contra Luciferianum testatur, quod Simon Magus & Menander discipulus ejus, se Dei asseruerint virtutes. Ab hoc Menandro dicti sunt Menandriani vulgò, ab Hegesip*Menandrianistæ.* po autem, Menandrianistæ, ut scribit Eusebius lib. 4. cap. 22. Histor. Eccles. Nunc mittamus & claudamus hanc Hæresin admonitione Ignatij ad Trallianos, dicentis: Fugite itaque impias hæreses, sunt enim Diaboli

inventa, & excogitatæ Artes serpentis illius, qui omnis mali primus Author est, qui per mulierem decepit primum generis nostri parentem Adam. Fugite autem, & illius propaginem Simonem, primogenitum illius filium, & Menandrum & Basilidem, & totam illam ipsius malitiæ colluviem.

CAP. II.

De Docitis.

GEnerale Docitarum nomen est, non ex Authore, sed ex opinione natū. Docitæ enim dicti sunt ἀπὸ τοῦ δοκεῖν καὶ δοκεῖσθαι. Magna enim caterva eorum fuit, qui κατὰ δόκησιν καὶ φαντασίαν Christum habuisse carnem sunt opinati: Quod certamen statim post Apostolorum tempora motum fuit. Ignatius enim, ut paulò post dicemus, sæpè multumque disputat contra τὸ δοκεῖν καὶ τὴν δόκησιν. Verè autem ortum hi à Simone Mago trahunt: Nam, ut refert Augustinus ad Quod vult Deum inter cætera: Simon etiam hoc docuit, quod ipse tempore Tiberij in Filij Personâ putativè apparuerit. Imò verò, ipsum Simonem fuisse Christum, qui non verè sed imaginariè passus sit. Qui error ita crevit, ut singulos fidei articulos pessimè fœdârit & corruperit; putativè enim Christum natum, Christum conversatum, Christum ligatum, Christum passum, Christum mortuum, professi sunt. Probè autem notandum est, quibus Fundamentis contra hos δοκίτας usus sit Ignatius, qui primus ipsorum oppugnator fuit. Primò Atheos, & sicut ipse explicat, ἀπίστους, infideles illos vocat. Et rectè sanè. Nam quia fides ὑπόστασις substantia est, non objicit nobis Fides Christiana hujusmodi φάσματα & apparentias τῶν μὴ ὄντων rerum non existentium. Deindè opponit illis manifesta & emphatica sacræ scripturæ dicta: Puta: Videbunt, in quem pupugerunt, & plangent super eo sicut super dilecto. Adducit & circumstantias Temporis, Loci, Testium, planè ad illam Demonstrationis formam, quâ Iohannes usus est, in 1. Epist. cap. 1, 1. Quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & quod manus nostræ contrectaverunt, de verbo vitæ: Sicut etiam hoc nomine ad testes provocat, videlicet tam ad incorporeas quam ad corporeas naturas, Iudæos & Romanos, & cæteros, qui tūc temporis crucifixo Domino aderant. Sed omnium penetrantissimum, meo judicio, Argumentum est, quod ex salute & efficaci salutis Merito petivit. Nam si putativè, duntaxat Christus natus, passus, mortuus est, ego & tu quoque putativè tantum sumus ipsius nativitate, passione, & morte

δοκεῖν καὶ δοκεῖσθαι Docitarum est.

Christi actiones & Passiones putativa.

Docitæ sunt Athei.

Docitæ refutantur.

Penetrantissimum Argumentum contra Docitas.

Ignatius contra Docitas

morte redempti. De quo ipsum Ignatium loquentem audiamus. Sic autem ille in Epist. ad Trallianos: Ego verò non opinione tantummodò spem in eo habeo, qui pro me mortuus est, sed reverà. ἀληθείας γὰρ ἀλλότριον τὸ ψεῦδος, omne enim Mendacium alienum à veritate est. Verè genuit igitur Maria, corpus habens in se Deum habitantem, & revera (ἀληθῶς) natus est Deus Verbum ex virgine, vestitus corpore obnoxio iisdem Passionibus nobiscum: Verè natus est ex utero, qui omnes homines in utero fingit, & corpus sibi fabricavit ex sanguinibus virginis, hoc solum excepto, quod nulla viri consuetudo intercesserit. In utero gestatus est, sicut & nos, certis mensium periodis: & verè natus est sicut & nos. Et verè lacte pastus est, & communi cibo & potu participavit, sicut & nos. Et postquam tres decades annorum conversatus fuisset, Baptisatus est à Iohanne reverà, non autem opinione. Et postquam tres Annos prædicâsset Evangelium, & signa fecisset, & prodigia, à Pseudo Iudæis & Pilato Præside, Iudex ipse judicatus, flagellatus, alapis cæsus & consputus est, spineam coronam & purpureum vestimentum portavit. Verè condemnatus & crucifixus est, ἀληθῶς, οὐ δοκήσει, οὐ φαντασίᾳ, οὐκ ἀπάτῃ, verè, non opinione, non phantasiâ, non imposturâ. Hæc ibi. Ex quibus observare est, quam grave sit periculum hujus Erroris. Qui enim putabit, Christum putativè apparuisse, & tantum putativè passum esse, putabit etiam se putativè Redemptum. Quod argumentum etiam Irenæus strenuè urget lib. 5. cap. 2. adversus Hæreses. Est & hoc non minus solidæ consolationis argumentum, quod etiam enervatum ibant Docitæ, videlicet quod scimus, corpus humilitatis nostræ configurandum esse Corpori gloriæ Christi, Philipp. 3. 21. Si ergò Christi corpus phantasma seu spectrum fuit, quid aliud quàm ut putativâ, id est, vanâ spe tãtum lætemur in omnibus illis dulcissimis promissionibus de conformitate nostrâ cum Christo in alterâ vitâ.

Grave periculũ Hæresis Menandri.

Ratiuncula Menandri perpenduntur.

Quia autem hoc delirium diversis temporibus renovatum est à Marcionitis, Valentinianis, Manichæis, & aliis, operæ precium est attendere, quibus illi Ratiunculis fidem fecerint suæ hæresi. Primum erat, quod ex historiis veteris Testamenti ratiocinabantur. Certum enim est, quod etiam in V. T. non tantum Angeli Dei, sed & ipse Filius Dei sæpenumerò apparuerit Patriarchis, puta, quando ab Abrahamo exceptus est hospitio, lotus & pastus, Gen. 18. 4. quando cum Patriarchâ Iacobo luctatus est, Gen. 32. 24. Quæ omnia fiebant κατὰ δόκησιν, & non secundum carnis veritatem. Ergò arguebant, sic etiam se rem habere in novo Testamento. Sed distinguenda sunt tempora. Natura enim Veteris Testamenti prophetica & figurativa est. Illi enim speciem & umbram duntaxat habuerunt, nos corpus. Coloss. 3. 17. Hebr. 10. 1.

Distingue tempora & concordabit Scriptura.

Quòd

Quod si verò fingatur, nos in N. T. etiam tantum umbram propheticam habere, tunc restaret Tertium Testamentum, in quo subsecuturus esset alius Christus in Rei veritate, quod absurdum est. Sicut hoc absurdum pulchrè deducit Irenæus cap. 2. lib. 5. adversus Hæreses, inquiens: *Prædiximus autem, quoniam Abraham & reliqui Prophetæ, prophetice viderunt eum, id quod futurum erat per visionem prophetantis. si igitur & nūc talis apparuit, non exsistens quod videbatur, quædam Prophetica visio facta est hominibus, & oportet alium exspectare Adventum eius, in quo talis erit, qualis nunc visus est Prophetice.* *Secundum* Argumentum erat, quod petebant ex Epist. ad Rom. cap. 8, 3. *Deus misit filium suum in similitudine carnis Peccati.* Si ἐν ὁμοιώματι, in similitudine duntaxat, Ergo non in Veritate carnis. Respondemus autem, quod committatur Fallacia Phraseos, itemque Divisionis & Compositionis. Nam Paulus non dicit, quod Christus venerit tantum in similitudine carnis, sed in similitudine carnis Peccati. Aliud enim est, dicere *carnem peccati*, aliud simpliciter dicere *carnem*. Nam Caro peccati per Hebraismum idem est, quod Caro Peccatosa. Iam Christus venit in similitudine peccatosæ carnis, qui tamen Peccatum non habuit. Carne enim nobis planè similis fuit, Peccato autem dissimilis, ut canit Ecclesia. *Tertiò* & hoc urgent, quod Philip. 2. 7. dicitur, Christus in similitudine hominum factus, & σχήματι repertus ut homo. Si igitur tantum σχήματι: E. κατὰ δόκησιν. Respondemus autem, Paulum non confirmare hîc putativum spectrum carnis Christi, sed loqui de similitudine infirmitatum, quas, cum sine Peccato esset, in se recepit & sustinuit. Nec item omne σχῆμα & σχήματισις destruit substantiam aut significat φάντασμα, nam ut sequenti cap. 3. v. ult. Paulus pergit: Christus quoque μετασχηματίσει transformabit corpus nostrum in Extremo die, ubi tamen corporis Veritas non destruetur. Vult igitur hoc tantum Apostolus, quod Christus Tempore Exinanitionis in conversatione inter homines, gesserit sese Affectibus, gestibus, & totius vitæ Actionibus, non quasi suprà sortem aliorum hominum esset positus, sed quasi esset è communi hominum Peccatorum grege, qui tamen licet homo esset, simul Deus erat, & Peccator non erat.

Irenæus contra Menandrum.

2. Ratiuncula Menandri.

Caro Peccati & Caro differt.

3. Ratiuncula Menandri.

In Similitudine Carnis, quid sit?

Reiiciamus igitur penitus hoc Docitarum delirium, disertis Christi Verbis & Factis, qui talem δόκησιν de se concipi noluit, tum ante tum post Mortem ipsius. Nam cum Apostoli Christum ambulantem in mari putâssent esse spectrum, Matth. 14, 26. cumque post Resurrectionem se itidem spectrum videre opinarentur, Luc. 24, 37. Nequaquam ferebat id divina Veritas, sed palpabiliter illos refutabat, & Veritatem carnis suæ fortiter omnibus sensibus in Testimonium adductis adstruebat. Legatur hîc D. Chemnit: de duabus Naturis in Christo, cap. 3.

Spectrū Christus esse non vult.

CAP. III.

De Cerdone & Marcione.

Marcion Discipulus Cerdonis.

DE Cerdone & Marcione dicemus coniunctim, utpote de Magistro & Discipulo: Marcion enim illius discipulus fuit. Apud Chronologos quadriennij, quo inceperunt clarere, differentia est. Cerdon enim Anno 144. Marcion autem Anno 148. sub Antonino Pio & Higino Romano Episcopo vixisse scribuntur. Videatur hic Eusebius l. 4. c. 10. & 11. Habuerunt autem hi duo Hæresiarchæ, Præceptor & discipulus, omnia ratione dogmatum communia, sed in Personis & eorundem origine & vitâ tantum discrepantes sunt. De Prosopographiâ igitur singulorum seorsim & primò quidem, de Dogmatibus, deindè conjunctim dicemus.

Cerdonis descriptio.

Cerdonem igitur quod attinet, à quo Cerdoniani dicti sunt, ex infaustâ Simonis Magi Scholâ prodijt, Homo varij & subdoli Ingenij, quod indè liquet, quia nonnullos errores latēter sparsit, nōnullos verò publicè professus est. Sæpè etiam fictam Erroris Pœnitentiam simulavit, & quāvis abjecerit publicè suos errores, tamen subdolè & latenter eosdem prædicavit. Quæ serpertina lubricitas, cùm à fratribus animadversa esset, Romæ, quò ex Syriâ venerat, planè ab Ecclesiæ communione exclusus est.

Cerdo simulator.

Marcion Pōticus Stuprator Virginis.

Marcionem, à quo Marcionitæ descendunt, quod attinet, cognomēto is Ponticus est, eò quod ex Ponto Euxino ortus esset, Episcopi filius, qui præsingularis sanctitatis simulatione virginitatem Monachalī habitu professus est, sed sub hâc Hypocrisi Virginem stupravit, & ob id à Patre Viro bono & zeloso excommunicatus Ephesum venit, vivo adhuc Iohanne Apostolo, ut scribit Philastrius. A quo cum etiam victus & expulsus esset, Romam ad Receptaculum illud commune omnium Errorum se contulit, ubi ex Epiphanij Narratione primum ad Cerdonis Hæresin animum applicuit, & ipsius Erronea dogmata excoluit, in Stoicâ disciplinâ ab ineunte ætate institutus. Memorabile autem est, quod Clemens l. 7. Strom. refert, Marcionem jactare solitum, se sua commēta non à se aut ullo alio, sed ab ipsis Apostolorum discipulis habuisse, iis nimirum, qui Matthiæ Apostoli auditores fuissent. Quo nomine Paradotam suas Traditiones frustrà jactando egit. Memorabile etiam hoc est, quòd cum Polycarpo obviam factus esset, & quæsivisset, nunquid ipsum agnosceret, hoc Responsum retulerit: Agnosco te primogenitum Satanæ, referente Eusebio lib. 4. c. 14. Hist. Eccles.

Marcion jactat se sua ab Apostolis habere.

Martion primogenitus Satanæ.

Sed nunc de dogmatibus ipsorum Falsis dicemus.

Primus

Primus & gravissimus ipsorum Error fuit de Scripturâ. Nam ut paulò ante meminimus, Marcion fundamenti loco Traditiones, quas auribus se imbibisse jactitâssent Matthiæ auditores, posuit. Et quia istæ Traditiones non ubique concordabant cum scripturâ, Codicem sacrum Novi Testamenti invasit, & scripta illa ad suas Traditiones, non Traditiones illas ad sacra scripta cõformavit, & pro libitu suo, quæ displicebat, rejecit. Ita Lucæ Evangelium solum Marcion accepit, quæ verò Iohannes de Christo ut vero Deo scripserat, repudiavit. Ex Pauli scriptis tres tantum Epistolas, ad Timotheum, ad Titum, & ad Philemonem, recepit. In reliquis quæcunque sibi visa sunt recepit, quæ non item, rejecit. Apud Epiphanium prolixè legi potest, quo ordine Pauli Epistolas allegârit, & quo fuco & fallaciis testimonia nonnulla depravârit. Videatur hîc Hæresis 42. cum iis, quæ sequuntur.

Marcion Traditiones jactitat.

Marcion delectũ sibi facit librorũ sacrorũ.

Cerdonis verò Errores hi præcipui fuerunt: I. Duos esse Deos, & duo principia, unum Veteris, alterum Novi Testamenti; Illum rigidum & justum, punientem scelera, qui oculum pro oculo, dentem pro dente poposcerit, Alterum Misericordem, Beneficum, Bonum, qui etiam Solem suum faceret oriri super Bonos & Malos. II. Legem Dei per Mosen & Prophetas datam, esse istius mali Dei ministros & interpretes Evangelio contrarios, & ob id repudiandos. III. Personam Christi quod attinet, in eâ planè fuerunt Docitis similes, de quibus paulò ante diximus. IV. Carnis Resurrectionem penitus negavit, ad imitationem capitis sui Simonis Magi, quem etiam in Magiâ imitatus est. Hisce Errorum Articulis Marcion addidit & alios. Videlicet, I. Non tantum duo, sed tria esse principia, unum Visibile, secundum invisibile, tertium mediæ Naturæ, inter visibile & invisibile, id est, Diabolum ipsum. II. Deum suum timendum non esse, ideò quia bonus & non judex esset. III. De Christo, Christum dissolvisse Prophetas, Legem & omnia opera eius Dei, qui mũdum fecit: Quâ de re testatur Irenæus lib. 1. c. 29. IV. Christum in carne non venisse. V. De creatione, opus mundi esse indignum Deo: ipsam etiam corporis humani fabricam vituperavit. VI. De lege, Legem Dei non esse bonam; sed justam. VII. de Baptismo, virgines tantum, & viduas & cœlibes, & divortio à Viris separatas, & qui Matrimonio renunciâssent, esse Baptisandos. Rebaptisârunt item lapsos, & sic tres Baptismos constituerunt pro triplici lapsuum differentiâ. VIII. Damnavit itidem nuptias, ut & Clemens testatur lib. 3. Stromat: IX. Salutem solã animarũ, non carnis futuram. X. Statum Iudaicum adhuc restaurandum esse per Messiam, qui nondum venisset. XI. Cain, Sodomitas, Ægyptios, iisque similes gentes omnes salvatos à Christo, cum descendisset ad inferos, relictis ibi piis, Abel, Enoch, Noe, & Abraham. Qui plures Marcionis

Cerdonis Errores. Duo Dij unus Veteris alter Novi Testam.

Errores Marcionis. Tria Principia Marcionis

Tres Baptismi Martioni.

errores colligere desiderat, evolvat totos quinque libros Tertulliani, quos contrà Marcionem scripsit. Sic & Iustinus Philosophus pro Religione Christi multum laboravit, & contrà Marcionem insignia volumina edidit. Similiter & Theophilus Antiochenus Librum contrà eum composuit. Meminit & ipsorum sæpè Hieronymus: ut in Prologo ad Titum. Et l.7. c.18. in Esaiam inquit: Marcionistæ cum recipiant providentiam, accusant creatorem, & asserunt eum in plerisque operibus errâsse, & non ita fecisse sicut facere debuerat. Epiphanius item valdè operosus & prolixus est in hâc Marcionistarũ Hæresi refutandâ, adeò ut in nullâ aliâ ullibi fuerit prolixior. Prudentius quoque Poeta adversus eos quædam carmina edidit. Eusebius etiam alios quàm plures recenset, qui hanc Hæresin impugnârunt, ut Dionysium Corinthium, quem in Epistolâ ad Nicomedienses ait Marcionis Hæresin ad Veritatis Regulam examinâsse. Item Philippum Episcopum Gortynensem, Modestum, Theophilum Episcopum Antiochenum, & Rhodonem præclarum illum Asiæ scriptorem, quem idem Eusebius affirmat multa de hâc sectâ prodidisse, & mendacia ipsorum perstrinxisse.

Marcion accusat Creatorem.

Autores qui Marcionem refutarint. Dionysius Corinthius. Philip. Episc. Gortynensis. Modestus. Theophilus Antioch. Rhodon.

Magnos autem progressus hæc secta habuit, & pervagata est, ut Epiphanius ait, Romam, Italiam, Ægyptum, Thebaida, Arabiam, Palæstinam, Cyprum, Persiden.

Diu etiam mansit illa Hæresis: Adeò ut Constantini Magni temporibus denuò eruperit. Successores habuerunt & alumnos sui veneni Lucanum, aut Lucianum, Potitum, Blastum, Synerum, Præponem, Pithonem, Hermogenem, Afrum, Apellem, & alios innumeros, de quibus paulò post capite Quinto agemus.

Adhærentes Marcioni. Lucanus Lucianus. Potitus. Blastus. Synerus. Prapon. Hermogenes Afer. Apelles.

Religiosior etiam ideò hæc secta habita est, quia plurimos Martyres jactitavit, sicut Euseb. lib.5. c.16. Apollonium scripsisse ait, Marcionistas primos esse, qui Martyres plures ostendant. Non autem pœna, sed causa facit Martyres, inquit Cyprianus.

Nicephorus Callistus addit Cerdoni & Marcioni quoque Marcum nequitiæ magicæ peritissimum. Quorum detestanda Sacra talibus ostẽdit verbis: Etenim quidam eorum thalamum nuptialem construunt, adiectis nonnullis super eis, qui initiantur votis & precationibus: & spirituales nuptias: quas faciunt, esse dicunt, ad similitudinem supernorum Conjugiorum. Alij ad aquam eos ducunt, & baptisantes hæc verba adducunt: in nomine ignoti Patris omnium, in Veritate matre omnium, & in eo, qui descendit Iesu. Sunt etiam qui Hebraica insuper afferunt nomina ad eorum, qui initiantur, terrorem, & consternationem maiorem. Vide lib.4. Niceph. cap.3. Ex quibus inter cætera observare libet, libidinem Diaboli Sacramentarij, qui citò cœpit virus suum Sacramentarium

Baptismus immutatur

tarium evomere, & pro licentiâ & ex merâ temeritate & Satanico ausu, Baptismum, qui consilium Dei à Christo nuncupatur, immutare, & nihil intentatum relinquere.

Luc. 7. 30.

CAP. IV.

De Valentinianis.

Controvertitur nonnihil inter Patres, an Marcionitæ à Valentinianis, aut contrà Valentiniani ex Marcionitarum Scholâ prodierint: Adeò præcisè in unum idemque temporis momentum coincidunt. Nos autem parum in eo situm, & Disputationem illius nullius precij esse omninò judicamus.

An Marcion à Valentinianis aut contra.

Nam cum viperæ nascuntur, parum interest quærere, quæ illarum prius prodierit: certè malitiâ veneni sunt pares. Valentinus autem, ut ad ipsum redeamus virus suum è Iudaicis & Philosophicis scriptis, quorum Fabulas cum verâ Theologiâ intermiscuit, hausit, versipellis & Artifex struendi & destruendi, ut Tertullianus ipsum appellat. Romæ aliquandiu vixit, & Gallias quoque infecit: Ad Ægyptum quoque transiit, & Antiochiæ invenit Axionicum adstipulatorem. Occasionem huius Hæreseos his verbis narrat Tertullianus lib. adversus Valentinianos cap. 4. Speraverat Episcopatum Valentinus, quia & ingenio poterat & eloquio. Sed alium ex martyrij prærogativâ loci potitum indignatus, de Ecclesiâ Authenticæ regulæ abrupit (ut solent animi pro Prioratu exciti præsumptione ultionis accendi). ad expugnandam conversus Veritatem. Sic ille. Errores autem horum varij fuerunt, quorum præcipuus fuit de Triginta Æonibus seu seculis, quibus nihil futilius & anilius effingi tota vidit aut audivit gentilitas, adeò ut Irenæus lib. 2. cap. 19. Hesiodum cum suâ generatione Deorum longè melius nugatum fuisse censeat. Quam Æonum fabulam ita breviter recenset Augustinus ad QuodvultDeum. De naturâ rerum, multa fabulosa confinxit. Triginta *αἰῶνας* i. e. secula asserens exstitisse, quorũ principium esse profundum & silentium (Græcè *βυθὸν καὶ σιγὴν*) quorum profundum etiam patrem appellat. Ex quibus duobus velut ex conjugio processisse perhibet Intellectum & Veritatem (Græcè *νοῦν καὶ ἀλήθειαν*) & protulisse in honorem patris *αἰῶνας* octo. De Intellectu autem & Veritate processisse Verbum & Vitam (Græcè *λόγον καὶ ζωὴν*) & protulisse *αἰῶνας* decem. Porrò de Verbo & vitâ processisse hominem & Ecclesiam (Græcè *ἄνθρωπον καὶ ἐκκλησίαν*) & protulisse *αἰῶνας* duodecim: Itaque octo & decem & duodecim facere, Triginta *αἰῶνας*, ut diximus. Quid gerris Siculis

Valentinus.

Occasio Valentinianæ Hæreseos

Hesiodus de Generatione Deorum sanior Hæreticis.

Triginta Æones.

Fabulæ Æonū non sunt dignæ refutari.

potest nugacius fingi? Videatur hîc Tertullianus toto libro, quem contra hos Valentinianos conscripsit, in quo non tam refutat, quàm profitetur duntaxat, solam harum Fabularum cum visu narrationem, cum multa hic sint digna refingi, ne gravitate adorentur. Provocat ibidem quoque ad Iustinum Philosophum & Martyrem, ad Miltiaden & Irenæum & Proculum, qui etiam hanc Hæresin expugnârint. Videatur hîc & Epiphanius & Theodoretus. Clemens Alexandrinus ubique Basiliden & Valentinum in dogmate conjungit. Hieronymus super Oseam, inquit: Nullus potest Hæresin struere, nisi qui ardentis ingenij est, & habet dona Naturæ, quæ à Deo artifice sunt creata. Talis fuit Valentinus, talis Marcion, quos doctissimos legimus. Sic ille. Post hanc Hæreseon Fabulam scelerατior illa est, quam de Christo fingit. Nam etsi in hoc à Docitis recedat, quod credat, Christum veram carnem habuisse, tamen negavit nobis ὁμοούσιον i.e. non fuisse ejusdem substantiæ cū nostra carne. Finxit enim Christum corpus suum è cælo secum attulisse: quod assumptum & formatum fuisse somniant, quidam ex materiâ cœlesti, quidam ex materiâ sidereâ, alij ex Elementari materiâ, quidam ex ipsâ Essentiâ divinâ: Quod corpus posteà per Mariam ὡς διὰ σωλῆνος tāquam per fistulam percolatum pertransiisse. Quem Errorem ex Orco resuscitârunt nostro tempore Anabaptistæ, quos cum Valentinianis elegantissimè confert Nicolaus Gallasius, annotatione in 5. librum Irenæi. Exstat, inquit, illustre Exemplum nostro tempore in Anabaptistis, quo genere hominum nullum aut pertinacius aut arrogantius, aut in Erroribus & figmentis feracius unquam visum est: Nec video quibus melius aut aptius Valentinianorum secta comparari possit. Nam sivè opinionum varietatem, incertitudinem, novitatem, inconstantiam & mutabilitatem spectemus, sivè arrogantiam & superbiam, sivè curiosam subtilitatem, in rebus exiguis & nihili sivè despicientiam aliorum, loquacitatem apud suos, taciturnitatem inter exteros, fictam sanctitatem, blandos sermones, motus ac gestus, quibus se pendere è cœlo, sublimia spectare, alieni esse à mundo, & spiritu regi videntur, nihil similius deprehendi potest. Imprimis gignendis Errorum monstris, & augendis eiusdem generis diversis tamen sectis, nulla uberior, nulla unquam abundantior fuit. Atque ut olim crescente numero eorum, qui Valentini somnia amplexi erant, ipse tandem Valentinus ignorabatur, quod eius discipuli multis additis & detractis, nova ferè omnia effecissent, ità nostro tempore tot monstra ab Anabaptistis prodierunt, ut primariorum Authorū & magistrorum nomen obsiterint, ac propè deleverint. Sic ille.

Duæ Naturæ requiruntur ad fingēdam Hæresin.

Corpus Christi desuper delatum unde? Anabaptistæ cū Valentinianis conferuntur.

Errores Valenti-

Remittendi autem sunt lectores, quod Errorem ipsum Valentini de Christo attinet, ad D. Chemnitium in libro de duabus naturis in Christo,

Christo, cap. 3. ubi prætextus sophismaticos, quos suo Errori fecerunt, ex scripturâ annotat, & accuratè solvit, quæ ibi legantur: mihi fol 37.

ni à Chemnitio descripti.

Nunc adiiciemus insuper & alios Errores, quibus hi Hæretici obnoxij fuerunt. Veluti de causâ mali graviter errârunt: malitiam enim non Arbitrio tribuebant, sed naturæ mundi, id est, generi Diabolico, inquit Augustinus: Diabolum enim de tricesimo Æone procreatum fingebat, mundum ab Angelis malis metu Tricesimi Æonis creatum. Nam cum profundum, patrem suum videre gestiret, & ob id ascendere voluisset, sic eum perterritum ajebant, ut ex eo pavore hæc omnia caduca, quibus hic Mundus constat, concepta & edita sint. Nam ex eius pavore, inquit Tertullianus, tenebras factas. Fidem item hominibus inesse Naturà fingebant (nimirum illam fidem, quam ex merâ mentiendi libidine sibi ipsi somniabant) Carnis denique Resurrectionem penitus negabant: Solas Animas, non autem corpora à Christo redemptas esse. Quo fundamento destructo, quid mirum si insuper cognitione solâ contenti fuerint, & Bona opera spreverint, uti planè inutilia? commissis interim sceleribus omnis generis. Nam qui Resurrectionem carnis non credit, quid ille boni credat, aut faciat? Glossa communis Marcionem & Valentinum conjungit, & testatur de iis, quod non recipiant Vetus Testamentum: idem facit & Nicephorus.

Diabolus ex aone creatus.

Tenebræ ex pavore factæ.

Valentinum negans Resurrectionem carnis negat omnia.

CAP. V.

De Discipulis Valentini.

Valentinus ut & Marcion magnum collegium habuit, in quo fuerunt hi præcipui Apelles, Ptolemæus, Lucanus vel Lucianus, Marcus, Colarbasus, Heracleon, quorum nominatim fecimus mentionem in Arbore nostrâ: Quibus addantur Axionicus & Secundus; quorum etiam Tertullianus meminit dicto libro cap. 4. Ab hoc Secundiani nati sunt, qui teste Augustino à Valentinianis distare dicuntur, quod erroribus suis addant opera turpitudinis. Cæteroquin sufficiat de his dixisse, quod Valentiniani fuerint, quamvis nonnihil novi erroris veteribus erroribus assuerint. Apelles enim unde Apellitæ dicti sunt, & Apellonionitæ secundum Cyprianum, Deum quem colebat, ignorabat, & fingebat Christum carnem suam, non ex Mariæ carne & sanguine, sed ex immediatâ Mixtione quatuor Elementorum assumpsisse, quam in morte per viam resolutionis in Elementa, mundo reddidit, ac sine carne illâ assumptâ resurrexerit, & ad cœlos ascenderit. Sic hunc Errorem Chemnitius describit lib. de duabus naturis in Christo.

Valentini & Marcionis discipuli.

Apelles. Apellitæ Apellonionitæ.

Chemnitius quomodo Apellitas describat.

Ptole-

Ptolemianorum Error utiliter ignoratur.

Ptolemiani à Ptolemæo dicti, sic ab Augustino breviter describuntur, quod Ptolemæus novam Hæresin condere cupiens, quatuor αἰῶνας & alios quatuor asserere maluerit: quo quid sibi velit, utiliter ignoratur.

Marci Magi error.

De Marco refertur, quod is Magus fuerit, ut à Tertulliano cognominatur. Negavit Resurrectionem carnis, & Christum non verè, sed putativè passum asseruit. Duo quoque opinatus est ex adverso sibi esse principia, & Valentini Æonas recoxit. Hæc Augustinus ad Quod vult Deum.

Colabasi Error.

Colabasus vel ut alij Colarbassus quoque, ut idem Augustinus pergit referre, secutus est illos, non multum aliter sentiens, affirmando insuper vitam omnium hominum & generationem in septem sideribus consistere: Atque ita Astrologiæ nimis deditus fuit.

Heracleō & Heraclius differunt.

Duplex Confessio Fidei.

Eleusiniana Valentiniana.

Iesuitæ coincidunt cum Eleusiniis Valentini.

De Heracleone hoc notabile est, quod is ab Heraclio distinguendus sit, de quo jam anteà in primâ classe diximus cap. 10. De Heracleone autem, quem Clemens Alexandrinus Valentini discipulum facit, sic scribit lib. 4. Stromat: mihi fol. 366. Quod verba Christi, Qui me confessus fuerit, ita fuerit interpretatus, quod confessio Christi fiat dupliciter I. Vitâ & fide, II. Ore. Illam sufficere putans ad salutem, hanc non itē, quod expresse contrà Paulum est, qui confessionem Oris exigit, Rom. 10.11. sed in eo Heracleon sectam suam Valentinianam sectatus est, quæ hoc in more positum habuit, ut sua mysteria tanquam Eleusinia sacra haberet abscondita. De quibus ita Tertullianus in initio libri contrà Valentinianos: Eleusiniana Valentiniana fecerunt lenocinia, sancta silentio magno, solâ taciturnitate cœlestia. Si bonâ fide quæras, concreto vultu, suspenso supercilio, altum est, ait. Si subtiliter tentes, per ambiguitates bilingues communem Fidem affirmant. Si scire te subostēdas, negant quicquid agnoscunt. Si cominus certes, tuam simplicitatem suâ cæde dispergunt. Ne discipulis quidem suis ante committunt, quā suos fecerint. Sic ille. Quæso hic Lectorem, ut secum consideret, quam longè ab hisce sectis distent moderni Iesuitæ, cum suis Æquivocationibus. Item quod Iidem in Colloquio Ratisbonensi dicebant, Confessionem non semper esse necessariam: Sat esse si Christianus animo paratus sit edere Confessionem.

CAP.

CAP. VI.

De Seleucianis, Hermianis, & Proclianis.

SEleucianos & Hermianos ad idem Hæreseos caput refert Augustinus. Cujus verba ad Quod vult, hæc sunt: Seleuciani vel Hermiani aut ab Authoribus, Seleuco & Hermiâ, qui Elementorum materiam, de quâ factus est mundus, non à Deo factam dicunt, sed Deo coæternam, orti sunt, nec Animam Deo tribuunt creatori, sed Creatores esse Animarum Angelos volunt de Igne & Spiritu. Malum autem asserunt aliquando esse à Deo, aliquando à Materiâ. Negant Salvatorem in carne sedere ad dexteram Patris, sed eâ se exuisse perhibent, eamque in sole posuisse, accipientes occasionem de Psalmo, ubi legitur: In sole posuit tabernaculum suum. Negant etiam visibilem Paradisum. Baptismum in aquâ non accipiunt. Resurrectionem non putant futuram, sed quotidiè fieri in generatione filiorum. Hûc conferantur, quæ Philastrius de hisce Hæreticis scribit. Fuerunt autem multi quoque Hæretici, qui dicti sunt Hermij, Hermiæ, Herman, Hermas, Hermogenes, unde Hermiani, Hermiotitæ, Hermogeniani. Quomodo autem illi ab invicem distinguendi sint, non multum interest. Suprà in historiâ Manichæorum Classe 2. cujusdam Hermæ fecimus mentionem. Et Tertullianus peculiarem librum scripsit adversus Hermogenem qui & ipse statuerit materiam Deo coæternam esse, quam doctrinam à Stoicis ait mutuatũ. Periculosissimus autem omnium Error in dictis Hæreticis fuit, quod de depositione carnis Christi nugati sunt, in quo ab Appellitis nihil differunt, nisi quod hi expressè dicant, Christum in sole exuisse & deposuisse suam carnem, quod maximâ nos consolatione privat. Nam si exuisset carnem suam, omni nos spe simul exuisset: Nam divinum fœdus hâc ratione nobiscum per Incarnationem initum penitus fregisset & sustulisset: Et quodnam gaudium nobis exspectandum foret in vitâ æternâ? si ibi fratrem nostrum Christum, seu id, ratione cuius frater noster est, non essemus inventuri? Sed pluribus hâc de re dicendum erit infrà, ubi de Christolytis dicturi sumus.

Seleucus Hermias

Errores Seleucianorum.

Hermij. Hermiæ. Herman. Hermas. Hermogenes.

A Stoicis mutuati sunt Hæretici materiã æternã.

Hermiani depositam Christi Carnem in Sole locant.

Nunc de Proclianis vel Proclianitis, qui Proclum Authorem habuerunt, & paulò antè dictos Hæreticos imitati sunt. Christum non venisse in carne dixerunt, prout Augustinus illos describit. Philastrius addit, quod nec Resurrectionem, nec judicium sperârint: de Virgine natum Christum non crediderint, & quæ fuerunt ejus generis alia.

Procliani. Proclianitæ.

Tertia Classis.

... Proclo diversus fuit alius ille Proclus Cataphrygarum hæresiarcha, contra quem Cajum, virum Ecclesiasticum Romanorũ ... Eusebius lib. 2. c. 25. suæ Histor. testatur. Tantum de iis Hæreticis qui humanam Christi Naturam maximè invaserunt & oppugnârunt.

Finis Tertiæ Classis.

QVARTA CLASSIS.

CAPVT I.

De Alogiis, Alogis, aut Alogianis.

AD Quartam classem conferemus omnes illas hæreses, qui divinam in Christo naturam virulenter impugnârunt, hoc est, qui Christum Filium Dei, & λόγον Deum esse negârunt: Quos generali titulo, Alogos Alogios, vel Alogianos appellare placuit. Etsi non nesciamus, quod Epiphanius & Augustinus, & ex hoc Isidorus, Alogios unam & certam speciem cum Berillo & Artemone coincidentem statuant, adeò ut Berillianos, Artemonitas, & Alogianos pro iisdem habeant: Tamen minus commodè id fieri judicamus, siquidem hæc secta non ab Authore & personâ, sed materiâ dogmatis, quod variis erronibus commune fuit, appelletur. E.g. Meminit Basilius Epist. 41. Pestis seu Hæreseos Anomianæ, quos sic vocat, quia Christum ἀνόμοιον Patri fingebant, quos certum est non peculiarem sectam, sed Arrianos fuisse, qui se Orthodoxis, quos in contemptum Homousianos vocabant, opposuerunt: Incautior esset, qui ob id ex Anomæanis novam sectam conderet. Ita salvô antiquitatis judicio ij mihi facere videntur, qui ex Alogianis peculiarem speciem Hæreseos faciunt. Quin potius ut materia erroris communis est, commune hoc Errantium de divinâ naturâ in Christo caput constituatur, quos Alogos vel Alogianos dicimus, eò quod DEVM Verbum recipere noluerint. Nam ut cardo principalis propositionis. D. Iohannis pro astruendâ verâ divinitate in Christo in his tribus verbis volvitur: Θεὸς ἦν ὁ λόγος, Deus erat verbum, vel ut fert constructionis Regula, Verbum erat Deus: Ita quoque omnis controversiæ summa nobis in hâc classe

... anomia ... sunt Arriani Alogiani qui generaliter dicendi. Et cur?

classe cum sequentibus Erronibus & Hæresiarchis constituetur, quod illi negent Verbum DEUM, nos Verbum esse DEUM & credamus & propugnemus. Quotquot igitur errantium in hâc quartâ classe sequentur, illi in eo omnes convenient, ut Christum non esse Deum aut Dei filium, sed meram Creaturam statuant, quamvis pro diversitate Ingenij sui phanatici diversimodos colores, formas aut fucos sint obducturi, ut posteà in progressu audiemus. Quo Erroris capite constituto, consequens est, S. Iohannis Evangelium non recipere, aut ad minimum Sophisticè pervertere & eludere. Iohannes enim omnibus hujus furfuris Hæreticis sudes fuit in oculis, utpotè quod directè contrà omnes oppugnatores Divinæ in Christo naturæ in provectiori suâ senectâ Evangelium hoc suum conceperit & scripserit. Epiphanius singulari fervore & pietatis zelo motus, nomen Alogorum in crimen convertit, inquiens: Dicuntur itaque Alogi, id est bruti illi & verbo carentes. Hanc enim appellationem illis impono, ab hâc enim die sic vocabuntur: Et sic ipsis ô Charissimi, nomen imponimus: ut videlicet ἄλογοι vocentur, habuerunt enim sectam libros sancti Iohannis reijcientem. Quandoquidem enim verbum non suscipiunt à Iohanne prædicatum, ἄλογοι, id est sine verbo appellabuntur. Cum itaque penitus alieni sint à Verbi prædicatione, puritatem prædicationis veritatis negant, neque Iohannis Evangelium, neque Apocalypsin admittunt. Sic ille. Varios autem fecerunt suo errori prætextus. I. quod Iohannes alio modo quàm cæteri Evangelistæ loquatur, qui nullibi Christum λόγον dixerunt; sed consonantia Evangelistarum non est quærenda in iisdem voculis aut ijsdem numero syllabis, sed in Rerum conformitate. Infinita autem divinitatis adstruendæ Argumenta in reliquis Evangelistis esse nemo negaverit, nisi qui opera & miracula Christi nulla apud eos animadverterit. II. Nimis frivolum fuit, quod Evangelium Iohannis Cerintho voluerint adscribere. Quomodo enim ea sint Cerinthi, quæ contra Cerinthum dicuntur? rectè inquit Epiphanius.

Alogianorum Caput Erroris.

Alogorũ nomen in Crimen conversum ab Epiph.

Prætextus Alogianorũ.

CAP. II.

De Ebione.

EBionem Cerintho conjungit Epiphanius, Heres. 51. cui utrique se S. Iohannes è diametro opposuit; Sic enim ait: Ubi Christum ex affrictu nudum hominem prædicavit Ebion & Cerinthus, & complices ipsorum. In Asiâ, inquam, illic Spiritus Sanctus produxit mundo hanc

Ebion Cerintho iungitur.

S. Iohannes scripsit contra Ebionem & Cerinth. sanctam herbam sivè fruticem, fugantem serpentem, & Diaboli tyrannidem destruentem. Illic enim Sanctus Iohannes post ætatem senectam jubetur à Spiritu Sancto prædicare, & reflectere errantes in viam. Sic ille. Cui & Hieronymus adstipulatur de Ecclesiasticis scriptoribus, inquiens: Iohannes novissimus omnium scripsit Evangelium, rogatus ab Asiæ Episcopis, maximè contra Ebionitarum dogma tunc consurgens, qui asserunt Christum ante Mariam non fuisse: Undè etiam compulsus est divinam edicere Nativitatem. Sic Hieronymus. Undè & vetustas & pravitas huius erroris colligitur. *Vetustas & pravitas erroris.* Vetustas, quod statim circa tempora Iohannis ortus sit: Pravitas, quod ipsum Evangelistam habeat oppugnatorem. Et quid ni vetus sit hic error, qui etiam statim post Christum natum in summo fuit vigore. Quid enim Pharisæí de Christo aliud, quã de nudo homine crediderunt? Et quid magis in ipso detestati sunt, quam quod se Filium Dei nominaret? Undè Hieronymus Ebionitas valdè appositè Iudaici erroris hæredes appellat. *Ebionitæ Iudaici Erroris hæredes.* Ex Ebione Ebionæí orti sunt, de quibus Epiphanius Hær. 30. prolixè disserit. Aliis Ebionitæ & Ebiones dicuntur. Capita autem Errorum, quos foverunt, hæc potissimum fuerunt.

1. Christum ex commixtione Iosephi & Mariæ genitum, tantum hominem, non etiam coessentialem Dei Filium. Quem ipsorum Errorem sic describit Tertullianus: Iesum natum esse filium David, non Dei, Prophetis tantum gloriosiorem. Alij tamen eiusdem sectæ concedunt ex virgine de Spiritu Sancto natum esse Christum hominem, sed tamen non exstitisse prius, quam homo fieret, referente Eusebio lib. 3. cap. 27.

2. De lege & salute errârunt: observationem legis Mosaicæ esse necessariam ad salutem, teste Irenæo lib. 1. cap. 26. Et Tertulliano, de præscriptione adversus Hæreticos.

3. Christum ipsum suis operibus justificatum esse, Theodoretus, in lib. de carne Christi.

4. Iudaisaverunt multis modis. Nam Hierosolymam quasi domum Dei adoraverunt. Irenæus. Circumcisionem, Sabbatha, cæterosque ritus Iudaicos omnes receperunt, solum diem Dominicum perindè ut Christiani adjicientes. Eusebius. Finxerunt sibi etiam mille Annorum delicias, & equos, & quadrigas, & lectos, & cætera sic intelligebant verbotenus ut scripta sunt.

5. Scripturam sacram non acceperunt integram. Etsi enim Prophetas admittebant, tamen Evangelistas non omnes, sed Evangelium tantũ secundum Matthæum, idque Hebræum, quod Epiphanius valdè corruptum & mutilatum esse testatur, amplexi sunt. Apostoli Pauli scripta, utpote Apostatæ à lege, omninò improbarunt. Adiiciebat insuper

Ebion

Ebion suas peculiares interpretationes, quasi ex Traditione acceptas atque ita etiam fuit ex numero Traditionariorum.

Quomodo autem hi Hæretici refutandi sint, non est operæ precium prolixè persequi: sufficit nobis quod Evangelista Iohannes non tantum ab Episcopis Asiæ, verum etiam multorum fidelium, & totius Ecclesiæ legationibus, sicut Hieronymus inquit, invitatus calamum contrà illam sectam strinxerit, cujus divina scriptio nobis abundè suggerit Argumenta, quæ huic errori opponere possumus. Unum tamen annotabimus ex Ignatio, Patrum antiquissimo, in Epist. ad Tarsenses, in quâ majestatē divinitatis τῦ λόγυ collectis multis sacræ scripturæ testimoniis contra hác pestem masculè tuetur; Verba hæc sunt: sed neque ψιλὸς ἄνθρωπος, nudus vel merus homo est, per quem & in quo facta sunt omnia: omnia enim per ipsum facta sunt. Quando faciebat cœlos, una ipsi aderant, & ibi aderant illi, coaptans singula, & congratulabatur mihi quotidiè, congaudeatque. Quomodo merus homo audiit, sede à dextris meis? Quomodò verò dicebat, antequam Abraham fieret, ego sum? Et, glorificabis me gloriâ, quam habui antequam esset mundus. Qualis verò homo, dicet: Descendi de cœlo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me. De quo porrò homine dicebat: Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & Mundus illum non cognovit; In propria venit, & sui eum non receperunt. Quomodo igitur hic merus homo, & qui ut esset ex Mariâ cœpisset exordium, & non potius DEVS Verbum? & unigenitus filius? In principio enim erat Verbum, &c. Et in Epistolâ ad Philippenses idem Ignatius divinitatem ex miraculis probat, inquiens: Quomodò non Deus hic est, qui mortuos suscitavit, claudis perfectum reddidit gressum, leprosos mundavit, cœcis restituit visum? Ea quæ sunt vel augens, ut quinque illos panes & duos pisces: Vel immutans, ut Aquam in vinum, dum verò exercitum solo fugans verbo? Undè jam in Epistolâ ad Philadelphenses sic cōcludit: Si quis dicat unum quidem esse Deum, & confiteatur Christum Iesum, sed eundem nudum esse hominem putet, non autem Deum unigenitū, sapientiam & Verbum Dei, sed solâ animâ & corpore illum constare censeat, hujusmodi serpens est, fraudem & errorem prædicans in exitium hominum, & est ejusmodi inops sensu, cognomento Ebion.

Autoritas S. Iohannis sufficit contra Ebionem

Ignatius scripsit contra Ebion. & Cer.

Argumēta Ignatij contra Eb. & Cer.

Ebion inops sensu

S 3 CAP.

CAP. III.

De Elcesiis & Artemone.

Elcesij. Elchesaita. Sampsei.

QVod doctrinæ genus Elcesiorum & Artemonis attinet, in eo nihil aut parum variantiâ præcedentibus Ebionitis. Dicuntur autem Elchesaitæ,& secundum Augustinum Elcesii &Sampsei. De quibus ita Epiphanius contra Ebionæos: Ebion velut dixi, Christum ex semine viri, id est, ipsius Ioseph esse decrevit. Temporis verò progressu,& huc usque sectatores ejus propriâ mente ad inconstantiam ac hæsitationem conversâ alij aliter apud ipsos de Christo narrant. Fortassis autem ab eo, quod conjunctus fuit ipsis, Elxeus Pseudopropheta, apud Sampsenos & Ossenos & Helcesenos appellatos, velut illi imaginationem quandam de Christo & de Sancto Spiritu recensent. Quidam enim ex ipsis etiam Adam Christum esse dicunt, illum primum formatum,& à Dei inspiratione insufflatum. Alij inter ipsos ex supernis quidem esse, præ omnibus verò creatum esse, ut quiSpiritus sit, & super Angelos sit, & super omnes dominetur, & Christus appelletur,& illic seculum sortitus sit: veniat autem huc quando vult, velut etiam in Adam venit, & Patriarchis apparuit corpore induto,& ad Abraham venit, & Isaac & Iacob. Idem in extremis diebus venit, & ipsum corpus Adam induit, & conspectus est homo, & crucifixus est, & resurrexit,& ascendit. Rursus autem quãdo volunt, dicunt non, sed in ipsum venit Spiritus, qui est Christus, & induit ipsum, qui Iesus appellatur. Et multa est apud ipsos vertigo, aliis aliter atque aliter de ipso tractantibus. Sic ille. Quibus posterioribus verbis Epiphanius rem acu tetigit. Spiritus enim vertiginis, quo acti sunt hi Hæretici, effecit, ut numerus Hæresium in tantum excreverit. Nam & illi, qui eiusdem sectæ fuerunt, ita inter sed divisi sunt, ut novam speciem constituere visi sint. Porrò in loco de scripturâ idem quoque cum Ebionitis statuerunt, utebantur enim testimoniis de Novo & Veteri Testamento, quibus volebant, & Apostolum Paulum ex integro respuebant. Libellum etiam quendam circumferebant, quem de cœlo lapsum ajebant, cujus verba si quis audiret, Remissionem ipsum peccatorum suorum dicebant accipere. Denique & gravem fovebant errorem de confessionis Articulo. Nam si quis in persecutionibus negaret fidem, illum nihil criminis putabant committere, modò corde tantum in fide permaneret. Secus quam Paulus docet Rom. 10. 10. Et Augustinus inquit, super Psal. 118. Pactum Dei non observant, qui persecutionem

Elxeus Pseudopropheta Sampseni. Osseni. Helcesenis

Spiritus vertiginis multiplicat Hæreses.

Elcesij Ebionitis consoni.

Libellus Elcesiorum de Cælo lapsus.

Simulata Confessio Elcesiorũ.

nem tolerantes à testimonis Dei negando declinaverunt. Contra quem errorem etiam Origenes accuratè disputavit. Vide de his Hæreticis plura apud Epiphanium Hær. 53. l. 2. Tomo 1. Item apud August. ad Quodv: Confer cum Valenti discipulis supra Classe præcedenti. Artemon, qui & Artemo & Artemas dicitur etiam hujus farinæ Ebioneæ fuit. Nocentissimum enim virus suum ex Ebionis libris recoxit & evomuit: Habuitque & ipse discipulum primarium Theodotum Coriarium: qui Theodotum alium item discipulum habuit mensarium, & Asclepiodotum. Qui omnes hominem tantummodò Christum asseverant. Condemnatus autem fuit hic Artemo à Victore Episcopo Romano sub Imperatore Severo. Fuit hoc quod dixi *principale* Erroris caput de Christo, quod peculiari libro refutatum narrat Eusebius lib. 5. cap. 28. quem ipse viderit. Ubi & nonnullorum aliorum errorum meminit: Nimirum quod scripturas divinas sine ullâ Reverentiâ corruperit, & Antiquæ fidei Canonem reprobârit, ac Christum ignoraverit. *Deindè* quod scripturis & divinitati Christi Sophisticam artem syllogismorum opposuerit. *Tertiò* quod relictis scripturis Geometriam exercuerit. *Quartò* quod scripturam per Euclidem, Aristotelem, & Theophrastum exposuerit, quod Cacoethes Scholastici ab ipsis mutuati sunt.

Artemon. Artemo Artemas. Theodotus Coriarius. Theodotus mensarius. Asclepiodotus.

Scholastici mutuantur ab Artemone.

CAP. IV.

De Noeto, Sabellio, Praxeâ.

HI Hæretici in eo conveniunt, ut uno nomine Patribus dicti sint Patripassiani: Nam parente suo Ebione, & avo Simone Mago, ipsisque Iudæis volebant videri; si non prudentiores, nonnihil tamen cautiores. Certum enim est, Iudæos personarum Divinarum distinctionem non tantum nô admittere, sed planè irridere & tollere: Quorum genuinus discipulus Simon Magus & fuit & mansit, atque ex sese, ut omnes alios, ità etiam hoc viperarum genimen peperit & produxit.

Patripassiani, prudentiores Ebione & Simone volebant videri.

Sed nos de singulis his tribus speciatim dicemus. Noetus ex Asiâ oriundus fuit, Smyrnæ natus, quæ fuit civitas Ioniæ. De quâ Ecclesiâ Smyrneâ Iohannes testatur Apocal. 2, 8. Quod in eâ fuerint, qui se Iudæos dixerint & non sint, sed potius Synagoga Satanæ. Ex quâ Satanicâ Synagogâ Noetum prodiisse res ipsa loquitur. Hujus ætatem Epiphanius supra suum seculum ponit Annis 130. plus minus. De quo hanc Historiam idem narrat, quod effutiverit, Patrem passum esse. Quo nomine accersitus à Patribus ad reddendam de his verbis rationem, negavit se dixisse.

Noetus natus Smyrnæ.

se dixisse. Posteà autem tantæ temeritatis processum, ut palàm hoc ipsum docuerit. Ubi denuò accerseretur, erupit in hæc verba: Quid malè feci? Unum Deum glorifico, unum novi, & non alium præter ipsum, genitum, passum, mortuum. In quo errore cum pertinaciter substitisset, expulsus est ex Ecclesiâ, & sic in excommunicatione mortuus est.

Noeti Confessio vera sed non plena.

Noetus excommunicatus moritur.

Quod Sabellius hujus Noeti discipulus fuerit, Philastrius, Augustinus, & Isidorus ab alijs perhibitum testantur. Reprehendit autem idem Augustinus ad Quodvult: hoc in Epiphanio, quod ex Noetianis & Sabellianis duas diversas sectas fecerit, quas nihil inter se ait differre, nisi quod Sabellianorum nomen famosius sit Noetianis: Et ita non plures sectas, sed unius sectæ plura nomina tantum esse. Fuit autem Sabellius natione Pentapolitanus, ex Ptolemaide civitate.

Sabellius Noeti discipulus.

Augustinus ab Epiphanio dissentit

Praxeas

Praxeas etiam horum & discipulus & assecla fuit, quem Augustinus in Africâ fuisse testatus est: quanquam & Romæ eum fuisse, eoque venenum suum ex Asiâ attulisse Tertullianus testetur, in libro, quem integrum contra Praxeam evulgavit. Undè hi quoque Praxeani dicti sunt. Quibusdam etiam Hermogeniani, sed malè, ut deinceps suo loco dicemus. Vulgariter autem hodiè Patripassiani aut Sabelliani dicuntur, obscuratis jam aliorum collegarum nominibus.

Patripassianorum error.

Præcipuus autem horum omnium error erat, quod unam tantum in Deitate Personam agnoscebant, ne enim fateri cogerentur, Filium Mariæ Christum verum Deum, & ita secundam Deitatis Personam esse, unam tantum Personam fingebant, atque ita eandem esse Personam divinam, quæ sit Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Ubi autem de differentiâ Patris, Filij & Spiritus Sancti quærebatur, varia comminiscebantur. Veluti I. quod unum essent ὑποςάσει, sed tamen tria haberent nomina: Haud absimilem in modum, quam si in theatricis Actionibus unus Homo tres Personas sustineret, aut sicut Poetæ gentiles de suâ Dianâ fabulabantur, quæ in cœlo esset luna, in sylvis Diana, apud inferos Hecate & Proserpina, juxta illud Virgilij l. 4. Æneid.

Differentia Patris, Filij & S. Sancti qualis apud Patripassianos.

Diana sustinet tres Personas.

——— *Tria virginis ora Dianæ.*

Item dicebant distinctionem esse non Realem sed Rationis: pro diverso respectu & diversâ operatione: sicut & potentia vegetans, sentiens & intelligens, una tantum anima est. Qui magis sobrij esse videbantur, ad officiorum differentiam refugiebant. Nam ut scribit Isidorus, Trinitatem non in Personis, sed officiorum tantum nominibus accipiũt. Deum enim suo officio fungi in cœlis, & sic Patrem: eundem Officio fungi in terra, & sic Filium: Denique in viribus Creaturarum & quando novos motus accendit in cordibus Credentium, & sic Spiritum Sanctum esse & appellari.

Ex

Ex quibus Hypothesibus jam seqnitur ultrò, quod Pater etiam passus sit: Imò ipsum Deum Patrem descendisse in virginem, ipsumque ex eâ natum, passum, ipsum denique esse Iesum Christum, crucifixum, mortuum, qui ipse sibi ipsi sedeat ad dexteram, sicut Tertullianus contrà Praxeā scribit, in lib. de præscript. & adversus Praxeam. Et quid facient de Spiritu Sancto, nonnè & ipse erit natus, passus, crucifixus? Undè jam liquet, quod appellatio Patripassianorum nimis angusta sit, quam ut omnem Absurditatum harum colluviem denotet & comprehendat. *Absurda Patripassianorum.* *Patripassianorum appellatio nimis angusta.*

Nam & Patrinatiani, & Patrimortiani, & Patricrucifixiani, & Patrisessiani essent dicendi. Siquidem per omnes fidei Apostolicæ Articulos pervagatus sit hic ipsorum error. Et ut Magius Victorinus Afer lib. 1. illos rectè describit: Patripassiani Deum solum esse dicunt, quem nos Patrem esse dicimus, ipsum solum exsistentem, & effectorem omnium, & venisse non solum in mundum, sed & in carnem, & alia omnia, quæ nos Filium fecisse dicimus. Athanasius refert, Episcopos pentapoleos Lybiæ etiam lapsos in Hæresin Sabellij, Filiumque Dei negâsse, ejusque humana omnia Patri imputâsse. Vide Epistol. de sententiâ Dionysii cōtra Aphricanos. Et Cyprianus expositione in Symbolū pagin. 497. sic inquit. His additur Invisibilē: & Impassibilem sciendū quod duo isti sermones Ecclesiæ Romanæ symbolo non habentur: Constat autem apud nos additos, hæreseos causâ Sabellij illius profectò, quæ à nostris Patripassiana appellatur, id est, quæ Patrem ipsum vel ex Virgine natum dicit, & visibilem factum, vel passum affirmat in Carne. Ut ergò excluderetur talis impietas de Patre, videntur hæc addidisse majores, & invisibilem Patrem atque impassibilem dixisse. Sic ille. *Patrinatiani. Patrimortiani. Patricrucifixiani Patrisessiani.* *Invisibilis & Impassibilis Epitheta adduntur.*

Notandum etiam quod alio quoque nomine Monarchiani dicti sint, qui Homericum illud ex Metaphysicis attulerunt: *Monarchiani Heretici.*

οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω.

Quia autem hæc Hæresis Sabelliana, non visa est applausu carere, ideò operæ precium erit, considerare fundamenta ipsorum, quibus nixi sunt. Testatur autem Epiphanius illos duobus modis suo errori fucum fecisse. *Fundamenta Sabellianorum duo.*

1. Ex Apocrypho & falso Evangelio secundum Ægyptios, cui quidam hoc nominis eos imposuisse tradit, in quo multa velut in abscondito mysticè ex personâ Salvatoris referantur. *I.*

Alterum fundamentum ex sententiis quibusdam Veteris & Novi Testamenti malè corruptis petebant. Quarum hæ erant præcipuæ Ut ex V.T. Audi Israel, Dominus Deus tuus unus est, Deuter. 6.4. Ego primus & ego post hæc, Esa. 41. 4. & 44. 6. Non erunt tibi Dij alij, Exod. 20. 3. Item In te adorabunt, quia in te Deus, & non est Deus præter te, *II.*

Responsio ad dicta à Sabellio prolata.

Esa.45.14. Quibus & similibus dictis respondemus, nihil facere illa dicta contrà nos, qui Unitatem Essentiæ divinæ contra pluralitatem Deorum constantissimè tuemur. Nam, ut habet Canticum Ecclesiæ, Deus genitor, Deus genitus, in utroque sacer Spiritus, Deitate sociâ: Non tres tamen Dij sunt, Deus verus unus est, Sic: Pater Dominus, Filius, Spiritusq; Dominus. Proprietas in personis unitas est & in Essentia. Majestas par & potestas, decus honor æquè per omnia. &c.

Differentia inter Unus & Unum.

Porrò ex N. T. hoc opponebant, quod Christus dixerat, Ego in Patre & pater in me. Ioh. 14.10. Et duo unum sumus, Ioh. 10.30. Quod dictũ August. lib. 5. de Trinitate Sabellianos ita ait corrupisse: Ego & Pater unum est. Sed Respondemus cum Tertulliano: Tres Unum sunt, non Unus: Quod enim dicitur, Ego & Pater unum sumus, ad substantiæ Unitatem, non ad numeri singularitatem pertinet. Præterea & hoc fundamentum Basilius in Epist. ad Neocæsarienses Sabellio tribuit: quia Christus dixerit, Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine Patris, Filij, & Spiritus Sancti, Matth. 28.19. Ergò cum dixerit in nomine, non in nominibus, inconveniens putabat tres profiteri personas. Sed facilis est Responsio, propter Essentiæ unitatem in singulari non in plurali sic dici. Denique usurpaverunt & illud Pauli, referente Epiphanio: Quorum sunt patres, ex quibus est Christus secundum carnem, qui est in omnibus Deus benedictus. Rom: 9.5. Sed ut hoc dicto Filij vera & summa Deitas astruitur, ita nihil pluritati personarum in Deo derogatur. Vocabulum enim Dei aliquando Essentialiter, aliquando Hypostaticè accipiendum est. Cætera legantur apud Patres, qui ex professo contra hos errores in Antiquitate scripserunt. Adde Thomam, 1. parte Sum: quæst. 31. Artic. 2. ubi multas locutiones improbat, quæ evitari debent in divinis propter Sabellium & Arrium, utpote Hæresiarchas sibi è diametro oppositos. Quæ commonefactio cum valdè necessaria & utilis sit, ad confutandum Sabellium, hoc loco illam propter juniores ex Thomâ describemus. Sic autem ille. Dicendum quod ex verbis inordinatè prolatis incurritur hæresis, ut Hieronymus dicit: Ideo cum de Trinitate loquimur, cum cautelâ & modestiâ est agendum. Quia ut Augustinus dicit in 1. de Trinitate, nec periculosius alicubi erratur, nec laboriosius aliquid quæritur, nec fructuosius aliquid invenitur. Oportet autem in his, quæ de Trinitate loquimur, duos errores oppositos cavere, temperatè inter utrumque procedentes, scilicet errorem Arrij, qui posuit cum Trinitate, personarum Trinitatem substantiarum: Et, errorem Sabellij, qui posuit cum unitate essentiæ unitatem Personæ. Ad evitandum igitur errorem Arrij, vitare debemus in divinis nomen *diversitatis* & *differentiæ*, Ne tollatur Unitas essentiæ: Possumus autem uti nomine

Object. In nomine non in nominibus.

Respõsio.

Rom. 9.5

Aquinas contra Sabellium.

Error Arrij Sabellij contrarius.

nomine Distinctionis propter Oppositionem Relativam. Undè sicubi in aliquâ scripturâ Authenticâ diversitas vel differentia Personarum invenitur, sumitur Diversitas vel Differentia pro distinctione. Ne autem tollatur simplicitas divinæ Essentiæ, vitandum est nomen *separationis* & *divisionis*, quæ est Totius in Partes: Ne autem tollatur æqualitas, vitandum est nomen *disparitatis*, Ne verò tollatur similitudo, vitandum est nomen *Alieni* & *Discrepantis*. Dicit enim Ambrosius in lib. de Trinit. quod in Patre & Filio non est discrepans, sed una divinitas. Et secundum Hilarium, ut dictum est, in divinis nihil est separabile. Ad vitandum verò errorem Sabellij, vitare debemus *singularitatem*, ne tollatur communicabilitas Essentiæ divinæ, undè Hilarius dicit 7. de Trinit. Patrē & Filium singularem Deum prædicare, sacrilegium est. Debemus etiam vitare nomen *unici*, ne tollatur numerus Personarum, undè Hilarius in eodem libro dicit, quod à Deo excluditur singularitas atque Unici intelligentia. Dicimus Te unicum Filium, quod non sunt plures Filij in divinis, neque tamen dicimus unicum Deum, quod pluribus Deitas est communis. Vitamus etiam nomen *confusi*: Ne tollatur ordo naturæ à personis. Undè Ambrosius dicit in 1. de Trinit. Neque Confusum est, quod unum est, neque Multiplex esse potest, quod indifferens est. Vitandum etiam nomen *solitarij*, ne tollatur consortium trium Personarum. Dicit enim Hilarius in 4. de Trinit: Nobis neque solitarius, neque diversus Deus est confitendus. Hoc autem nomen *Alius* masculinè sumptum non importat nisi distinctionem suppositi. Undè convenienter dicere possumus, quod Filius est alius à patre, quod scilicet est aliud suppositum divinæ naturæ, sicut est alia persona, & alia Hypostasis. Hæc Thomas.

Distinctionis vox melior quā Diversitas. Voces Separationis & Divisionis evitanda. Item Disparitatis. Item Alieni & Discrepantis. Item Singularitatis. Item unici. Item confusi vox. Item Solitarij. Vox Alius importat distinct. Suppositi.

CAP. V.

De Symmacho & Photino.

Symmachus & Photinus famosi admodum sunt discipuli Ebionis Nam de Symmacho ita narrat Nicephorus lib. 5. c. 12. Historiæ suæ: Sciendū porrò Symmachum interpretem Ebionitarum sectæ fuisse, quæ (sicuti in superioribus exposuimus) inopes quasdam & mendicas Opiniones de Christo induxit. Illum scilicet purum esse, Hominem & ex Ioseph & Mariâ principium & ortum sumsisse, legemque Iudaico more observari oportere confirmans. Edidit quoque Symmachus in sacrum Matthæi Evangelium commentaria, ex quo hæresin suam astruere & stabilire videtur. Ea verò Commentaria Symmachi unà cum ejusdem scriptura-

Symmachus. Symmachus commentatur in Matthæum.

rum Versione Origenes scripsit se à quâdam Fœminâ Julianâ recepisse, quæ quidem Fœmina eos libros ab ipso Authore acceptos apud se reservârit. Sic ille. Idem & videatur apud Eusebium lib. 6. ca. 17. Et Hieronymum, qui in I. prologo super Iobum, Aquilam, Symmachum, & Theodotionem Iudaisantes Hæreticos appellat, qui multa mysteria Salvatoris subdolâ interpretatione celârint.

Aquila, Symmachus, Theodotion judaisant.

Photinus quando vixerit.

Photinus vixit circa annum Domini 345. De quo legatur Historia Tripartita lib. 5. ca. 6. & 8. Et Nicephorus. lib. 9. ca. 31. Et Epiphanius cōtra Photinianos, Hæresi 71. lib. 3. Tomo. 1. Socrates lib. 2. c. 8. Et lib. 7. ca. 32. Sozomenus lib. 4. ca. 6. Theodoretus lib. 5. ca. 11. Fuit autem hic Photinus è minori Galatiâ ortus, Episcopus, qui cum Episcopatum Syrmiensem administraret, sub Constantio virus suum ab Ebione & Cerintho magnâ parte mutuatum propagare cœpit. Fuit autem Vir Eloquens, & ad persuadendum idoneus. Multa ipsi in Græco & Latino sermone gratia fuit. Quæ omnia ingenij bona, ut Hieronymus ait, uno superbiæ malo perdidit. Qui idem testatur, eum multa scripsisse Volumina contrà gentes omnesque Hæreses, sed in hoc solum, ut dogma suum confirmaret. Erant autem præcipue duo sui erroris capita. I. cum antegressoribus suis Christum nudum quidem hominem dixit, sed in eo voluit reliquis videri cautior, quod non ex commixtione, sed ex solâ Mariâ ipsum operante Spiritu Sancto natum fuisse asseruerit, Virgineum scilicet partum liberaliter concedens. II. Ut apud Athanasium exstat, idem Photinus blasphemavit, Christum per sanctæ conversationis meritum eximio Divinitatis honore dotatum, atque Actionum merito in Deum profecisse. Statim autem in primordio istius erroris vehementer contrà ipsum disputatum est. Prolixè enim repetit Nicephorus dicto loco, quomodo publica Synodus Syrmiensis contrà ipsum celebrata fuerit, in quâ amicè & fraternè admonitus fuit, ut errorem suum abjiceret. Sed cum pertinaciter in illo persisteret, & ne quidem audire Patres synodi sustineret, sed ad disputandum audacter provocaret, jussu Imperatoris certâ die dictoque loco, quicunque doctrinâ, eloquentiâ & honore alios antecellere videbatur, provocabatur. Conditionem disputandi accepit Basilius, qui tum Ancyranam curabat Ecclesiam. Concertatio ea longè producta fuit. Notarij, qui celeri manu utriusque dicta exciperent additi sunt, in quâ Basilius Photino longè superior evasit, cum hoc eventu, ut Photinus ad exilium damnaretur, in quo etiam mortuus est. Præterea pertinet & hoc ad Errores Photini: quod Orientales Episcopi in Formula sua Fidei quam μακρόστιχον appellabant, Marcellum & Photinum arguebant, quod sicut initium Regni Christum habuisse, ita etiam finem

Photinus Vir Eloquēs.

Photinus superbus.

Photiniani Erroris Capita duo. I. II.

Photinus neminem vult audire.

Basilius disputat contra Photinum

Photinus errat de Regno Christi.

finem id habiturum docuisset. Nicephorus Callist. lib. 9. cap. 11. Eccles. Historiæ.

Porrò duo præcipuè sacræ scripturæ dicta sunt, quibus retundi Vesania Photiniana potest. *Primò* Ierem. 17. 15. Maledictus qui confidit in homine. Maledictus igitur Photinus, qui quamvis sanctum & cunctis virtutibus excelsum Christum prædicet, nudum tamen hominẽ credit & ei confidit, etiam contra illud Pauli Galat. 1. 1. Non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum. Deindè alter scopulus est, in quem impingit dictum ipsius Dei apud Esaiam ca. 42. 8. Gloriam meam alteri non dabo. Si igitur Christus alter est, nudus scilicet Homo, nunquam particeps erit immensæ & divinæ Deoque propriæ huius gloriæ.

Sed videantur, qui contra hunc Hæresiarcham prolixè & nervosè scripserunt, ut Arnobius, Gregorius, Nazianzenus, Victorinus, Damasus, & nulli non alij præter illos Patres, quos in Synodo Syrmiensi collectos jam ante diximus. Ambrosius etiam sic contrà eundem lib. 3. Hexameri inquit: Pater Deus dicit ad Filium, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & tu Photiniane dicis, quia in constitutione mundi adhuc non erat Christus? *Scriptores contra Photinum.*

Quomodo autem Diabolus ex imo Inferni barathro hunc Hæresiarcham per modernos Neoarrianos vel Photinianos in Poloniâ, Transylvaniâ & alibi resuscitaverit, & infinitis aliis erroribus veterem errorem cumulaverit (adeò ut ne ulla Religio tam vana & vesana sit, undè non aliquid veneni collegerit) id proh dolor, in propatulo est, adeò ut hæc Photiniana colluvies ex Papistis, Anabaptistis, & aliis tam novis, quam veteribus Hæresibus collecta, nihil aliud sit neque rectius dici possit, quam plaustrum stercorarium (Ein Dreckwagen.) Quod enim quidam Anabaptistæ in Belgio fecisse leguntur, ut cujuscunque Religionis homines ad sese sub titulo plaustri stercorarij palam circumvecto curru susceperint, id in libris horum Photinianorum in literâ fieri expressè & ad oculum videmus. Videantur contra illos novos Photinianos nervosissima nostrorum Theologorum scripta. Imprimis Theologi Witebergenses hoc ævo, qui Davidico planè spiritu & robore cœlitus induti hanc colluviem cum ipsorum scriptis Catecheticis, & aliis schartecis hinc indè sparsis, viriliter & fortiter per Verbum Dei retuderunt. Quo brevitatis studio remittimus pium Lectorem.

Novi Photiniani.

Colluvies Photinianorum, Ein Dreckwagen.

Vide Schlusselburgiũ in Catal. Haret. t. Anabap.

Scriptores contra Neophotinianos.

CAP. VI.

De Macedonianis & Eudoxianis.

Pneuma tomachi sunt Macedoni & Eudoxij.

Descriptio Macedonij ex Chemnitio.

Macedonius non Logicus sed Carnifex est in disputando.

Ora ligno aperiuntur ad Eucharistiã Macedonij.

Eudoxius sectator Macedonij.

Neutralista inter Pneumatomachos.

SIcut paulò supra quidam uno nomine dicti sunt Patripassiani, ita hi uno nomine dicti sunt Pneumatomachi. Oppugnârunt enim cum divinitate etiam æternitatem Spiritus Sancti. Macedonium quod attinet, eius descriptionem D. Chemnitius in Locis suis communibus quantum huic tempori sufficit, satis plenè describit, inquiens: Circa Annum Domini 340. fuit Macedonius quidam, successor Alexandri illius, qui se primus opposuit Arrio, homo natus ad turbationem, solâ crudelitate nobilis. Dissentientes enim à se non fraternis & placidis Admonitionibus in viam reducere studebat, nec disputando vincebat: sed impetratis ab Imperatore militum copijs, non ex Dialecticorum Locis, sed ex Carnificum officinis (sicut inquit Hieronymus) solvebat Argumenta, & in Paphlagoniâ facta est magna cædes, procurante Macedonio, sicut annotavit Suidas. Et in Tripartitâ Historiâ lib. 4. ca. ult. scribitur: Cum homines ab eius communione se subtraherent, id est nollent ex ipsius manibus ἐυχαριςίαν accipere ligno eorum ora aperiens per violentiam dedit illis ἐυχαριςίαν. Tali cum esset ingenio, ne frustrà cathedram Episcopalem novæ Romæ tenere videretur, movit certamen contra Spiritũ Sanctum. Et factum est paucis annis post Nicenam Synodum, cum mortuo Constantino Arrianismus atrociter recrudesceret. &c. præcipuè autem docuit per S. Sanctum non intelligendum Personam Divinitatis per se subsistentem, sed tantum significari novos illos motus, quos Deus excitat & creat in cõversis. Videatur hic etiã Nicephorus, lib. 9. ca. 30. Histor. Tripart. lib. 5. ca 31. Nazianz. Tractat. 45. instructio. Fulgẽtius lib. ad Donat. Augustin. Ep. 50. Hunc Macedoniũ sectatus est Eudoxius, & alij quam multi, qui omnes finxerunt, Spiritum Sanctum esse quidem Angelicis virtutibus præstantiorem, sed non Deum vel Dominum. Et licet Macedonius primò negâsset, Spiritum Sanctum esse Personam, tamẽ alij posteà convicti manifestis scripturæ testimonijs, concesserunt esse Personam, sed detraxerunt illi divinitatem, neque voluerunt esse Patri & Filio ὁμοούσιον, sed minorem. Inventi sunt & Naturalistæ inter eos, qui se neutrum velle asserere dicebant, an Spiritus Sanctus esset Deus, vel creatura, cum scriptura neutrum manifestè declararet. Ità Diabolus semper habuit suos discipulos, per quos duo Extrema, & ipsum quoque mediũ non reliquit intentatum. Inter quos omnium periculosissima sempet Medianorum fuit tentatio. Nam cum Virtus in medio sita sit, sub nomine Medij plures eõ facilius decipere potuit.

Abute-

Abutebantur autem ad probandam hanc suam blasphemiam illis Locis scripturæ, ubi nomen Spiritus pro solis donis & motibus Spiritus creatis usurpatur. Itē Testimonio Iohannis, ca. 7 39. Nondū erat Spiritus Sanctus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Sed rectè respondet Chemnitius, quod Pneumatomachorum totum delirium fuerit Fallacia Figuræ dictionis, hoc est, quod abutebantur illis Locis, ubi vocabulum Spiritus in aliâ significatione usurpatur. Undè quia vocabulum Spiritus πολύσημον est, videndum erit ex Textu circumstantia, in quâ significatione sit accipiendum. In allegato dicto autem loquitur Evangelista de visibili Spiritus sancti effusione. Præterea Macedonius etiam hinc sumit prætextum sui erroris, quod in Synodo Nicenâ manifestâ asseveratione ponatur, Patrem esse Deum, Filium esse Dominum & Deum, sed de Spiritu Sancto tantum indeterminatè dicatur: Et in Spiritum sanctum: sine additione Dei vel Domini. Sed Respondetur, ex intentione synodantium, quibus constitutum fuit, ex professo Arrium damnare, qui non præcipuè de spiritu, sed tantum de Filio contendebat.

Argumenta Pneumatomachorum. Ioh. 7. 39. Resp. Chemnitij.

In Synodo Nycena pater non dicitur Deus.

Afferebant & illud, Amos 4. 13. Ecce Deus creans Spiritum. Resp. Ruach, Spiritus, ventum ibi significat. Ita etiam hîc manifesta est Fallacia in Dictione.

Responsio. 1 Obi. Amos 4. 13 Responsio.

Sed nostro quoque seculo eadem Blasphemia recruduit per Anabaptistas quosdam, & Campanum, qui rabiosè clamârunt, Spiritū Sanctum non esse ab æterno, sed cœpisse primum post glorificationē Christi. Quorum refutationem vide in locis communibus Chemnicij, in loco de Spiritu Sancto. Contra Macedonianos Synodus Constantinopolitana Universalis coacta est. Distinct. 15. c. Canoni.

Anabaptista & Cardanus Pneumatomachi.

CAP. VII.

De Aetianis & Eunomianis.

AD classem Pneumatomachorum, de quibus paulò ante diximus, etiam haud obscurè pertinent Aetiani & Eunomiani.

Aetiani ab Aetio denominati sunt, cujus se discipulum Eunomius professus est, à quo etiam Eunomiani dicti sunt, & per ἀντίφρασιν, Anomi, Anomei, & Anomiani, quasi sine lege: sicut etiam Aetius per allusionem ἄθεος, Patribus nuncupatus est, eò quod naturâ morum depravatorum hisce nominibus convenienter responderet. Quis autem Aetius, quis Eunomius fuerint, accuratè & prolixè in unum collegerunt Centuriatores Magdeburgenses, Cent. 4. cap. 11. Ex Epiphanio, Hæresi 76. & Niceph. lib. 9. ca. 17. & aliis Historicis, undè qui volet ista petat

Aetius Eunomij discipulus. Anomi. Anomei Anomiani. Aetij & Eunomij

à Magdeburg. descripti

petat. Initium hujus sectæ Hieronymus in Annum Domini 377. collocat. Occasionem & fontem hujus erroris fuisse, Socrates & Ambrosius testantur, quod Categoriarum Aristotelicarum sophismate impediti, Scripturarum autem sacrarum rudes, intelligere neque potuerint, neque voluerint, quomodo sit ingenita generatio, & quomodo quod natum sit, coæternum sit ei, quod genuit, id est quæ ipsis contradictoria videbantur, nolebant admittere in Fidem.

Occasio Erroris Aetij Aristoteles.

Quadraginta septem Epicheremata Aetij.

Quæ autem errorum ipsorum capita fuerint, apud Epiphanium legatur, ubi opusculum Aetij producit, in quo continentur 47. Epicheremata, de Deo genito & ingenito, quæ ibidem confutat per aliquot pagellas, nos præcipuos tantum errores delibabimus.

Aetius Deum perfectè scit.

Utpote 1. De Deo dicunt, se exactè & perfectè Deum cognoscere haud secus, ut quis omne visibile, & quod manibus contractatur cognoscit: Adeò ut quidam eorum dixerit, ita Deum novi sicut meipsum: Et nõ in tantum novi meipsum sicut Deum: Sed ille Asinus, eo ipso seipsum nõ novit, nedum DEUM.

Aetio Tres qualitates Trinitatis.

2. De Trinitate dicebant, Tres esse diversas Qualitates & substantias, ut Auri, Argenti, & æris. Et Patrem quidem fecisse Filium, qui sit creatura, fecisse Spiritum, recensente Philastrio.

3. De Christo credebant, Filium Patri dissimilem, nec esse ejusdem Essentiæ, sed ex superveniente Voluntate procreatum. Vide Sozomenum lib. 8. cap. 26. Theodoretum lib. 4 Hæreticarum Fabularum. Basilium, lib. 1. contra Eunomium. Athanas. Disput. contra Arrium.

4. Spiritum Sanctum à Filio creatum, non esse ἀυτοούσατον & alterum à Patris & Filij substantiâ. Sozomenus l. 6. c. 22. Basil. l. 2. contra Eunom. Quare Spiritum Sanctum nec sanctum vocant, nec Deum esse credunt. Qui errores Aetianis & Eunomianis communes fuerunt.

Aetiani non curant Peccata.

Peculiare autem hoc sibi habuerunt Aetiani, quod Peccatorum nullam rationem egerint. Nam cum quidam stupri cum muliere commissi caussâ ad Aetium deferretur, id corporalis necessitatis & ministerij esse dicebat, perinde atque Aurem scalpere: proh pudor!

Eunomius baptisatos rebaptisat.

Eunomij proprium commentum fuit, baptisatos rebaptisare, & quidem cum blasphemâ corruptela Formulæ Institutionis Christi; ad hunc modum: Baptiso te in nomen Dei increati, & nomen Filij creati, & in nomen Spiritus sanctificati, & à creatore Filio creati, ut refert Eusebius.

Formula baptisandi mutata.

Porrò præcipuum illorum σόφισμα, contra Deitatem Filij fuit: Ingenitum genito non est simile. Pater ingenitus est, Filius genitus. Ergò Filius à Patre est dissimilis.

Resp. per Instantiam: Adam est ingenitus, Abel & Seth geniti: Ergone

gonè ob id filij dissimiles Patri? Ergonè dissimilis cum ipso naturæ? Respondet autem Basilius huic Sophismati breviter & nervosè, inquiens: Genitum & ingenitum est δήλωσις τῆς ὑπάρξεως, οὐ τῆς οὐσίας, significatio diversitatis, non Essentiæ, sed existentiæ. Cujus Basilij libri Quinto, quos contrâ Eunomium fabricavit, videantur in ipsius Operibus. Gregorius Nyssenus quoque frater Basilij contrà Eunomium scripsit: sed is liber non exstat. Elegans tamen dictum ex illo libro citatur à Gelasio, in Hæresiologia, mihi, pag. 692. Plura de his vide apud Gregorium Nazianzenum, & apud Ruffinum lib. 1. ca. 25. Et in Histor. Tripart. lib. 5. ca. 41. Disputat etiam contra eundem Augustinus lib. 16. de Trinit. Et Magister sententiarum, lib. 1. Dist. 6.

CAP. VIII.

De Apollinaristis.

Digna sunt memoriâ, quæ Dominus Chemnicius prolixè de Apollinari ex Antiquitate collegit: utpote primum, quis Apollinaris fuerit? (2) quis ipsius error? (3) quæ occasio erroris (4) Argumenta sui erroris. Denique fundamenta, quibus contra ipsius sententiam inniti possimus. Quæ prolixè in Locis communibus de Filio, pag. 81. & 460. Et de duabus Naturis in Christo, pag. 41. legi possunt. Quibus vestigijs nos quoque insistemus. *De Apollinari D. Chemnicius.*

Primò ergò fuit Apollinaris vel Apollinarius, Episcopus Laodiceæ in Syriâ, vir ob singularem eruditionem in omni genere doctrinæ etiam exteris Pholosophis suspiciendus. In Ecclesiâ verò utilem operam navavit suis discipulis, texens quædam brevia ὑπομνήματα super universam scripturam. Fuitque unus ex præcipuis promachis τοῦ ὁμοουσίου, qui Arrianos tantâ dexteritate refutavit, ut affirment historiæ, Athanasium præ ipso ὡς παῖδα κριθῆναι, tanquam puerum censeri. Lapsus igitur tanti viri profundè inculcat nobis illud Pauli, qui stat videat ne cadat. Addit historia tripartita, lib. 5. ca. 44. quod duo fuerint ejusdem nominis Apollinares, pater & filius, quod idem & Suidas testatur. Volunt tamen quidam scriptorum, filium tantum sic errasse; non patrem, quidam autem asserunt filium à patre hanc hæresin tanquam per hæreditatem imbibisse, quod nos in medio relinquimus. *Apollinaris quis? Donorū diversitas in Patribus.*

Secundò, errorem quod attinet, hic fuit: Disputavit Apollinaris, Christum assumpsisse quidem corpus vivens, id est, Animâ Vegetativa & Sensitiva præditum: Negasse autem mentem humanam seu Animam *Errores Apollinaris.*

 Ratio-

Rationalem Christum assumpsisse, sed divinitatem in illo corpore fuisse loco mentis vel Animæ rationalis, quia illud ἡγεμονικὸν illi corpori vel non convenire, vel non opus esse, adeò ut Apollinaris error humanæ naturæ in Christo unicam tantùm substantiam, corpoream scilicet, qualis est in Animantibus ἀλόγοις, tribuat. Incorpoream verò substantiam Animæ Rationalis, quæ ad integritatem humanæ naturæ tanquam pars eius essentialis pertinet, simpliciter negavit à Christo assumptam esse. Addit Histor. Tripart: dicto loco, quod primum dixerint, Animam à Deo λόγῳ in dispensatione Incarnationis non assumptam. Deindè quasi pœnitentiâ ducti, corrigentes semetipsos, adjecerunt, Animam quidem assumptam, quæ tamen non haberet mentem, sed Deum λόγον esse pro Mente in Homine assumpto, quod posteà ansam dedit iis Hæreticis, qui Monotheletæ dicti sunt, de quibus deinceps suo loco dicemus. Videatur & alius error Apollinistarum apud Basilium, Epist. 74. de Resurrectione: De quâ multa Iudaica & fabulosa cum Chiliastis, ut videtur, communia sparsit. Adhæsit his & alius insuper error, Animam ex anima nasci, sicut Corpus ex corpore, referente Hieronymo in Epist. ad Marcellinum.

Ansa Monotheletarum.
Chiliastæ Apollinaristæ.

Occasio erroris Apollinaris.

Tertiò: occasio erroris hæc narratur: Arriani fingebant carnem Salvatoris nostri παντὶ ἄψυχον esse, Illis Apollinaris se opposuit, & fervore contentionis cœpit movere illam Disputationem, de quâ jam dictum est. Arripiebant autem statim Arriani illam Apollinaris sententiam, ut hoc modo Appositiones καὶ πάθη, quæ in scriptura tribuuntur Filio Dei, possent referri ad Alteram tantum, scilicet divinam naturam τοῦ λόγου.

Alia occasio erroris Apollinaris.
Scribacitas facit Apollinarem errare.
In multiloquio peccatũ.
Familiaritas cum Sophistis facit Hæreticos.

Nam si λόγος haberet πάθη, jam facilè sequeretur, λόγον non esse naturâ Deum. Basilius adhuc aliam notat occasionem huius erroris. Tom. 2. Epist. 74. Nimirum scribacitatem, seu cacoethes scribendi. Verba Basilij ita sonant: Apollinarius haud parum & ipse Ecclesiam contristans: facilitati namque scribendi, quâ per occasionem ad quosvis irrepit, conjunctam habens efficientem linguæ facultatem, orbem libris suis replevit, contempto Ecclesiaste, qui cavendum esse dicit, ne multi fiant libri. In multitudine autem certum est, quod multa delinquantur, nam quomodo potest in multiloquio vitari peccatum? Sic ille. Historia Tripartita adhuc tertiam occasionem addit, nimiam familiaritatẽ cum Epiphanio sophista, Ambo enim (Pater & Filius) exercebantur cum hoc Sophista, ut cum essent eius Amici, valdè ipsum foverent. Et quamvis Theodorus Laodicensis Episcopus ipsis metueret, ne frequenti confabulatione Sophistæ laberentur in Paganismum, & ob id interdiceret illis scholam ipsius, tamen nullatenus passi se sunt ab illius Familiaritate

liaritate abstrahi. Ita verum factum est in ijs illud Syracidis: Qui picem tangit, inquinatur ab eâ. *Cap. 3. I.*

Quartò: Argumenta Apollinarij hæc potissimùm fuerunt. Primò colligebat omnia illa dicta, in quibus tantum carnis assumptæ fit mentio, E.g. Ioh. 1.14. Verbum caro factum est. Colos. 1, 22. Christus reconciliavit nos in corpore carnis suæ per mortem. Hebr. 5. 7. Christus in diebus carnis suæ obtulit deprecationes. Rom. 1, 3. Fructus lumborum Davidis dicitur. Ex quibus sic colligit: Hic nulla fit mentio Animæ: E. tantùm assumpsit corpus vivum absque anima intelligente. *Argumenta Apollinarij. I.*

Sed pueriliter responderi potest ex præceptis logicis: Si argumentum ab Inductione petitum valere debet, necesse est illud hâc clausulâ corroborari: Neque potest dari dissimile exemplum. At verò illud apertè falsum est, quoties enim Christus dicit, quod Animam suam daturus sit pro Ovibus? Item quod Anima sua tristis sit usque ad mortem? Ergò insufficiens est Inductio. Rem ipsam quod attinet, in eo est fallacia dictionis. Usitatissima enim in scriptura est illa Synecdoche, ut vel nomine Carnis, vel nomine Animæ, totus Homo significetur, constans Animâ Rationali & Carne. Veluti Ioel. 2. 28. effundam de spiritu meo super omnem carnem. Item Gen: 6, 12. omnis Caro corrupit Peccato viam suam. Et Gen: 46. 26. Tot Animæ profectæ sunt in Ægyptum. Rom: 3. 20. Non justificabitur omnis caro. Cur autem Evangelista Iohannes in verbis (Verbum caro factum est) maluerit vocabulo Carnis, quam hominis uti, id evidentissimè explicat Dominus D. Chemnicius, cap. 1. Harmoniæ Evangelicæ, pag: 86. Quod ibi legatur. *Responsio.*

Alterum Apollinarij Argumentum ex ratione petitum fuit. Sic enim arguebat: Unus tantum est Christus & una Persona. Sed si ponerentur in Christo duæ substantiæ Individuæ, & Intelligentes, tunc ex Definitione essent duæ Personæ. E. Christo tribuenda est tantùm una intelligens Natura, scilicet divina, quæ loco Mentis sit, & non Mens humana vel Intellectualis. *II. Arg. Apollinarij.*

Sed huic argumento responderi potest ex Definitione Personæ, quod sit substantia Individua, Intelligens, Incommunicabilis, quæ non sustentatur vel in alia vel ab alia. Humana enim Natura in Christo, etiamsi est Individua substantia, intelligens, incommunicabilis, tamen non habet rationem Personæ, quia per se nunquam habuit distinctam substantiam extra Filium Dei, sustentatur enim in alio, videlicet in persona τῦ λόγυ, nam non tantum humana natura simpliciter generata est, ut alij homines animâ & corpore constantes, quæ ob id statim ἰδιότητα, & integritatem Personæ acquirunt: Sed generatio humanæ Naturæ insimul facta est cum Assumptione in Unionem Hypostaseos. Nam quia *Responsio.* *Generatio H. N. in Christo alia quã nostra.*

humana Natura passa se est assumi à λόγῳ, hypostaticè, non complevit ipsa in se(quamvis reverâ haberet corpus & animam humanam) Personalitatem: sed acquisivit illam dependenter seu effectualiter ab Assumente λόγῳ. Sed hæc in Articulo de persona Christi fusius explicantur.

Fundamenta contra Apollinarem.

Restat nunc ultimum, vera nimirùm & immota fundamenta, quæ Apollinaristis opponamus.

Primum esto: sicut illi singulari studio collegerunt dicta scripturæ, in quibus vocabuli Carnis expressa mentio facta est, ita operæ precium est contra colligere ista scripturæ dicta, in quibus etiam Animæ expressa fit mentio. Veluti Matth. 20,28. Venit filius hominis dare Animam suam Redemptionem pro multis. Ioh. 10,11. Bonus pastor Animam ponit pro ovibus & Matth. 2. 20. Quærent animam pueri. Sed quia Apollinaristæ etiam hæc dicta deludebant, interpretando pro vitâ seu Animâ vitali, & vegetativâ, addenda sunt insuper & alia testimonia., quæ illâ cavillatione non possunt eludi: ut Matth: 26. 38. Tristis est Anima mea usque ad mortem. Et Ioh. 12. 27. Nunc Anima mea turbata est: Quæ de animâ vegatativâ non possunt intelligi. Item pertinent huc omnia dicta, in quibus se hominem & filium hominis appellat, Ioh. 8. 40. 1. Cor. 15. 47. Philip. 2. 8. 1. Tim. 2. 5. Non enim ex vegetativa, sed ex Rationali Anima constituitur homo.

Quæ omnia Argumenta hâc consequentiâ insuper corroborantur: Quod inassumptum est, incuratum est, inquit Damascenus: Si igitur Animam Rationalem non assumsit, quæ tamen vel maximè Originali labe infecta est, tunc neque illam redemit.

Apollinaristarum error periculosus.

Augustinus contra Felicianum inquit, cap. 13. Christus non est perfectè Mediator noster, si Animam nostram non assumpsit, quæ & ipsa Peccato uti caro pessimè vulnerata est. Undè apparet quàm periculosus fuerit hic Apollinaristarum error, & quid Satan sub istis præstigijs tandem quæsierit. Vide Augustinum lib: Quæstionum 83. Quæst: 80. Et ad Quod vult: Athanas. Dial. 5. ca. 28. Nazianzenum, Tractatu 45. ad Nectarium. Item Tract. 49. ad Cledonium, in quo illos Sarcolatras appellat. Et Vincentium Lirinensem in libro adversus profanas novationes. Multa in laudem hujus Apollinarij (sola hæresi exceptâ) exstant apud Epiphan. lib. 3.

De propagatione autem huius hæreseôs vide Sozomenum lib. 5. cap. 4. & lib. 6. c. 27. Socratem l. 2. c. 46.

CAP.

CAP. IX.

De Arrio.

QVod in arbore nostra Arrium Ebioni à latere posuimus, non fecimus temporis & annorum respectu: Ducentis enim annis & amplius ab invicem distant, sed factum id ob errorum Affinitatem. Quod item multos deinceps Errones subjecimus Arrio, id etiam non factum est ob Annorum successum: sic enim Carpocrates Samosatenus, & nonnulli alij in hâc Arbore sequentes, Arrio sunt priores: sed voluimus hâc in parte prærogativam ipsi tribuere, quia inter cæteros Hæreticos nemo fuit illo famosior, nemo sceleratior, nemo pestilentior, nemo diuturnior. Nam & diuturnitate & applausu prævaluit, & vel solus ipse Euripi instar fuit, in quem omnes ante se hâc in parte sponsi errores cōfluxerunt, & ijdem magnis procellis refluxerunt: qui blasphemijs Mahumetanis initium fecerunt, undè haud immerito ab Hilario principiū Antichristi nominatur. A quo capite, Arrio, dicti sunt Arriani, vel Arriomanitæ Epiphanio, itemque Exucontij, quia Christum ἐξ οὐκ ὄντων extitisse & creatum fuisse contenderunt. Multa autem de hâc Hæresi dicenda essent, totius enim orthodoxæ Antiquitatis libri superabundāt planè Descriptionibus, Narrationibus, Refutationib. & Invectivis, cōtra hanc bestiam. Nos autem instituti nostri rationem acturi, inter certos cancellos nos continebimus: Et primò de Authore, secundò de errore, Tertio de Argumentis erroris, dicemus, quæ omnia breviter & summariè ex fide dignis historicis hoc loco excerpemus & contrahemus.

Ebion & Arrius distant tempore non dogmate.

Prærogativa Arrio inter suos tribuenda.

Arriani Arriomanitæ. Exucontij.

Dispositio tractationis de Arrio.

Primò ergò Authorem quod attinet, ejus vita sic se habet. Arrius Lybi fuit origine. Patrem habuit Ammonium. Antiochiæ studuit apud Lucianum Presbyterum & Martyrem in literis sacris erudiri. Ad dignitatem tandem Presbyterij Alexandriæ, sed quâ occasione id ignoratur. Staturam ipsius ita Epiphanius describit, quod fuerit valdè procerus, subtristi facie figuratus ut serpens, dulcis in colloquio. In Presbyterio Alexandrino primas tenuit. Exstimulavit autem ipsum ad novum dogma proferendum æmulatio honorum Alexandri, quod is ad Episcopum Alexandrinum extolleretur, qui se non putabat esse inferiorē. Cupidus inanis gloriæ, ut ferè fuerunt omnes Hæresiarchæ. Excitavit suam Hæresim, secundum Eusebium, Anno Domini 324 quæ cum primò deprehenderetur, satis familiariter cum ipso Alexander Episcopus

Arrius quis?

Arrij Statura. Æmulatio stimulat Arrium.

Arriana Hæresis quando orta.

egit, ut nimirum à proposito tam malo in viam reduceret, sed laterem lavit.

Arrius excitatur ab aliis.

Addiderunt enim animo furenti Ignem alij quidam Episcopi & Doctores ejus temporis, partim quod delectarentur subtilibus & argutis Quæstionibus, partim quod nimio contentionis studio putârint Sabellio hoc modo exactius occurri posse. Errorem enim Sabellij & Arrij sibi è diametro contrarium esse, etiam suprà annotavimus, & testatur idem Damascenus lib. 1. ca. 11. Cum autem Arrius pertinaciter persisteret, ab Alexandro Episcopo à dignitate & munere sacerdotali remotus est. Pulsus in Palæstinam aufugit, & suis blandicijs sibi Asseclas conciliavit, imprimis Eusebium Nicomediensem, veterem suum commilitionem Nicomediæ, eumque in suam sententiam pellexit, cujus Authoritate & præsidio fretus suo & totius collegij sui nomine literas ad Alexandrum scripsit, quibus Hæresin suam defensurus magis prodijt, donec tandem hic error in vulgus iret, & ipsi Cæsari Constantino quoque innotesceret, qui malo huic mederi studens, Synodum Niceæ indixit, in quâ dogma Arrij damnatum est. Imò videatur hîc integer liber Hilarij, quem de quampluribus Synodis contra Arrianos habitis scripsit. Sed nondum tamen acquievit serpens, ast serpentino gressu irrepsit in Aulam Cæsaris, Cæsarisque sororem Constantiam ejusque concionatorem aulicum in nassam suam pertraxit, qui caussam ipsius sedulò justificârunt, eumque præter fas & Ius meris calumnijs oppressum esse prætéderunt, atque subornârunt Arrium, ut is Confessionem ederet ὁμόφωνον Orthodoxis (quos Homousianos tum temporis vocabant) quæ si adhuc hodiè, ut apud Sozomenum lib. 1. c. 27. exstat, legatur, tolerabilis quidem videtur, sed semiplena & insufficiens. Tantum tamen effecit hoc suo fuco, ut cum juramento sanctè affirmaret, se nihil aliud in animo habere, quàm quod scripto profiteretur, denuo in pristinũ suum locum per sententiam Cæsaris redire iuberetur. Addit autem Socrates, lib. 1. c. 38. Arrium dogma suum in chartâ quâdam descriptum sub alâ gestâsse, atque ita per imposturam iurâsse, ad eum se modum verè sentire, sicut scripsisset. Ita redit Alexandriam Cæsaris iussu restituendus, sed opponit se ei Athanasius & Alexander Episcopus. Contrà quos vi ipsum in Ecclesiam restituere voluit. Alexander ad preces confugit, templum cum duobus sociis ingreditur, ad aram prosternitur, totam noctem in lacrymis & precibus insumens, postero enim die solemni pompâ introducendus erat. Quid fit? Ducitur quasi triumphabundus Arrius: Dum est in medio Processu, Alvi laxitas eum sic incessit, ut de viâ cedere, & locum secretum petere cogeretur. Quod dum fit, intestina excernit, & in cloacâ, qui Satanæ cloaca fuerat, exstinguitur. Hæc

Sabellij & Arrij errores contrarij.

Arrius pulsus quærit asseclas.

Synodus Nicena contra Arrium conscripta.

Arrius irrepit in aulã.

Arrius corrigit quodam modo linguam sed retinet mentem.

Arrius gestat Chartã fidei suæ clàm sub alâ.

Alexander orat contra Arrij restitutionem.

Arrius excernit intestina.

prolixius

prolixius legi possunt apud Nicephorum, lib. 8. à capite 5. usque ad 25. Epiphanium lib. 2. Tom. 2. Hæres. 69. Euseb. lib. 3. de vitâ Constantini. Ruffinum lib. 1. cap. 1. Socratem lib. 1. cap. 25. Sozomenum lib. 1. ca. 15. & seqq.

Secundò de errore Arrii hoc tenendum, quod in varias sectas hæc secta iverit, & longè latèque dispersa sit, adeò ut quidam Hæretici se huic Hæresi admiscuerint: undè fit, ut cum de Arrianorum hæresi sermo est, ritè distinguendum sit, inter eos errores, qui principaliter huic sectæ cōpetunt; & eos qui socii & complices sunt huius erronei capitis. Nam quot sunt Personæ in Trinitate, tot etiam possunt errorum Arrianorū genera constitui, quamvis principaliter & primitus tantum Arrius in personâ Christi erraverit. Ita qui de Spiritu Sancto errârunt, ut Eunomiani, Aetiani, Macedoniani etiam quidem ad Arrianos referuntur, sed distinctæ tamen ab illis sectæ sunt. Ne igitur in hoc errorum diluvio nimis latè digrediamur, ea præcipuè capita, quæ Personam & Naturas Filii Dei attinent, designabimus, in cæteris Lectores ad ipsam antiquitatem remissuri.

Errores Arrianorum sunt duum generum.

De Filio igitur Dei deliravit Arrius, quem creaturam tantum esse, ante alias creaturas omnes à Patre factam dixit: ut quamvis antè multa secula creatus sit, tamen fuerit quando non fuerit (ἦν ὅτε οὐκ ἦν) Negabant ergò consubstantialem, negabant coæternum, negabant coomnipotentem: Genitum quidem, sed non ex substantia Patris, aut ex Patre, sed ἐξ οὐκ ὄντων, quapropter mirè ludebant particulis *ex quo, in quo*, & *per quem*, de quibus syllabis subtiliter nugabantur, ut inquit Basilius lib. de Spiritu Sancto, cap. 2. Non ergò Filium Dei ex naturâ Dei filium esse, sed adoptivè: non veram illius sapientiam sed abusivè: Non semper fuisse cum Patre, aut apud Patrem: Non totum Patrem capi posse à Filio: Filium non novisse arcana Patris, nisi quatenus ei revelet: Filium non fuisse apud Patrem in cœlis tempore, quo inter homines versaretur: Christum in terris non adorandum: Filium Dei passibilem esse, & in suâ substantia mortalem: Patrem sibi Filium in Instrumentum fecisse ut per eum omnia conderet: Post finem mundi Regnum Filii Dei finiendum esse: Undè in fundamento nihil aliud fit, nisi ut ipsa tollatur ὁμοουσία & æqualitas Personarum in Trinitate, imò tota Trinitas. Sicut hæc & infinita alia errorum capita ex Hilario, Athanasio, Basilio, Epiphanio & Philastrio à quolibet facilè congeri in unum possunt.

Error Arrij de Filio Dei.

Ex quo. In quo. Per quē.

Chaos Errorū Arrij de Filio.

Fundamentum unum omnium.

Tertiò Argumenta, ratiunculas & Sophisticationes ipsorum quod attinet, illæ omnes quotquot earum erant, hoc fundamento nitebantur, ut inquit Hieronymus adversus Luciferianos, quod Argumentationum rivos de Aristotelis fontibus mutarentur. Nam quicquid contra gene-

Argumentorum Arrij.

generationem Filii afferebant, id Principio omnium Principiorum quod de Naturâ Temporis è Philosophorum lacunis hauriebant, nitebatur: Absurdum enim contradictorium, & planè impossibile esse putabant, generari aliquid, & non generari in Tempore, sed ab Æterno, quicquid enim gignitur id initium temporis necessariò habere debere mordicus contendebant. Phantasia igitur Prædicamenti Quantitatis Continuæ, quam è cerebello suo corruptissimo eradicare non poterant, fax & tuba fuit huius mali. Achilleum enim hoc ipsorum fuit: omne Opus tum initium sustinet tum fine carere non potest. Generatio Filii est opus. Ergò non potest carere initio aut fine. Aut hoc modo: Nasci est motus non exstantis ut sit: Ergò Christus non est ab æterno. Item si pater genuit filium, necesse est eum partem substantiæ per derivationis generationem perdidisse, aut divisionis vitium perpeti voluisse. Sed hoc est absurdum. E. Item si pater genuisset, oportet ipsum abundare & effluere, sed determinatorum est effluere, Pater verò infinitus est. E. filius non potuit generari. Et quæ eius generis aliæ nugæ & Phantasiæ fuerunt. Ne autem viderentur sine scripturâ venire, Testimonia insuper nonnulla pro se afferebant, & horrendum in modum depravabant, quorum aliqua tantum huc adducemus.

Prædicamentū Temporis vexat Arrianos.

Nugæ Arrianorū.

Veluti congerebant in unum, quæ vel Ratione humanæ naturæ, vel Ratione exinanitionis de Christo dicuntur, & illa ad utramque naturam (& sic etiam ad Divinam) detorquebant, ut Luc. 2. 52. Crescebat, proficiebat ætate, gratiâ. Item Ioh. 14. 18. Pater maior me est. Ioh. 5. 39. Non veni facere voluntatem meam. Filius à se non potest quicquam, Matth. 20. 23. Non est meum dare vobis sedere ad dextram & ad sinistrā, Matth. 26. 53. Rogabo eum, & exhibebit mihi plus quàm duodecim legiones Angelorum. Ibi v. 39. Pater si fieri potest, transeat à me Calix iste. Matth. 24. 36. De die illo nemo novit, neque Angeli neque Filius. Philip. 2. 6. Qui cum esset in forma Dei, non rapinam arbitratus est se æqualem Deo. Matth. 27. 46. Clamavit Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquisti. Hæc enim vero Deo neutiquam convenire garriebant. Præterea accumulabant etiam huc dicta de datis in tempore Ioh. 10. 29. Omnia quæ dedit mihi Pater, nemo rapiet de manu Patris mei. Philip. 2. 9. Donavit ipsi nomen quod est super omne nomen. Act. 10. 38. Unxit eum Deus spiritu suo, quoniam Deus erat cum illo. Hebr. 1. 4. sedere fecit ad dextram maiestatis eius, tantò præstantior Angelis factus, quantò præstantius præ illis nomen hæreditavit. Act. 2. 36 Hunc Dominum & Christum fecit. Et sic passim scriptura dicit, Christum accipere vitam aut judicium, aut hæreditatem gentium, aut potestatem omnis carnis, aut gloriam, aut disciplinas. Plura qui volet, legat hîc Augustinum

Depravationes dictorū scripturæ ab Arrio.

Augustinum Tomo 6. columnâ 652. Et aliquot ſeqq. ubi inveniet ſermonem integrum Arrianorum, cum prolixâ Refutatione ejusdem, & duos libellos contra Maximinum & Felicianum, Arrianos Epiſcopos. Quibus & ſimilibus ſcriptis & dictis Patres conſtanter iſtam Regulam oppoſuerunt: *Quacunque Christo data dicuntur in tempore, illa ſecundũ humanam naturam intelligenda eſſe.*

Augustinus contra Arrium legendus.

Regula contra Arrianos.

Sed & ita ſophiſticabantur: Chriſtus ſe vitem, Patrem autem ſuum Agricolam nominat, Ioh. 15. 1. Vitis autem & Agricola diſſimilis Naturæ ſunt. E. Pater & Filius etiam erunt diſſimiles. Sed non attendebant miſeri, nullum ſimile currere quatuor pedibus. Item cum Chriſtus erat: ut diſcipuli ſui unum ſint, ſicut ipſe & Pater, Ioh. 17, 22. Item, Ego & pater unum ſumus. De unitate voluntatis id tantum acceptabant, non eſſentiæ. In quâ corruptelâ etiam Calvinum habent conſentientem. Abutebantur etiam dicto, Prov. 8. 22. ubi Chriſtus eſſentialis ſapientia Patris, dicitur creata: Sed Textus depravatus eſt, nam pro ἔκτισεν eſt legendum ἔκτησεν, juxta Aquilam & Symmachum.

Calvinus Arrio consentit

Sed nolumus in his eſſe prolixiores, partim quia apud Centuriatores Magdeburgenſes, Cent. 4. cap. 5. plenius hæc legi poſſunt: Partim quia certamina, quæ nobis hodiè in potiſſimis Teſtimoniorũ ſacræ Scripturæ depravationibus de Perſonâ Chriſti cum Calvinianis occurrunt, Veterem Crambem Arrianam ſapiunt, ut ab Inferis eos reduces eſſe facilè poſſimus ſuſpicari. Quo fine operæ precium fecerint Lectores, ſi hîc adhibeant D. Philippum Nicolai in libello, quem vocat, Detectionem communium Fundamentorum Calvinianæ ſectæ cum veteribus: In quo inter cætera hoc quoque obſervabunt Iuniores, quod ſicut Arriani contra Orthodoxos Quantitatem Temporis urgebant: Ita hi pari conatu prædicamentum Loci contra Omnipræſentiam, & contra ſacramentalem Chriſti præſentiam urgeant, & pari paſſu cum Arrianis philoſophentur. Contra quos neceſſaria eſt hæc D. Chemnicij Admonitio in lib. de duabus Naturis in Chriſto, pag. 57. dicentis: Nihil obſtat, niſi quod Ratio noſtra turbatur cogitationibus de localitatibus, ac de ratione Præſentiæ Corporum juxtà conditiones huius ſeculi, per poſitum & contactum Phyſicum. Removeantur itaque omnes cogitationes carnales & terrenæ de localitatibus. Sic ille contra Calvinianos. Nos autem contra Arrianos ita: Removeantur omnes cogitationes carnales & terrenæ de Tempore & Temporalibus in generatione Filij &c. Cætera legantur apud Philippum Nicolai, quo brevitatis ſtudio remittimus auditores.

Arrianismus revocatur ab inferis.

Communia fundamenta Calvinistarum & Arrianorũ.

Calvinistæ & Arriani tenent unum Prædicamẽtum Quantitatis.

Localitatis cogitationes sunt removẽda.

X CAP.

CAP. X.

De Carpocrate, Basilide, Samosateno.

Arriani primas tenēt in oppugnāda divinitate.

PAulò antè meminimus, quod per anticipationem Temporis Arrium hisce Hæresiarchis præmiserimus, & hos, qui tamen tempore priores sunt, subjecerimus. Nam in hâc colluvie qui Christi divinitatem oppugnârunt, ita nomen Arrianorum invaluit, etiã omissis & obliteratis hisce monstris vulgariter, ut ex æquo omnes Arriani dicti fuerint. Et ut ita in rei veritate Arrius omnes illos antecessores suos in se absorpserit, & iterum quasi ex se recenter revomuerit. Breviores igitur in descriptione horum Hæreticorum esse possumus, & quidem primò de Carpocrate.

Carpocrates. Carpocratiani.

A Carpocrate Carpocratiani dicti sunt. Cujus sectæ qui errores fuerint, ex Irenæo lib. 1. cap. 24. Epiphanio lib. 2. Tom. 1. Eusebio lib. 4. cap. 8. Clemente lib. 3. Strom. Tertulliano: Theodoreto & Augustino facilè colligi potest. Nobis hoc loco solus Augustinus sufficiet, lib. 2. cōtra adversarios legis cap. 12. Et in libro ad Quod vult Deum: In quo posteriori hæc habentur verba: Carpocratiani sunt à Carpocrate, qui docebat omnem turpem operationem, omnemque adinventionem peccati: nec aliter evadi atque transiri principatus & potestates, quibus hæc placent, ut possit ad cœlum superius perveniri. (Nota benè summam Diaboli insolentiam, qui malè agendo & turpiter vivēdo per Carpocraten cœlum docebat mereri.) Addit porrò Augustinus: Hic etiam Iesum hominem tantummodo, & de utroque sexu natum putâsse perhibetur, sed accepisse talem Animam, quæ sciret ea, quæ superna essent, atque nunciaret. Resurrectionem corporis cum lege abjiciebat. Negabat mundum à Deo factum, sed nescio à quibus virtutibus. Sectæ ipsius fuisse traditur socia quædam Marcellina, quæ colebat imagines Jesu, & Pauli, & Homeri, & Pythagoræ, adorando incensumque ponendo. Hæc Augustinus. De Marcellinâ hâc vide Euseb. lib. 5. cap. 16. Ex hâc Augustinianâ descriptione Carpocratianorum colliguntur sex errorum capita. I. Fuit Epicurea planè impietas, & vita bestialis. II. Magia Diabolica tum in docendo illas nefarias Artes, tum in colēndo δαίμονας παρέδρους, spiritus familiares, quos dissolutè vivendo superari dicebant. III. Jesum Christum esse vulgarem & nudum hominem, ex semine paterno & materno natum. IV. Non aliter Deum esse in homine

Peccādo Carpocrates meretur vitam æternam.

Socia Marcellina adorat Imagines.

Carpocratianorum errores sex.

Spiritus familiares Carpocratianorum.

Chri-

Chriſto, quam in Paulo & Petro, quem Errorem Danæus αὐτοκατάκριτος etiam, quod mireris, annotat. V. Carnis Reſurrectionem non eſſe futuram, ſed iſto loco μετεμψύχωσιν Animarum retinebant. VI. Mũdum hunc non à Deo, ſed inferioribus Angelis factum nugabantur. D. Chemnicius ex lib. I. Irenæi addit in ſuper ſeptimum, nimirum: Carpocratianos nova ſua commenta hoc prætextu defendiſse, quod ſcilicet Jeſus talia privatim Apoſtolis in myſterio locutus fuerit, & Apoſtolos illa tradidiſſe non omnibus, ſed dignis tantum. *Apoſtolos quædã tantum dignis propoſuiſſe.*

Porrò Baſilides etiam unus eſt ex vetuſtiſſimis Hæreticis, qui Ario viam ſtruxit, Saturnino coætaneus, adeò ut juxta Epiphanium non ſatis compertum ſit, uter ab altero virus ſuum traxerit. Auguſtinus tamen ipſum tam longè in ſuperiorem Antiquitatem retromittit, ut quartum ordine fecerit à Simone Mago, lib. 2. contra adverſarios legis, cap. 12. Ab hoc Baſilide Baſilidiani ortum traxerunt. Hunc Alexandria produxit, & fuit vir acutiſſimus, & viginti tria volumina à ſe confecta poſt ſe reliquit. Gloriatus autem eſt, ut Clemens 7. ſtromat. teſtatur, ſe Glauciâ quodam, qui fuiſſet interpres Petri, magiſtro uſum eſſe. Et ita cum præcedente Carpocrate ad claſſem Traditionariorum haud immeritò refertur. Errorum ipſius capita hæc ferè fuerunt: I. Omnipotentem Deum portentoſo nomine Abnaxas appellavit, & dixit eum in Solis circulo contineri: uti ex Irenæo repetit Hieronymus in libro Amos, & adverſus Luciferianos. II. Deindè cœlos ſecundum numerum dierum finxit 365. Et ex hoc numero petebatur ratio nominis Abnaxas, ſicut illam reddit Auguſtinus ad Quod vult. Vox enim illa Græca complet iſtum numerum: Nam α, & β: ρ, & α; ξ, ς, α, σ, faciunt 1. & 2. 100. & 1. & 61. & 200. quæ fiunt in ſummâ, 365. III. Mundum iſtum, vel hominem, non credunt à Deo factum, ſed à trecenteſimo ſexageſimo quinto cœlo. IV. Chriſtum non fuiſſe in Perſonâ paſſum, ſed ſuo loco Simonem Cyrenium ſubſtituiſſe, & ob id quoque ex hoc Chriſti Exemplo fidem negari poſſe, tempore perſecutionis. Videatur de eo Euſebius lib. 4. cap. 6. & 22. Ignatius ad Trallianos inquit: Fugite Baſiliden, & totam collectionem indignitatis ipſius. Et Agrippa Caſtorius librum conſcripſit, confutationem Baſilidis, per quem ipſius deceptiones ſatis detectæ ſunt. Obiter addendum eſt, ob nominis vicinitatem, quod quidam Medicus author ſectæ Bogomilorum combuſtus ſit, ut ſcribit Zonoras, Tomo 3. Tempore Alexij Imperatoris. *Baſilides. Saturninus. Baſilides vir acutiſſimus. Glaucias Petri interpres juxta Baſilidem. Abnaxas Deus Baſilidi. Cælum 365. Fidem negari poſſe. Agrippa Caſtorius. Baſilides quidã medicus combuſtus.*

Reſtat ut quoque de Samoſateno aliquid dicamus. Paulus Samoſatenus à Samoſatâ urbe prope Euphratem amnem ſitâ natus, peſtiferæ Hæreſeos originem fecit, qui & ipſe Arrianus fuit, non quod ab Arrio doctus fuerit, ſed quod ipſe potiùs Arrium docuerit, & ex Ebione ſuc- *Paulus Samoſatenus quis.*

Arrianismus habuit multos antesignanos. *Artemonis Berilli & Samosateni coincidunt.*

cretus, primas Arrianismi radices plantavit. Habuit enim hæc pestis non unum, sed multos antesignanos. Docuit enim Samosatenus, Christum ante Incarnationem non exstitisse, nec Deum esse, quæ hæresis Artemonis & Berilli fuit, quam per Artemonis mortem exstinctam Samosatenus revocavit, & in Photinum (de quo supra) transmisit, à quo Marcellus, Arrius, & alij ex eadem Satanæ officina profecti, enutriti sunt in pari scelere.

Occasio Erroris Samosateni. *Samosatenus Judaisat.*

Occasionem Erroris Samosatenotatam hanc recitat Theodoretus, quod Zenobiam Reginam Arabiæ, Syriæ & Phæniciæ, cum Judæis sentire videret, cujus amicitiam sibi conciliare studuerit hâc hæreseos inventione, quam Judæi non essent improbaturi. Quamvis Philastrius aliter referat, Zenobiam scil. non sensisse prius cum Judæis, sed Judaismo imbutam fuisse ab hoc Paulo Samosateno.

Samosateni Errores Octo.

Errores præcipui hi fuerunt: I. Deum Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum unam esse personam. II. Jesum dicebat esse communem hominem, in quem Pater inspirârit Verbum suum: Et illud Verbum dicebat operatum fuisse in isto homine miracula, sicut in aliis sanctis, licet excellentiori modo. III. Filium Dei non Filium verè, sed λόγον προφορικὸν, sermonem prolativum, & quasi aëra quendam esse. IV. Christum Hominem justum, Mariæ filium, ex profectu quodam Divinitatem consecutum, non Deum verè. V. Theodorus Præsbyter & Suidas ita recitant Samosateni errorem, (qui postea Nestorio placere cœpit) quod duas quidem Naturas in Christo concesserit, sed διῃρημένως ἐχούσας, καὶ παντάπασιν ἀκοινωνήτως πρὸς ἑαυτὰς, seorsim & separatim se habentes, quæque simpliciter incommunicabiles essent, vel nullam prorsus ad se invicem communicationem haberent, ut ex illis D. Chemnicius annotat, lib. de duabus Naturis in Christo, pag. 104. & 167. VI. Deitatem & substantiam Spiritus Sancti sustulit, quod mirum non est, siquidem omnes Hypostases in S.S. Trinitate abrogârit, undè & ἀνυπόστατοι dicti sunt. VII. Philaster testatur, quod Judaisans circumcisionem docuerit. VIII. Quod Baptismum corruperit.

Λόγος προφορικός. *Christus Divinitatem ex profectu consecutus.* *Ανυπόστατοι Hæretici.*

Pauliani. Paulistæ. Paulianistæ. Samosateniani. Samosatei. Samosatitæ.

Ex hoc ergò tam diro authore Paulo Samosateno dicti sunt, qui istius Errori sunt astipulati, Pauliani, Paulistæ, Paulianistæ, Samosateniani, Samosatei, Samosatitæ, & cum cognomine, ab Epiphanio, θεόκλονοι, θηριόκλονοι, ἀπαρνησίθεοι, & ut ante meminimus, ἀνυπόστατοι. Videatur hîc Eusebius lib. 3. Hist. cap. 27. & lib. 7. cap. 30. Socrat. lib. 1. cap. 9. Epiphan. Philastrius. Augustinus, & alij.

Rationes Samosateni.

Rationes quibus Blasphemias hasce suas in Filium Dei confirmare satagebant, quia cum Photino coincidunt, videantur apud Thomam lib. 4. contra gentiles cap. 4. prolixè. Quarum hæc summa est: 1. quod scriptu-

scripturæ consuetudo sit, eos qui divinâ gratiâ justificantur, filios Dei appellare, ut Joh. 1, 12. Rom. 8, 16. 1. Joh. 3, 1. Quos etiam à Deo genitos esse profitetur Jacobus & Johannes, Jac. 1, 18. 1. Joh. 3, 9. 2. quod etiam nomen Dei creaturis adscribatur. Sic enim Moses Pharaonis Deus appellatur, Exod. 7, 1. Et magistratus Dij appellantur, Psal. 82, 7. 3. quod & sancti dicantur habere consortium divinæ bonitatis, 2. Pet. 1, 4. 4. asserebant argumenta de datis in tempore, de obedientia, de exaltatione. 5. adducebant etiam ea, quæ in scripturis ad defectum pertinere videntur, utpote quod fœmineo gestatus sit utero, quod profectum ætatis acceperit, quod esuriem, lassitudinem, mortem, passus sit, quod diem Judicij ignoraverit, quod mortis terrore concussus sit, & aliæ hujusmodi, quæ Deo per naturam exsistenti sine dedecore convenire non possunt. Ex quibus omnibus colligebant, Christum Filium Dei dici, (1.) Jure adoptionis, (2.) per assimilationem ad Deum, (3.) per consortium divinæ bonitatis, (4.) per Exaltationem gratiosam in tempore factam, ob obedientiæ & Passionis meritum. Ad quas sophisticationes idem Thomas satis nervosè respondet dicto loco cap. 9. quæ ibi ordine legantur.

Status exinanitionis seducit Samosatenũ.

Aquinas respondet Samosateni argumentis.

CAP. XI.

De Varimago, Luciferianis, & Dulianis.

Varimagus Arrianus fuit, contra quem Idacius Clarus Hispanus peculiarem librum scripsit, in quo prolixè plusquam 88. objectiones Arrianorum contra Divinitatem Filij & Spiritus Sancti excipit, & satis nervosè solvit. Qui liber cum publicè exstet, inter cæteros scriptores sub communi titulo Hæresiologiæ, Basileæ excusus anno 1556. undè excerpi illa possunt, non attinet pluribus auditorem hoc loco detinere.

Varimagus quis? Idacius Clarus scripsit contra Varimagũ.

Sequitur de Luciferianis. Magna confusio est apud Antiquos scriptores de Luciferianis, & ipsorum authore: quidam enim illos non hæreticos, sed schismaticos tantùm faciunt: Quidam ne quidem illorum in Catalogo Hæreticorum ullam mentionem faciunt. Quidam authorem hujus sectæ Luciferum, dicunt Episcopum Caralitanum Sardiniæ, quidam Episcopum Smyrnæ. Ex quâ confusione etiam ipse Augustinus se non potuit extricare: Sic enim habent verba ipsius ad quodvultdeum: Luciferianos à Lucifero Caralitano Episcopo exortos & celebriter nominatos, nec Epiphanius, nec Philaster inter Hæreticos posuit: Credo tantummodò schisma, non hæresin eos condidisse credentes. Apud quendam tamen, cujus nomen in eodem ejus opusculo non inveni, in

Luciferiani unde, cõtroverti tur.

Augustinus de Luciferianorum ritu non potest se expedire.

ni, in Hæreticis Luciferianos positos legi, per hæc verba: Luciferiani, inquit, cum teneant in omnibus catholicam veritatem, in hunc Errorem stultissimum prolabuntur, ut animam dicant ex transfusione generari, eandemque dicant & de carne, & carnis esse substantiam. Utrum ergò iste propter hoc quod de Animâ ista sentiunt, (si tamen verè ita sentiunt) eos inter Hæreticos ponendos esse crediderit, an etiamsi id non sentirent, sivè non sentiant, ideò tamen sint hæretici, quia dissensionem suam pertinaci animositate firmârint, alia quæstio est, neque hoc loco mihi videtur tractanda. Sic Augustinus. Undè apparet, quod Augustinus seipsum in hâc hæresi non satis extricare potuerit, an, undè, & quare Hæretici sint censendi? Causa hujus hæsitantiæ hæc potissimùm fuit. Quia D. Augustinus illud Thema, animam esse ex Traduce, asserere, tanti non fecit, ut statim Hæresin induceret, cum seipsum ipse ex eadem non posset satis expedire. Nihil enim certi concludit, sed in utramque partem eandem Quæstionem disputat. Nam lib. 10. De Genesi, cap. 21 ait: De animarum adventu utrùm ex parentibus; an desuper sint, vincant qui poterunt, Ego adhuc inter utrosque ambigo, & moveor aliquando sic, aliquando autem sic. Capite autem Undecimo libri ejusdem propius ad affirmativam accedit, ubi sic scribit: Quomodo accipiendum est, quod dictum est, in quo omnes peccaverunt, si non ex Adam etiam Anima sicut Caro propagata est? Aut quomodo per illius Inobedientiam Peccatores constituti sunt, si tantùm secundùm Carnem in illo, non etiam secundum animam fuerunt, &c. Quinimò Augustinus etiam Hieronymi & aliorum quorundam Patrum sententiam, qui desuper animas humanas infundi statuebant, multis difficultatibus laborare ostendit. Epist. 28. ad Hieronymum. Lib. 1. de anima & Origine ejus cap. 14. Ex lib. 10. de Genesi cap. 16. disertè concludit: Non absurdè credunt, qui animas ex unius Adami Traduce sapiunt. Hæc Augustinus. Etsi verò statuat nobiscum vel nos cum illo, animas esse ex Traduce, tamen nec ille, nec qui castra ipsius sequuntur, pro Luciferianis habendi sunt. Illi enim animam ex Traduce per transfusionem generari, & de Carne, Carnisque substantiam esse docuerunt, ut idem eosdem notat, lib. de Hæres. 81. Ex Epist. 157. Non enim ex Traduce, tanquam ex Materia præsupposita Elementari generari, sed eam tantum cum Traduce, & per Traducem, ut Lychnus Lychno accenditur, sine ulla vel diminutione vel divisione transsumi, statuendum est.

De Origine Animæ Error.

An anima ex Traduce dubium Augustino.

Non sunt Luciferiani qui animâ ex Traduce oriri dicunt.

3. De authore hujus sectæ etiam controversia est. Nam quod Lucifer Caralitanus Episcopus fuerit, ii unanimi consensu tradunt, Ruffinus lib. 1. cap. 20. Socrates, lib. 1. cap. 9. & 11. Sozomenus lib. 5. cap. 12. & 13. Quod oppidum Sardiniæ est, à Caralitano promontorio Africam spectante,

Lucifer Caralitanus.

stante, ita dictum: Eratque Colonia Romanorum, Plinio teste lib. 3. hist. Natur. cap. 7. Isidorus autem Luciferum Smyrnæ Episcopum facit, quæ Æoliæ in Minori Asiâ civitas est. Quo nomine Danæus Isidorum carpit, putans mendum esse in Isidoro corrigendum. Sed Danæus errorem errore compensat, dum mendum suspicatur. Duos enim Luciferos inter se confundit, quorum alter Sardiniæ, alter Smyrnæ Episcopus fuit. Ille Hæreticus, hic confessor. Nam cum à Constantio Constantini filio excitata esset in Orthodoxos Episcopos persecutio, tunc Eusebius Vercellensis Episcopus, unà cum Hilario & hoc Lucifero in exilium acti sunt, ut ex Historiâ Tripartitâ constat. Non hic, igitur sed ille, Caralitanus sc. Lucifer, author est horum Luciferianorum, qui in fundamento puri puti Arriani fuerunt, & hisce erroribus novos de animâ accumularunt. Meminit autem quoque Nicephorus schismatis, quod ille Smyrnensis fecerit ab Eusebio desciscens, cum quo ad communionem venire noluerit, ut legi potest lib. 10. cap. 17. histor. ecclesiast. Disputat & Hieronymus per Dialogum adversus Luciferianos, asserens contra eosdem, quod Episcopi, qui cum Arrio senserant, recipi in gremium Ecclesiæ possint & debeant, modò pœnitentiam agant, Episcopatu nequaquam ademto, & quod ab Arrianis baptisati rebaptisandi nō sint. Obiisse autem hæreticum Luciferum, seu animi obstinatione, seu quod morte præventus, sententiam mutare nequiverit, testis est Eusebius, lib. 10. hist. eccles. Iidem hi Hæretici dicti quoque sunt Homonymiani, quorum authorem etiam quidem Luciferum fuisse ferunt, ut Sozomenus testatur lib. 3. cap. 25. Rationem autem nominis non explicat. Diu autem hanc sectam non permansisse, Ruffinus testatur lib. 1. cap. 30. Et Theodoretus lib. 3. hist. cap. 4. Non opus igitur est, ut pluribus de Hæresi hâc solliciteniur, sed ad Dulianos pergimus.

Danæus errorem errore corrigit.

Duo Luciferi.

Hieronymus contra Luciferianos.

Homonymiani Hæretici.

Hi nomen habent ἀπὸ τοῦ δούλου, à servo, & in fundamento Arriani sunt. Nam ut Divinitatem Christi planè destruerent, Christum servum esse contenderunt. De quibus sic Theodoretus lib. 4. Hæreticarum Fabularum. "Duliani appellationem ab impietate sortiti sunt: quòd unigenitum Dei filium δοῦλον, id est, servum patris per contumeliam vocare ausi sunt. Ejusmodi enim syllogismo utentes, suam blasphemiam confirmant: Omnis, inquiunt, creatura servit illi, qui eam creavit. Filius autem patris est creatura. Ergo servit ei qui illum creavit. Quem syllogismum hodiè quantus quantus est, Piscator Herbornensis ab illis mutuatus est, quando Christum secundum Humanam Naturam servum Dei jure constituens, legi Divinæ subiicit, ut hâc ratione omne meritum quod ex activâ ipsius Iustitiâ promanat, quâ nostro loco Legem implevit, tollat & pessundet. Quo nomine quid mirum, si & ipse cum suis as-

Duliani unde dicti?

Piscator Herbornensis Dulianus est.

seclis

seclis novum Dulianorum Titulum in se quoque derivet? Nobis non licet esse Dulianis. Scimus enim quod Christus etiam quoad Humanitatis respectum ob Unionis Personalis eminentiam & arctitudinem, per se, non sit sub lege, sed Dominus Sabbathi, & per consequens etiam Dominus totius Legis: Et propterea quod se Legi subjecit & obœdientem præstitit, id omne meritorium est, quod cedit in satisfactionem & utilitatem credentium, nostri causâ præstitum.

Matth. 12,8.

CAP. XII.

De Gnosticis, Priscillianistis, & Adamianis.

Gnostici unde dicti.

CElebris Hæresis Gnosticorum est: qui propter excellentiam scientiæ se ita appellare voluerunt, ut ait Isidorus. Gnostici enim ἀπὸ τῆς γνώσεως, à cognitione nomen habent, hoc est, à præstanti Dei cognitione, ut jactitant, quam Paulus valdè commendat 1. Corinth. 12, 8. Et Coloss. 2,3. At verò γνῶσιν illam Paulinam (solo nomine excepto) non retinuerunt, sed ad secreta & abdita quædam mysteria vel à poëtis Græcis, vel per Traditiones non scriptas, quasi ab Apostolis propagata se converterunt. Qui nævus etiam multis patribus adhæsit. Unde & valdè multus est Clemens in commendando quodam peculiari genere Gnosticorum, quorum hanc tradit descriptionem lib. 6. Cognitio, quæ verum Gnosticum facit, illa est, quæ per successionem ad paucos ex Apostolis absque scripto tradita pervenit. Sed sivè hanc sivè illam Gnosticorum classem respicias, rectè damnatam judicamus ab Ecclesiâ Gnosticorum Hæresin, utpote quæ sub solâ Perfectioris scientiæ opinione ex commētitiis Traditionibus conflata sit. Quamobrem non mirum, quod etiam Theodoretus conquestus sit de Monachis quibusdam circà Alexandriam, qui fuerint de sectâ Gnosticorum, lib. 4. cap. 23. Irenæus putat Gnosticos esse Carpocratianorum fœtum, lib. 1. cap. 24. adversus Hæreses. Id quod etiam in libro de Animâ Tertullianus sentit. Idem Irenæus lib. 2, cap. 56. dicit à Saturnino, Basilide, & Carpocrate ortos. Hieronymus Patriarcham ipsorum Basilidem facit, à quo dicit Gnosticos in Alexandriâ ortos temporibus Adriani. Addit & Irenæus, Valentinum authorem Gnosticorum lib. 4. cap. 69. Augustinus à Nicolao potius quam Carpocrate deduxit. Quæ dissensio patrum non discordiæ, sed testimonij loco esse debet, quod omnes illi Gnostici dogmata sua simul à Saturnino, Basilide, Carpocrate, Valentino, mutuati sint, & quod non dogmata sed nomen tan-

Gnostici Traditionarij.

Clemens commēdat quosdam Gnosticos.

Monachi ex secta Gnosticorum.

Origo Gnosticorum diversa.

tantum mutaverint, ideò maximè quod Veterum illorum Hæresiarcharum appellationem exosam viderint esse Ecclesiæ. Undè & factum, ut nulla Hæresis fuerit, quæ plura cognomina habuerit, quam hæc ipsa. Vero enim & competenti nomine dicti sunt Borboritæ à sordibus. Βόρβορος enim vox, quæ sordes & lutum significat, occurrit in Petro, 2. Pet. 2, 22. Undè per contemptum sordidi & Lutosi dicti sunt. Alij Coddianos ipsos cognominant. Codda enim Syriacâ linguâ dicitur patina, ex eo, quod aversentur aliqui cum ipsis cibum capere. Iidem in Ægypto Stratiotici vocantur, & Phibionitæ. Quidam ipsos Zachæos appellant. Alij Barbelitas, à Barbelo, quem colunt, ut prolixè legi potest apud Epiphanium Hæresi 26. In versione Irenæi Latinâ dicuntur Agnitores. Utut autem appellationes ipsorum monstrosæ sint, tamen dogmata ipsorum longè sunt monstrosiora, facta autem, quæ perpetrârunt, plus quam mõstrosissima, quæ ne Relatu quidem digna sunt, prout ea recensentur ab Epiphanio, ut verè Borboritæ, id est, sues cænosi & lutosi dici mereantur. Effecerunt enim illâ suâ spurcitie, ut variæ calumniæ in veros Christianos sparsæ sint, quasi Christiani humanâ carne vescerentur, quasi promiscuos & incestuosos coitus committerent, adeò ut & Tertullianus, & Justinus non potuerint sat apologiarum tam nefandis calumniis gentilium opponere. Nam cum hi Hæretici etiam se nomine Christianorum jactitarent, quicquid illi sceleris committebant, id in genere omnibus verè Christianis imputabatur, non sine peculiari astu Diaboli, qui hoc modo per obliquum nomen Christi confodere & in odium trahere satagebat. Diu autem grassata est hæc Hæresis, adeò ut etiam in Hispaniâ sub Theodosio à Priscilliano resuscitata fuerit, ut testatur Sulpicius Severus lib. 2. sacræ Historiæ circa annum Christi 386. ut Sigebertus annotavit. Sed veniamus ad nonnulla ipsorum hæretica dogmata. Primarius Error & quasi fons cæterorum fuit circa scripturam, quod præter illam alia Principia Fidei posuerunt, utpote fabulas Græcorum poëtarum, ut notat Epiphanius, item Liberos suppositicios & falsos, videlicet Evangelium Philippi, Heliæ assumtionem, Interrogationes Mariæ, Revelationes ipsius Adam, Evangelia nomine discipulorum scripta, & quæ fuerunt ejus generis volumina spuria alia. Secundò multos Æonas & multos cœlos fingebant, quibus barbara & incondita nomina imponebant. Tertiò, de Christo graviter errabant, non esse ipsum à Mariâ natum, sed per Mariam ostensum, carnem verò ipsum non suscepisse, sed solum apparentiam esse, ut refert Epiphanius. Item Christum distinguebant ut aliam Personam à Iesu, usque dum esset triginta annorum. Post Resurrectionem autem unitum esse Christum Iesu. Item, post Resurrectionem octodecim menses integros cum discipulis commora-

Gnostici habent varia cognomina.
Borboritæ.
Coddiani.
Stratiotici.
Phibionitæ.
Zachæi.
Barbelitæ.
Agnitores.
Gnostici sunt Sues.
Gnostici maculârunt Ecclesiam.
Gnosticorum dogmata Hæretica.
Evangelium Philippi
Heliæ assumptio. Mariæ interrogationes.
Revelationes Adam.
Evangelia discipulorum.
Gnostici sunt Docetæ.

moratum esse. Quartò, Manichæorum delirium de duabus animabus, quæ in homine sint, permistæ, assumebant. Videatur hîc liber Augustini de duabus animabus, cap. 12. Quintò, Palingenesiam Pythagoricam assumebant. Illas enim animas, quæ in hominibus peccant esse nobis cum brutis communes, & ob id rursum quoque in alia corpora animalium Brutorum mittendas putabant. In quibus ferè cum quibusdam Hæreticis, quos Damascenus Thnatopsychitas appellat, faciunt, qui docebant hominum animas pecudum animabus similes esse, & eas una cum corporibus interire. Gnostici autem sanctas animas (quales ipsi se habere putabant) non peccare, nec iterum in alia corpora mitti somniabant.

Pythagorica Palingenesia.

Thnatopsychitæ.

Animæ sanctorum Gnosticis non peccãt.

Undè verò ansam hujus Erroris ceperint, Hieronymus aperit cap. 1. in Epist. ad Galatas, inquiens: Deus Iacob dilexit, Esau autem odio habuit. Invenerunt locum Hæretici, qui diversas Naturas esse prætendunt, Spiritualem videlicet & animalem, & χοϊκὴν, aliamq; salvari, aliam perire, aliam in utramque consistere, quod nunquam aut Iustus eligeretur, antequam aliquid boni faceret, aut peccator oderetur ante delictum, nisi esset pereuntium & salvandorum natura diversa. Ad quod potest simpliciter responderi, Hoc ex Dei præscientiâ evenire, ut quem scit justum futurum prius diligat quam oriatur ex utero, & quem peccatorem oderit antequam peccet, non quo & in amore & in odio iniquitas Dei sit, sed quo non aliter eos habere debeat, quos scit vel peccatores futuros esse vel justos. Nos ut homines tantum de præsentibus judicare, illum cui futura jam facta sunt, de Fine rerum, non de Exordijs ferre sententiam. Sic Hieronymus. Sed redimus ad sextum Errorem Gnosticorum. Duplicem Deum, Bonum & Malum, cum Manichæis fingebant. Septimò, Martyria negabant pro nomine Dei Christianis subeunda esse. Octavò, Imagines quasdam quidem depictas, quasdam autem & de reliquâ materiâ fabricatas habebãt, dicentes, Factas à Pilato illo in tempore, quo fuit Iesus cum hominibus, & has coronant, & proponunt eas cum Imaginibus, mundi philosophorum: Videlicet cum imagine Pythagoræ & Platonis, & Aristotelis & reliquorum, & reliquam observationem circa eas similiter ut gentes faciunt, referente Irenæo, lib 1. cap. 24. adversus hæreses. Quid multa? Repetantur huc omnes Hæreticæ opiniones Valentini, Basilidis, Carpocratis, & quos alios supra nominavimus, & ascribantur eædem ex æquo omnes his Gnosticis, utpote qui vestigia superiorum solo nomine mutatorum imitari voluerint.

Hieronymus explicat Dilectionem Iacob & odium Esavi.

Deus præsciens non de Exordiis sed Fine rerum fert sententiã.

Sequitur de Priscillianistis. Hos omni jure Gnosticis annumeramus, siquidem paulò antè dixerimus ex Sulpitio Severo, Gnosticos à

Priscillianistæ.

Priscil-

Priscillianistis resuscitatos fuisse. Nam Augustino teste maximè Gnosticorum & Manichæorum dogmata permixta sectabantur. Imò verò etiam aliæ Hæreses in terris in hos Priscillianistas tanquam in sentinam quandam horribili confusione confluxerunt, ut idem testatur. Non igitur attinet multa de illis verba facere, sed sufficit si ostendamus quæ capita Errorum fuerint, & cum quibus illa communia habuerint. Primò ergò de Deo perperàm sentiebant, quod cum Manichæis duos Deos esse delirabant, ex quorum altero, nempe maligno, mundum conditum garriebant. Secundò, In articulo de Trinitate eundem esse Patrem, qui & Filius, & Spiritus Sanctus, credebant. Quod Sabellianum erat teste Augustino, contra Origenistas cap. 4. Tertiò, animam ejusdem naturæ atque Substantiæ, cujus est Deus, dicebant, quod etiam Manichæum est. Quartò, animas humanas ex quodam Promptuario sumi, & in corpore immitti, quod Origenianum est. Quintò, Fatalibus stellis homines alligabant, ipsumque corpus naturarum secundum duodecim signa cœli esse compositum dicebant, constituentes in capite Arietem, Taurum in cervice, Geminos in humeris, Cancrum in pectore, & inde cætera nominatim signa percurrentes ad plantas usque pedis, quas Piscibus tribuebant, sic referente Augustino. Quam divisionem ut moderni Astrologi hisce Hæreticis acceptam referant monendi sunt. Sextò, Conjuges Priscillianus, quibus potest persuadere, disjungit, & viros etiam nolentibus Fœminis, & contra, separat. Nam opificium omnis carnis non Deo bono & vero, sed malignis Angelis hæc secta tribuebat, quod aliquâ ex parte Papistæ sub Religionis prætextu ab iis receperunt. Septimò, Carnis esum ut pollutæ creaturæ improbabant, quod etiam in Papistas abiit. Octavò, Prophetas Dei tanquam abrepticios & Fanaticos Homines reijciebant, quod Gnosticorum est. Nonò, Turpitudinibus & contaminationibus nefandis hæc secta vacabat, propter quas occultandas habebant in suis Dogmatibus hæc verba:

Priscillianistæ sunt Sabelliani.

Promptuarium Animarum.

Corpus hominis in Signa Zodiaci divisum.

Priscillianistæ separant Conjuges.

Papistæ Priscillianistas imitantur.

Iura perjura, secretum prodere noli:

Recensente Augustino. Decimò, Scripturam Canonicam cum Apocryphis legebant pari Authoritate, ita tamen ut Allegorisando in suos sensus verterent, quod Origenianum est. Sic Priscillianistæ: Sic Papistæ nostri. Imò & Calvinistæ, qui idem sapiunt. Nam Iosi. Simlero teste, in vita P. Martyris, cum is Argentinam primum venisset, Martinus Bucerus hoc Priscillianum consilium suggessit Martyri, ne nimis apertè suã sententiam in re Sacramentaria proderet initio, sed obscuris quibusdam & ambiguis dicendi formulis uteretur. Tam felices & non degeneres habent filios in recenti seculo, Antiquiores Hæretici.

Papistæ iterũ Priscillianistas sequũtur.

Transimus ad Adamitas seu Adamianos, ab Adam sic dictos, sive

Adamitæ. Adamiani.

ejus nominis fuerit primus ipsorum author, sivè quod primum Parentem nostrum Adamum imitandum esse duxerint, nuditate. Oportere enim Christianos in publico versantes nudos, sine sexus discrimine precari, ad imitationem Adami, nugabantur. Quod ipsum quoque de Priscilliano memoriæ proditum est à Sulpitio Severo, lib. 2. sacræ Historiæ. Nam uti is coram Euclio præfecto, à quo capitis damnatus est, confessus est, etiam ipse nocturnos turpium fœminarum congressus habuit, nudusque orare solitus est. Qui primus & præcipuus ipsorum Error fuit. Deindè Nuptias ut Satanæ consilium & opus damnârunt. Communes mulieres habuerunt, & habendas contenderunt, & extinctis in suo cœtu lucernis promiscuè coierunt ut pecora, quemadmodum ex Clemente notat Theodoretus. Tertiò cœtus suos dixerunt esse Paradysum, qui à Deo promissus esset Beatis. Denique non orandum esse dixerunt hoc prætextu, quod Deus sciat ipse per se quibus egeamus.

Adamitæ nuptias damnant.

Promiscuè coeunt.

Novi Adamitæ.

Sed Cacodæmon etiam hâc ultimâ mundi senectâ novos Adamitas in colluvie Anabaptistarum excitavit. Nam recitante D. Schlusselburgio in Catalogo Hæreticorum, inventi sunt Antverpiæ, Amsterodami, & alibi Adamitæ, qui exutis vestibus congregationi ipsorum, ut vocant, antequam acceptantur ab ipsis, sistuntur. Masculi coguntur nudi instar Adami ante lapsum per integrum Horæ spacium, in mediâ virorum, mulierum & virginum turbâ obambulare. Si hora elapsa bonâ conscientiâ (si conscientiam habent) affirmant, se absque carnis Tentatione mansisse, ab Adamitis ut dono continentiæ præditi recipiuntur, sin minus, repudiantur. Quo Impuritatis genere nihil potest vel dici vel cogitari turpius aut bestialius. In quo etiam ipsis obcœcatis Iudæis sunt turpiores, qui piaculum esse ducunt, si quis seipsum nudum conspiciat. Sed mittamus has bestias, quibus vitam transigere ut pecora volupe est, quos ex Cymnicorum veterum in verecundâ scholâ prodiisse res ipsa loquitur.

CAP. XIII.

De Semiarrianis.

Semiarriani Semiarÿ.

SEmiarriani, seu quos Epiphanius Semiarios vocat, non uno modo à Patribus describuntur. Augustinus ad Quod vult: judicat Macedonianos à quibusdam Semiarrianos dictos, ideò quod de Patre & Filio rectè sentirent, de Spiritu Sancto autem Arrianorum sectam tenerent, atque ita Semiarrianos vocari, quod in hâc Quæstione ex parte cum illis, ex parte nobiscum sint. Et hoc modo quoque Philastrius illos describit, quasi de Patre & Filio benè sensissent, unam qualitatis substantiam,

unam

unam Divinitatem esse credentes, Spiritum autem non de divinâ substantiâ, nec Deum verum, sed factum & creatum Spiritum prædicantes. Rectius autem meo judicio Epiphanius illos depingit, quando Arrianæ illos sectæ fuisse notat, ita tamen ut sub spuriâ & ambiguâ quâdam confessione ad duos modos seu ad utramque partem parati tanquam vespertiliones jam ad Mures, jam ad Aves inclinaverint, & mediæ Naturæ esse visi fuerint. Quod ita verè se habet. Verba Epiphanij hæc sunt Hæres. 73. Qui & ipsi toti quidem fuerunt quales Arriani, occultaverunt autem illo tempore, propter eos, qui ipsis admixti erant. Cum enim magnus inter Orthodoxos & Arrianos esset conflictus, & ipsius Rei Necessitas orthodoxos urgeret, ut ad detexendam vafriciem Arrianorum nova vocabula (οὐσίας & ὁμουσίας, quæ quidem syllabatim non exstarent in scripturâ,) excogitarent, mox versutissimus novarum artium Architectus Satanas, hinc ansam calumniandi cœpit per Acatium, Basilium Ancyranum, Georgium Laodicenum, Sylvanum, & alios, quasi de facili pax in Ecclesiâ constitui posset, modò de istis vocabulis non esset concertatio, turbari saltem Ecclesiam hisce vocabulis, quæ tamen non exstarent in sacrâ scripturâ. Media igitur putabant incedendum esse viâ, neque dicendum esse Filium Dei creaturam esse, neque esse dicendum Filium ὁμοούσιον Patri, sed utrinque abstinendum ab hisce terminis Eristicis: Vociferabanturque pertinaciam esse indignam Christianis propter unicum vocabulum cum tantâ non solum Ecclesiarum, verum totius terrarum orbis pernicie digladiari. Eximatur, ajebant, ἄγραφος illa vox, ὁμοούσιος, ex symbolo, & jam erit constituta concordia in omnibus Ecclesiis: Et illius loco dicatur, Filium Patri ὁμοιούσιον. Quæ sententia visa est initio valdè plausibilis, cum etiã Patres nonnulli ante ista certamina mota Filium Patri ὅμοιον, similem, dixissent, & cum levicula tantum videretur esse Differentia harum vocum & contentionum, nimirum duntaxat de unâ Diphthongo, οι, imò verò de unico jota. Undè facilè æstimari possunt, quæ tunc fuerint hominum Politicorum & mundanorum Iudicia; Certamen esse de lanâ caprinâ, partes ab invicem non dissidere, convenire illos in fundamento, meram esse λογομαχίαν, & quæ sunt id genus alia: Adeò ut Procopius Historicus quoque haud obscurè Athanasiũ insimulet φιλονικείας & pertinaciæ, & derideat disputationes Synodi Nicenæ περὶ τῦ ὁμουσίυ. Quid? Quod & Erasmus, Theologus ille nimis mundanus, scribat se si interfuisset illi concilio, suasurum fuisse, ut potius memoria istius vocabuli obliteraretur, quam tantæ turbæ, quæ etiã imperia mundi involverunt, concitarentur. Sed hisce debacchationibus responderi potest unico Christi dicto: Matth. 16.23. Non sapis ea, quæ Dei sunt, sed quæ sunt Hominum. Hoc syncretismo causa illa non reddi-

Semiarriani sint Vespertiliones.

Acatius. Basilius Ancyranus. Georg. Laodicenus, Sylvanus.

Propositi prætextus Semiarrianorum.

Colores Politici quib. Semiarriani usi sunt.

Procopius insimulat Athanasiũ φιλονικείας.

Erasmus suasisset voc. ὁμουσίας deleri.

I. ta est melior. Orthodoxi enim Patres (quos odiosè Homousianos appellabant) subolentes anguem sub herbâ latere, in hanc ὁμοιουσίαν consentire non poterant. Non enim Christus dixerat: Ego Patri sum similis, sed ego & Pater unum sumus, Ioh. 10. 30. Et fucus erat tantum in dictione ὁμοίου. Nam latius pergendum erat, & quærendum nunquid Filius esset Patri ὅμοιος etiam κατὰ φύσιν & οὐσίαν, aut nunquid tantum κατ' ἐνέργειαν & δύναμιν, Operationem & Potentiam, aut nunquid tantum κατὰ θέλησιν voluntatem. Ut igitur latebras hîc quærere possent, hâc tegula uti volebant. Sed Patres vigilantiores etiam hîc institerunt acrius, & ex Acacio Semiarriano extorserunt, quomodonam ille hanc voculam acciperet, nunquid & Filius Patri ὅμοιος esset κατὰ φύσιν & οὐσίαν? Quod illi initio liberaliter largiebantur. Sed quia à reliquis Arrianis imprimis Valente & Ursatio reprehenderentur, quod nimis multa orthodoxis concessissent, mutarunt sententiam: Et ut Constantio Imperatori, qui Arrianis haud obscurè favebat gratificarentur, ad cætera κρησφύγετα confugiebant, ut nimirum quidam illorum Filium κατὰ θέλησιν, secundum voluntatem, quidam κατ' ἐνέργειαν, secundum operationem & Effectus similem Patri constituerent. Fucata igitur & superficialis tantum erat hæc concordia, quæ obicem non tollebat. Atque ita hi Semiarriani erant neque calidi neque frigidi, & in fundo Hypocritæ claudicantes in partem utramque.

Orthodoxi Homousiani dicuntur.

Tegula Semiarrianorum.

Arriani & Semiarriani in lites eunt.

Valens.

Ursatius.

Fucata Concordia Arrianorum cum Orthodoxis.

Ubi operæprecium est istis seculis hæc nostra tempora conferre. Nam & hæc ætas fert hujusmodi cauponatores; cauponantes verbum Dei, ut Paulus loquitur 2. Cor. 2. 17. *Exempli gratiâ*: In controversia de cœna Domini, eadem hodiè Fabula acta est, agiturque à Calvinianis. Nam & inter illos sunt Semicalviniani. Fuerunt enim & sunt qui nobiscum planè sentiant in loco de cœna, sed cum Calvinianis in loco de Persona Christi. Et si singuli hi Articuli reputentur, sunt in loco de cœna, qui eadem techna prætendant, se omninò nobiscum facere. Utuntur igitur iisdem planè Phrasibus, & si fortius urgeantur, ajunt, λογομαχίαν tantum esse, nos in fundamento convenire: Aut de præsentia Christi in cœna non esse controversiam, sed tantum de Modo: Item omittendas particulas, in, cum, sub: Aut adverbium corporaliter. Satis esse si utrinque asseratur, Christum esse in cœna, non in Pane: Item, delenda esse ex Augustana Confessione, illa verba: Articulo 10. Et improbantur secus docentes. Et statim constitutum iri Concordiam in Ecclesia: Et quæ sunt eius generis aliæ strophæ infinitæ. Sic item in Articulo de Persona Christi, de communicatis in tempore; sunt qui planè negant; neque omnipotentiam, neque infinitam sapientiam, neque infinitam Præsentiam, neque potestatem vivificandi carni Christi datam esse; sunt qui postea mitius agentes,

Sacramentarij cum Semiarrianis conferuntur.

Semicalviniani.

Diversitas inter Calvinistas.

agentes, communicatā quidem vim vivificandi, non autē cætera Divinitatis idiomata, concedant. Sunt qui cultum Adorationis carni Christi negandum asserant. Sunt qui omnipotentiam, omniscientiam, vivificationem, & Adorationis gloriam tributam concedant, sed absque omnipræsentia. Sunt qui multipræsentiam tantum largiantur: Et alii quidam multipræsentiam tantum quoad unam Domini cœnam, non etiam ad Ecclesiam, alii Multipræsentiam tā in cœna quàm etiā in Ecclesia. Item sunt inventi, qui Medium invenire voluerunt & uno quasi ictu hunc nodum Gordium secare, ut olim Strenberus & nunc Pelargus, ejus olim Antagonista. Quod postea varia hominum mundanorum judicia, imò calumnias parit. Et orthodoxi pertinaciæ & φιλονεικίας insimulantur, non minus hodiè quam olim. Quid igitur novi sub sole? Sed mittamus Arrianos cum Semiarrianis, Calvinianos cum SemiCalvinianis tepidos cum frigidis: Et illis vespertilionibus respondeamus, quòd olim Basilius Magnus: Eos qui ad veram fidem claudicant, omnibus manifestos facere res postulat, ut de cætero nos cognoscamus, consentientes nobiscum, & non velut in nocturna pugna nullum Amicorum ac hostium discrimen habeamus.

Multipræsentia Calvinistica.

Arriani cū Semiarrianis. Calviniani cum Semicalvinianis mittendi.

CAP. XIV.

De Hermogenianis.

HErmogenem & Hermogenianos Augustinus Sabellianis annumerat. Sed rectè id perstringit Danæus, ex differentia tum dogmatis tum ætatis. Hermogenes enim Alter fuit, ut scribit Tertullianus, & pictor, à Sabellianis prorsus dogmate & ætate diversus. Dogmate quidem, quod in illa secta fuit duplex, in quo nullo modo cum Sabellianis consensit. Ætate verò prior fuit Hermogenes Sabellianis, annis penè 58. ut non fuerit dicendum, hoc illis in nomen successisse, sed potius Sabellianos Hermogenianis. Fuit autem Hermogenes Praxeæ coætaneus, & socius: Vixitque Tertulliani ætate in Africâ, ut erat Afer. Cujus hæresin Tertullianus breviter indicat in libro de Præscriptionibus Hæreticorum: Prolixius, verò in libro quem contrà ejus Hæresin peculiariter scripsit: In cujus initio Hermogenem insimulat loquacitatis, Impudentiæ & Maledicentiæ, Dissensiones & scandala in Ecclesiis tam Occidentalibus quàm Orientalibus excitata ab ea hæresi fuisse, Bergomensis scripsit Libro 8. quam Hæresin tamen statim concidisse testatur scriptores Ecclesiastici, adeò ut rarò de iis mentionem faciant, solo Tertulliano excepto, quem peculiarem Librum contrà ipsum scripsisse paulò ante diximus.

Hermogeniani ab Hermogene.

Hermogeniani non sunt Sabelliani.

Hermogenes Praxea socius.

Hermogenes loquax, impudicus, maledicus.

Bergomensis.

mus. Obiter ejus meminerunt, Theodoretus,lib.1.Heretic. Fabul. Euseb.lib.4.ca.24.Isidorus qui contra illos dictum Pauli torquet, Galat. 4. 3.Elementis servientes: eò quod materiam matrem Elementorum & Deam constituerit. Scripsit & Theophilus Antiochenus Episcopus librum unum contra Hermogenianos, ut dicit Hieronymus de Viris Illustribus.Sunt, qui etiam allegant huc verba Pauli 2. Timoth. 1. 15.Scio quod aversi sunt à me omnes,qui in Asiâ sunt,ex quibus est Phygellus & Hermogenes.Sed nec Tempus nec locus quadrat,quia sic Hermogenes, cujus Paulus meminit, vixit circiter Annum Domini 52. decimo Anno Claudii,ut volunt Magdeburgenses Centuriatores. Hic autem Hermogenes non ex Asiâ,sed ex Africâ oriundus, circa Annum Christi 166.

Phygellus & Hermogenes.

Errores Hermogeniani hi erant. *Primò* de Deo errabat,quia duos Deos esse docebat, unum bonum, alterum malum,qui Physico nomine ab eo ὕλη, id est, materia vocabatur, quod sumserat à Marcionitis.*Secundò* de Christo errabat, quia Corpus Domini in sole repositum esse dicebat,ut Theodoretus ait: Quod cum Apellitis commune habebat. Et Tertullianus inquit,Hermogenem alium facere Christum, quia aliter cognoscat. *Tertiò* de creatione asseruit Hermogenes cum Stoicis,Materiam semper fuisse, non natam, neque factam neque initium habentem,sed Deo coæternam,& ex eâ Dominum postea omnia fecisse: Item Materiam sua Natura ab æterno fuisse vitiosam,quamobrem etiam vitiosam in creatione facta esse. Item Materiam primâ facie esse incorporalem, exquisita autem ratione neque Corporalem neque Incorporalem inveniri. Si enim corpus, inquit, tantummodò esset, nihil ei incorporale appareret, id est Motus: si verò in totum incorporalis fuisset,nullum Opus ex ea fieret. Et quidem ejusmodi Orationes Hermogenem protulisse Tertullianus scribit,lib.20. contrà Hermogenem. Quarum hæc prima est: Aut de seipso fecit Dominus Mundum, aut ex nihilo, aut ex aliquo. Ex seipso verò non potuit, quia Indivisibilis est: Ex nihilo non fecit, quia ex nihilo nihil fit. Non ex aliquo, quia omne illud Aliquid bonum esset. Unde autem tam multa mala sunt facta contra Dei Bonitatem? Sed Petitionem principii Hermogenes committit. Nam quod facta sint mala in Creatione id præsupponitur,non probatur. Notum enim est undè origo Mali orta sit post creationem. Sed instat hoc modo: Aut potuit emendare malum Materiæ, sed noluit : Aut voluit quidem, sed nō potuit. Si potuit & noluit malus & ipse est, quia malo favit:Si voluit quidem, sed non potuit,infirmus Deus est. Aut famulus igitur Mali Deus, aut amicus.Hæc dicto loco apud Tertullianum. Sed ad has nugas facilis est Responsio, si ex intuitu Potestatis, convertamus nos ad intuitum Libertatis. Deus enim Liberrimum Agens reliquit

Errores Hermogeniani.

Ratiuncula Hermogenis de Materia.

I.

II.

III.

tum

tam Angelos tum Homines in Arbitrio & manu Consilii sui: Optimis de Causis, quod autem libertatem hanc in licentiam converterunt, & mali Automati autores sibi ipsi fuerunt an hoc quicquā, præjudicat vel divinæ voluntati, vel bonitati vel facultati? Haud opinor. Deindè etiam sic argumentatur. Deus semper fuit Deus & Dominus. Non potuit autem semper esse Dominus, nisi quid retrò habuerit cujus sit Dominus: Ergo materiam semper fuisse necesse est, cui imperavit ille Dominus. Sed respondemus quòd dominium Dei aliud sit Internum, aliud Externum: Hoc absque Objecto esse non potest, illud potest. Est enim Deus in se ἀνταρκὴς sibi sufficiens & ab æterno Dominus Ratione Omnipotentiæ, quæ ab æterno est. Insuper Aliam Rationem Theodoretus recitat, quod existimârit stolidus ille, fieri non posse, ut Deus universorum, ex iis quæ non sunt, fabricaretur. Sed stoliditati huic respondet ipse Deus: Si hoc videatur Impossibile in oculis vestris, an etiam id propterea impossibile sit in oculis meis? Zach. 8. 6. Sextò de causâ Peccati erravit, quia Deum etiam causam nonnullam peccati fecit, eo quod ex materiâ vitiosâ Deum mala sentiat condidisse, cum tamen materia in se mala nunquam fuerit. VII. Diabolum & Dæmonas in materiam esse refundendos putabat, ut Author est Theodoretus. VIII. De conjugio, inquit Tertullianus, quod Hermogenes assiduè nupserit, & Legem Dei in libidinem defenderit. Plura qui cupit legat hîc Tertullianum in Libro quem peculiariter contrà hunc Hæreticum scripsit.

Malum vero tum post. non in Creatione.

IV.

Dominium Dei aliud internū aliud externum.

V.

Zach. 8. 6.

VI.

VII.

VIII.

CAP. XV.

De Christolytis.

Hermogenianis cognati sunt in Articulo de Personâ Christi Christolytæ quos Damascenus in Catalogo Hæresium ita describit, quod finxerint Christum, quando ab Inferis resuscitatus est, corpore ac animâ ibi relictis, cum solâ divinitate cœlum ac supera petiisse, atque ita semel assumtam Naturam deposuisse. Dicuntur autem χριστολύται ἀπὸ τῦ λύειν χριστόν, quod solvant Christum, contrà quos Johannes inquit (ut habet vulgata versio) 1. Joh. 4. 3. Omnis Spiritus qui solvit Jesum ex Deo non est, & hic est Antichristi. Potest autem Christolytarum nomen etiam generalius accipi & extendi ad omnes Hæreticos, qui subsequuntur hîc in nostrâ Arbore, ut sunt, Nestoriani, Eutychiani, Monophysitæ, Monothelitæ, &c. Quid enim illi aliud agunt, quam ut Christum solvant & destruant Naturas? Videtur autem Justinus in Quæstionibus, ob gratiam Christolytarum hanc quæstionem movere

Chrystolytæ qui?

Christolytæ unde dicti.

Christolytarum nomē commune.

Quæstio de Ianuis clausis: Et obsignato Lapide.

vere & solvere, de Januis clausis, & obsignato Lapide sepulchrali. Si enim Christus lapide obsignato exiit & per Ianuas clausas transiit, quomodo id ferre posset Corpus παχυμερές: Videtur enim quod spiritus tantum non Corpus ingressum sit? Aut si Corpus quandoque erat Corpus, quandoque spiritus, quomodo ea, quæ in Corporis substantiâ exstitêre mutabilitatem non admisissent? Sic ille quærit Quæst: 117. Sed eruditè & graviter respondet, & dejicit illos ab hoc Præsidio, non inficias eundo, quod Christus per Lapidem & Ianuam clausam transivit: (ut hodiè faciunt Calviniani) sed Respondendo primò, Per Instantiam desumtam à Pari, nimirum à deambulatione Christi super mare. Quemadmodum enim, inquit, non mutatione Corporis in spiritum, Dominus super mari deambulavit, verum divinâ Potentiâ suâ mare, quod pedibus calcari nequiret, ad inambulandum commodum & pervium reddidit, non sui ipsius tantum corpori, sed ex Petri; ita & suapte Potentiâ è monumento, cui lapis impositus fuit, egressus est, & ad Discipulos Ianuâ clausâ ingressus. Et addit hisce pulchrum Axioma: Considerare, inquiens, nos oportet quæ ἰσοδύναμα, Pari potentia sunt, eandem & concessa & negata obtinere fidem. Parem autem habet Potestatem deambulatio super mari corpore non mutato, cum ingressu ad discipulos foribus clausis corpore non mutato. Quantum autem periculi huic Errori Christolytarum subsit, nisi caveatur, diximus supra, classe 3. cap: ultimo, apud Seleucianos, quo recurrat Lector.

Iustinus quid respondeat de Ianuis Clausis.

Ambulatio in mari & per Ianuas clausas paria.

C A P. XXI.

De Monophysitis & Monothelitis.

Monophysita & Monothelita unde dicti?

MOnophysitæ & Monothelitæ Hæretici non ab Authoribus, sed à Materiâ Errorum sic dicti, fructus & quasi frutices sunt Arrianismi. Nam qui cum Arrio negat Christum Deum, quid is aliud agit, quam ut Monophysitis pontem struat? id est, in Christo doceat, nihil aliud esse præter unam Naturam.

Monothelita Arrianisant.

Monothelitas, quod attinet, meminimus ex supradictis, quod Arriani inter cætera etiam his strophis usi sunt, Patrem & Filium unum esse κατὰ θέλησιν, secundum voluntatem, quod postea progressum dedit, quærere, de Naturis in Christo, an & illæ unum sint voluntate? Dn. D. Chemnitius annectit Monothelitas Apollinaristis. Apollinaris enim negavit Christum Animam Rationalem assumsisse. Sic enim scribit fol: 41. de duabus Naturis in Christo: Post Apollinarem circa Annum Domini sexcentesimum, (Volaterranus lib: 27. in Anthropologiâ notat annum

Monothelitas Apollinaristis annectit Chemnitius.

annum 565.) Tempore quintæ & sextæ Synodorum, magnis contentionibus disputatum fuit, Christum in Incarnatione assumsisse quidem integram seu totam Humanam Naturam; id est, substantiam corporis & Animæ, sed post unitionem in utrâque naturâ, divinâ & humanâ, non duas sed unam tantum indiscretam Intelligentiam, Voluntatem, *Ἐνέργειαν* & Actionem, id est, Si planius dicatur, concesserunt in Christo substantiam humanæ Naturæ, corpus scilicet & Animam; sed negarunt Essentialia seu Naturalia Idiomata humanæ naturæ. Item, conditiones, Appetitiones, Vires & Facultates, quæ humanæ naturæ in corpore & animâ propriæ & ordinatæ sunt. Paulò post idem ibidem hunc Errorem Eutychi subnectit, his verbis: Post Eutychen Monothelitarum certamen magnas turbas dedit in Ecclesiâ. Concesserunt enim in Christo incarnato duas esse distinctas substantias, seu Naturas, Divinitatis & Humanitatis, & illas etiam Personaliter unitas, sed negârunt in Unione salvas mansisse Essentiales cujusque Naturæ proprietates, ut Intellectum, Voluntatem, Actionem. Contenderunt enim in Christo Incarnato utriusque Naturæ, unam esse Naturalem scientiam, unam Naturalem Voluntatem, unam Naturalem virtutem, unam Naturalem Actionem, &c. id est, negârunt utramque Naturam in Christo agere cum communicatione alterius, quod cujusque proprium est. *Quid de una duarum Naturarum Voluntate statuat Monothelita.*

x. Post Monothelitas ex sectâ illâ secuti fuerunt alij, qui disputarunt in Unione factam esse exæquationem & Æqualitatem omnium Idiomatum utriusque naturæ. Hæc agitata, explicata & refutata sunt in aliquot Synodis, & Provincialibus & Oecumenicis, ut quintâ & sextâ. Sic Chemnitius. Qui autem fuerint prætextus Monothelitarum, idem Author in eodem Libro, toto capite 18. prolixè persequitur: Nimirum quod moti sunt præcipuè his Argumentis: I. Propter Personæ unitatem in Christo unus est Volens, unus Intelligens, unus Agens seu Operans, & non duo. Sed si dicerentur duæ Voluntates & duæ operationes esse in Christo, sequi videretur, duos esse Volentes, duos Agentes, & ita cum Nestorio Christus in duas distraheretur Personas. Ergò dicendum potius est, sicut in Christo unus est, qui intelligit, vult & operatur, ita etiam unius Volentis & unius operantis unam esse Voluntatem & unam Actionem utriusque Naturæ; sed respondemus ad Minorem: Agere est ὑφισταμένων, seu Personæ, sed forma seu Natura est causa agendi, unumquodque enim agi ratione formæ, quam habet. Ad diversitatem causarum sequitur diversitas Effectuum: Ubi igitur diversæ sunt Formæ seu Naturæ, sunt etiam diversæ Actiones. Neque sequitur indè, multiplicari Hypostases: Sed sicut eadem est Hypostasis subjectum diversarum Proprietatum propter diversa Principia causantia illas Proprietates, ita

An in Unione facta sit exæquatio.

Ratiuncula Monothelitarum. I.

Responsio ad Obj. Monothelitarum.

in una Persona Christi duæ sunt Naturales Actiones, Divina & Humana.

II. Obiect. Monothelitarum. II. Ratio erat: Quia in Persona Christi incarnati nihil est contrarium, pugnans seu adversum, sicut humana scientia Voluntas & Operatio etiam in credentibus discrepat, & sæpe pugnat cum divina scientia, Voluntate & Operatione. Ergò non duæ sed una erit Voluntas & Actio in utraque Natura Christi.

Responsio. Resp. Non pugnant duæ illæ naturales Voluntates & Actiones in Christo, sed una operatur quod cujusque proprium est, cum communione alterius, sicut Leo in Epistola synodica loquitur: Humana enim subiicitur & subordinatur divinæ propter arctissimam ἕνωσιν utriusque Naturæ, qualis non est in credentibus: Non igitur mirum, quod hominum voluntas non semper congruat divinæ.

III. Obiect. Monothelitarum. III. Ratio est: Quia humana Natura est organon Divinitatis: Ergò sequetur & una Voluntas in utraque Natura. Respondendum cum distinctione organi: Aliud organon esse inanime & brutum, aliud Animatum. *Responsio.* In Animatis organis, quamvis moveantur ab alio, tamen interim retinent suam propriam formam, secundum quam unumquodque operatur, quod suum est. Unde fit, ut alia sit Operatio moventis, alia propria moti, licet utramq; ad idem ἀποτέλεσμα concurrat & collimet, & licet utrumque agat cum communione alterius. Cætera quæ hic dicenda sunt, legi possunt in dicto libro Chemnitiano, capite notato: Et in toto capite 14. libri 3. Damasceni, in quo per totum agit de Voluntatibus & Arbitriis, liberisque potestatibus Domini nostri Jesu Christi. Item cap. 15. de Actionibus quæ sunt in Domino nostro Jesu Christo. *Damascenus contra Monothelitas.*

CAP. XVII.

De Timosthenianis & Eutychianis.

Timosthenians. Timothenians. Tres reprehensibiles Timothei Primus. DE Timosthenianis vel Timotheanis (quod perinde est) ut dicere possimus, notandum tres in Historia Ecclesiastica constituendos esse Timotheos reprehensibiles, quod etiam Bernhardus Lutzenburgius in sua Hæresiologia observavit. Primus est Timotheus, Apollinaris Hæretici discipulus, profanus & ineruditus, quem Damasus Pontifex cum impio ejus dogmate damnavit tanquam serpentem antiquum, alienum ab Ecclesia. Hic & præsente Petro Alexandrinæ civitatis Episcopo, cum Apollinari doctore suo damnatus est, quod refertur ex historia Tripartita lib. 9, cap. 15. *Secundus.* Secundus Timotheus fuit tempore Bonifacii I. qui dixit, Christum verum Deum & hominem quidem esse, sed addit,

Divi-

Divinam Naturam conversam esse in Humanam. Sequitur tandem tertius Timotheus, cognomento Ælurus, cujus Nicephorus meminit, lib. 16. cap. 10. eccl. hist. Hunc Timotheum Ælurum constituunt Authorem hujus Hæreseos, de qua in præsenti agitur, quæ talis erat: Credebat sanè Filium Dei verum Hominem ex virgine Mariâ natum, sed non ita unam reddidisse Personam, ut non in unam sit redactus Naturam: conflatorium quoddam volens fuisse interiora virginis, per quod duæ Naturæ id est Deus & Homo in unam resolutæ & compactæ massam, unam Dei & Hominis exhibuerunt formam immutatam videlicet Naturarum Proprietatem, Efficientiarum coitione. Sic describitur hæc Hæresis in Catalogo, qui Augustini libro de Hæresibus additus est, ex Gemblensi Exemplari veteri. Quæ descriptio Timotheanorum aliquantò obscurior est. Hic autem sensus est: Quod putarint in utero Matris Mariæ, utramque Naturam in unam massam, quæ nec divina nec humana propriè sit, tanquam conflatorio conflatam esse, eò quod istiusmodi Unione proprietates utriusque Naturæ coierint, coaluerint, & perierint. Undè Tertium quid quod Christus vocetur, constitutum esset; Veluti ex cupro & argento Tertium prodit, quod neque cuprum neque argentum est: Aut sicut ex melle & aqua fit oxymel, quod neque acetum neque mel est, sed Tertium quid ex utroque compositum, aut si duæ ceræ colliquescunt, aut si duo humores inter se velut Vinum & Aqua confunduntur. Quod Theodosiani Hæretici ab his assumserunt, & tertiam hanc Naturam, quam à Timotheanis conflatam acceperunt, totam mortalem seu corruptam esse asseruerunt. Gaianitæ autem incorruptam esse asseruerunt, ut testis est Isidorus.

Tertius Timotheus Aelurus.

Exemplar Gemblense Augustini.

Exempla Mixtionũ Naturalium.

Theodosiani.

Eutychiani parum ab illis, aut illi ab hisce ab sunt: Sic dicti ab Eutyche Constantinopolitano Abbate, Monacho impudente, ut ipsum Leo vocat, qui Author fuit hujus hæreseos. Historia de Eutychete & quomodo ipsius Error creverit & damnatus sit, legatur apud Evangrium lib. 1. cap. 9. lib. 2. cap. 4. & 16. Theodoretum lib. 4. hæret Fabul. Et Nicephorum lib. 14. cap. 47. & seqq. Eutyches enim refutare volens Nestorium in contraria prolapsus est. Errorem suum ipse in medio consessu Synodi provincialis Constantinopolitanæ ita protulit: Ego, inquit, ex duabus Naturis genitum esse profiteor Dominum nostrum Jesum Christum, ante Unionem: Post unionem autem unam esse ejus Naturam, & Divinum ejus corpus, neque consubstantiale nobis, neque iisdem nobiscum πάθεσι Perpessionibus obnoxium esse prædico. Sic referente ipsius verba Nicephoro. Confessio Eutychetis in Evagrio hæc est: Confiteor Dominum duabus naturis constitisse ante Unionem: Post unionem verò unam illius Naturam confiteor. Item, Corpus Christi na-

Eutychiani.

Eutyches quis.

Eutychis confessio.

Alia Eutychetis confessio.

 sti na-

sti nostris corporibus non mansit ὁμοούσιον aut simile, sed in Divinam naturam prorsus commutatum est, & absorbtum. Beda sic ipsius Errorem describit in Homiliâ super Marcum, cap. 8. In hac lectione consideranda est in uno eodemque Redemtore nostro, distincta operatio Divinitatis & Humanitatis: Atque Eutychetis Error, qui unam tantum in Christo Operationem dogmatisare præsumsit, procul à Christianis finibus expellendus. Damascenus paulò aliter hunc Errorem describit in Catalogo de Hæresibus, inquiens: Hi Dominum nostrum Jesum Christum carnem sumsisse de sanctâ Virgine Mariâ negant, sed quodam modò divinitus incarnatum fuisse sentiunt: Nec intelligunt Christum Dei verbum eum sibi Hominem adjunxisse, in Virgine Mariâ, qui Adami primi parentis peccato erat obnoxius. Lib. 3. autem orthodoxæ Fidei, sic ait: Hic non est dicendum, unam esse Naturam in Domino nostro Jesu Christo. Et ideò ex duabus perfectis Naturis, Divinâ & Humanâ, dicimus Unionem factam esse, non κατὰ φυρμὸν, secundum massam, (prout farinæ subiguntur in vicem) non κατὰ σύγχυσιν, ἢ σύγκρασιν, ἢ ἀνάκρασιν, juxta Confusionem, Mixtionem, Remixtionem, ut à Deo repulsus, inquit Dioscorus, Eutyches & Severus, & eorum scelerata cohors. Hæc Damascenus. Sed nos hic optimum antiquitatis indagatorem nostrum Chemnitium audiemus, qui sic habet in libro de duabus Naturis, cap. 8. Represso paulisper Nestoriano certamine, mox aliæ motæ sunt contentiones. Eutyches enim volens Unitatem Personæ contra Nestorianos singulari vehementiâ defendere, incidit in contrarium Errorem, more illorum insitorum, qui dum incurvum tenellæ Arboris Statum corrigere student, nimis deflectendo in alteram partem peccant, sicut Basilius inquit. Finxit enim in Christo ante Unionem quidem fuisse duas Naturas, sed post Unionem ut Personæ unitas servetur, tantum unam credendum esse Naturam. Et Justinus in Expositione fidei, & Athanasius in Epistolâ ad Epictetum scribunt etiam suis temporibus ante Eutychen fuisse, qui finxerunt, quod vel Verbum mutatum sit in carnem, vel Humana Natura conversa seu absorbta sit in Divinam, vel ex confusione Verbi & Carnis concreta & compacta sit Tertia quædam Natura, ut ita omnia quæ Christus egit, sicut uni Personæ, ita etiam uni Naturæ tribuantur. Athanasius addit, quosdam hæc ita disputâsse, ut transfixio clavorum ipsius Verbi Naturæ & Essentiæ tribuenda sit. Hæc opinio in Chalcedonensi concilio damnata est. Sic Chemnitius. In quibus omnibus jam ad oculum patet, qui fuerint Errores Eutychetis.

Beda quomodo Eutychetis Errorem describat.

Damascenus quomodo describat.

Unio quomodo non facta.

Chemnitius quomodo Eutychis dogma describat.

Eutychianus Error etiam ante Eutychen gliscit.

Opposuit se autem fortiter Eutycheti Flavianus, tunc Urbis Constantinopolitanæ Episcopus, sed conquestus est de eo Eutyches apud Theodosium Imperatorem, qui in Aulâ suâ cubicularium habuit Chry-

Qui se opposuerint Eutycheti.

saphium,

sophium, per hujus cuniculos sic sed promovit, ut alia Synodus Ephesi, quæ [illegible], id est, prædatoria cognominata est, celebraretur, in quâ Eutyches absolveretur, & bonus Flavianus in ipso Synodi cœtu de sede dejiceretur, in terram prosterneretur, & pedibus conculcaretur, spectantibus aliis Episcopis, quod rectius prædonibus, quam præconibus competebat, ut haud immeritò prædatoria Synodus appellata sit. Pia autem Flaviani memoria Legum Imperialium Authoritate restituta est, L. quoniam. C. de Episcopis & Clericis, his verbis: Aboleatur Eutychetis damnosa memoria; Flaviani autem laudabilis recordatio relevetur. Multi autem præstantes viri se Eutycheti in scriptis opposuerunt. Ut Gelasius, & Johannes Episcopi Romani, qui exstant in Hæresiologiâ, mihi pag. 683. Et 693. Item, Vigilius contra Eutychen, libris quinque. Et, Marcellus Martyr, Anticyranus Episcopus multa adversus Eutychetem Græcarum scripsit volumina: Et Prosper Episcopus Aquitanicus diversas Epistolas: Et contrà eundem, Gennadius sex libros scripsit. Theodoretus in tribus Dialogis contra eum editis ex Valentini & Apollinarij fecibus Eutycheten profecisse tradit.

Eutyches quærit tutelam in Aulis.
B. Flavianus miserè tractatur in Synodo Ephesina.
Scriptores contra Eutychen.

Quomodo autem Danæus nostram Ecclesiam prægravet insimulatione hujus Erroris, id legi potest in ipsius Hæresiologico libro: Et in colloquio Mompelgardensi Beza Jacobo Andreæ objecit, quod hæc sit Eutychetis hæresis, dicere quod Humanitas in se facta sit omnipotens. Quam masculè autem retorsus sit Beza, dexterè explicatâ illâ phrasi, IN SE, ibi prolixè legi potest, mihi pag. 243.

Beza & Danæus [illegible] Lutheranos Eutychianismi.

Est & alia colluvies hæreticorum, qui ab Eutycio originem trahere scribuntur, sicut ex Theodoreto lib. 1. hæreticarum Fab. liquet, quem Gregorius Magnus lib. 14. cap. 29. dicit suâ Ætate Episcopum fuisse Urbis Constantinopolitanæ, qui deliravit, alium hominem mori, alium resurgere, cujus libellum de Resurrectione scriptum allegat idem Gregorius: Et contra quem etiam se de facie ad faciem disputâsse ibidem scribit, adeò ut Tyberius Constantinus Imperator cognoscens de ipsius Errore flammis ipsum dignum judicaverit, undè sic consternatus est, ut mors protinus subsecuta fuerit.

Eutyciani Hæretici.
Hæresis Eutycij.

Argumenta autem Eutycij duo potissimum erant: 1. Ex Epistola Pauli 1. Corinth. 15. Caro & sanguis Regnum Dei possidere non possunt. Sed respondet Gregorius, in sacro Eloquio, aliter carnem dici juxta naturam, atque aliter juxta culpam vel corruptionem. Secundum argumentum itidem sumebat ex eodem loco: Quod seminas, non corpus, quod futurum est seminas, sed nudum granum. Respondet Gregorius, Paulum de augmento gloriæ loqui, in quo non desit quod erat, sed adsit quod non erat. In illâ enim Resurrectionis gloriâ, inquit, erit Corpus no-

Argumentum Eutycij. Ex 1. Cor. 15. [illegible]

Caro eadē per Naturam, diversa per gloriam.

pus nostrum subtile quidem per Effectum spiritualis potentiæ, sed palpabile per veritatem naturæ: Quod exemplo Resuscitati corporis Christi demonstrat, & exindè concludit, quod caro nostra post Resurrectionem eadem futura sit per naturam, & diversa per gloriam. Cætera ibi legantur.

CAP. XVIII.

De Appendicibus Eutychianæ Hæreseos.

Acephali Monophysitæ ex Eutychetis [illegible]. Διακρινόμενοι.

Porrò utiliter hic legi potest & debet totum caput 45. cum octo sequentibus lib. 18. Nicephori, qui nominatim persequitur varia schismata & diversos Authores, qui partim Eutychetis & Dioscori Sententiam amplexi sunt, partim etiam novis assutelis de suo aliquid adjecerunt, adeò ut ex hac secta multa millia Hæresium pullulâsse, ausit fateri. Nam ἀκεφάλους, & Monophysitas (de quibus nos paulò ante diximus, & Triteitas, & Agnoëtas, & Theopaschitas, & Jacobitas, & Armenianos, & Severitas, & Aphthardocitas, & multos alios facit Appendices hujus sectæ Eutychianæ: Quos omnes uno nomine διακρινομένους, id est, segregatos seu ambientes dictos esse idem Nicephorus testis est, de quibus hoc loco paucis tantum dicemus, & nomina eorum saltem perstringemus.

Acephali.

Acephalos ideò dictos esse vult Nicephorus, quod & Chalcedonensis Synodi & omnium Episcoporum Authoritatem spernerent, & sine Episcopis essent: quorum dux Severus Antiochenus fuit, unam Verbi & Carnis Naturam malè prædicantes. De Acephalis prolixè legatur Centuria 5. Magdeburg. cap. 5. col. 615. & aliquot sequentibus.

Monophysitæ sunt Iacobitæ Theodosiani & Iulianistæ.

Accesserunt Jacobitæ, Theodosiani, & Julianistæ, qui uno nomine Monophysitæ appellati sunt, qui unam tantum in Christo Naturam tenent. Parvulos adhuc ad ubera pendentes, sub utraque specie communicant. Non credunt S. Trinitatem, sed Unitatem, in cujus signum ante se faciunt signum crucis cum uno digito.

Triformiani.

Iohannes Grammaticus Triformianus.

Contra quos alia hæresis est Triformianorum, quæ triformem sic asserit Deum, ut quædam pars ejus sit Pater, quædam Filius, quædam Spiritus Sanctus, id est, quod Dei unius partes sint, quæ istam faciant Trinitatem, velut ex iis tribus partibus compleatur Deus, nec sit perfectus in seipso vel Pater, vel Filius, vel Spiritus Sanctus, cum tamen Deus sit ἀμέριστος & ἀδιαίρετος. Authorem hujus sectæ Nicephorus constituit Johannem Grammaticum, cognomento Philoponum. Vide Nicephori lib. 18. c. 47.

Theo-

Theopaschitæ, Deipassiani Latinè dici possunt, eò quod Deo passionem tribuerint, sicut Patripassiani soli Patri. Nativitarii Filium Patri coæternum quidem volebant confiteri, & apud illum fuisse antequam de illo nasceretur, id est, semper eum fuisse, sed non semper Filium fuisse. Armenii à provinciâ, quam suo veneno infecerunt, sic dicti, docuerunt susceptam à Christo carnem in divinitatem fuisse conversam, rationem ejusmodi affingentes: sicut mellis aut aceti gutta, si in mare fundatur, amplius non cernitur nec subsistit: Ita & corpus Christi in immenso Divinitatis pelago demensum non Naturam amplius suam aut proprietatem conservare: Unam igitur esse naturam in Christo, quæ Divinitatis sit, quam passibilem & mortalem dicere non sunt veriti, cum corpus Christi Incorruptibile, Impassibile, & Immortale fecerint. Ad evitandum etiam argumentum assumtæ carnis ex virgine, callidè deleverunt ex Evangelicis Libris, quod de Passionibus & sudoribus ibi dicitur. Iidem in cœnâ Domini panem carnis Christi negant esse corpus Christi, sed Divinitatis corpus esse dicunt. Cultu Judaico boves & oves sacrificant, & victimarum sanguine limina inungunt. Dicuntur & Staurolatræ, quod crucem è quacunque materiâ factam venerentur & adorent. Videatur de hisce Euthymius, parte 2. Panophiæ, Titulo 20. *Theopaschita. Deipassiani. Nativitarij. Armenij. Passio & sudor Christi ex S. literis deletur. Armenij negant Corpus Christi in Cœna. Staurolatræ.*

De Agnoëtis legatur caput 50. lib. 18. Nicephori. Quos etiã Chenitius ita lib. de duabus Naturis in Christo describit, pag. 356. Agnoëtæ damnati sunt, quod docuerunt Christum secundum humanam naturam non omnia jam in gloriâ scire, sed multa ignorare. Quos ibi prolixè solidis è scriptura haustis fundamentis refutat, & pulchrè ex Scholasticis declarat, qualisnam illa sit omniscientia in Christo, quæ ibi prolixè legi debent, ne opus sit singula huc congerere. Adhiberetur etiam hic Gregorius Magnus, Epist. 42. lib. 8. ubi pulchrè disserit contra Agnoëtas de dicto, quod Filius Dei ignoret diem Iudicii. Pauca ejus verba excerpemus, dicentis: Undè & hoc intelligi subtilius potest, quia incarnatus unigenitus, factusque pro nobis Homo perfectus, in naturâ quidem Humanitatis novit diem & Horam Iudicii, sed tamẽ hunc non ex naturâ humanitatis novit. Quod ergò in ipsâ novit, non ex ipsâ novit, quia Deus & Homo factus, diem & horam Iudicii non nisi per Deitatis suæ Potentiam novit. Et paulò post: Diem & horam Iudicii scit Deus & Homo, res valdè manifesta est, quia quisquis Nestorianus non est, Agnoeta nullatenus esse potest. Nam qui ipsam Dei sapientiam fatetur incarnatam, quâ mente valet dicere, esse aliquid quod Dei sapientia ignoret? Item, omnia per ipsum facta sunt, si omnia, procul dubio etiam dies Iudicii & hora. Quis ergò desipiat, ut dicere præsumat, quia Verbum Patris fecit quod ignorat? Scriptum quippe est, sciens Iesus, quia omnia *Agnoëta quid docuerint juxta Chemnitium. Testimonium Gregorij M. quomodo Christus ignoret diem Iudicij.*

dedit Pater in manus. Si omnia, profectò diem judicii & horam. Quis ergò ita stultus est, ut dicat, quia accepit filius in manibus, quod nescit? Hæc Gregorius. Damascenus Agnoetas vocat Themestianos, à Themestio, qui eorum sectæ & disciplinæ Princeps fuerit.

Themistiani à Themistio sunt Agnoetæ.

Aphthardocitæ etiam huc pertinent, quæ vox Græca composita est: ἄφθαρτον enim incorruptibile & δοκεῖν opinari est. Eò quod opinati sint, carnem Christi humanis Passionibus, plagis, pœnis, & corruptionibus non reverâ fuisse obnoxiam, sed tantum dolores istos fuisse simulatos & putativos. Meminit horum Aphthartodokitarum Nicephorus, dicto lib. 18. cap. 45. sub finem, ubi & Imperatorem Iustinianum hoc Errore tandem infectum fuisse testatur. Damascenus in Hæresibus de Aphthardokitis ita: Aphthardokitæ à Iuliano Halicarnasseo & Cajano Alexandrino, qui idem Cajaniani vocati sunt, duxerunt originem. Hi cum Severianis cum omnibus consentiunt. De hoc autem ab eis dissident, quod illi Interitum in Christi Unione & conjunctione videri dicunt, si jam ab ipsâ fabricâ & concretione Christi corpus Interitus expers esse confirmant, & necessarias Naturæ imbecillitates, sitim dico, famem & laborem, Hominum tolerare illi quidem concedunt, sed eodem modo, quo nos, hoc ipsum negant pertulisse. In nobis enim hæc Necessitatis esse dicunt, in Christo autem Voluntatis, quem etiam naturæ legibus negant paruisse. Videatur hîc idem Damascenus lib. 3. Orthodoxias, cap. 26. de Passione corporis Christi, & impossibili ejus Divinitate. Et cap. 28. περὶ φθορᾶς καὶ διαφθορᾶς, corruptione & dissolutione: super quod caput ita Chemnitius lib. de duabus Naturis, fol. 45. commentatur. Apud Damascenum ἀφθαρτοδοκῖται, Inserunt Æquivocatione vocabuli φθορᾶς, si enim accipiatur pro humanis Passionibus, plagis, confessionibus, separatione animæ à corpore, tunc corpus Christi non fuit ἄφθαρτον, sed si accipiatur pro plenariâ dissipatione & corruptione, tunc non per se aut ex se, sed ratione unionis cum Divinitate, fuit ἄφθαρτον. Non enim vidit corruptionem. Et apud Evagrium lib. 4. cap. penultimo improbatur & refutatur Edictum quoddam Iustiniani (quo Nicephorus, ut paulò antè notavimus, respicit) in quo corpus Christi etiam ante Passionem vocarit ἀνεπίδεκτον φυσικῶν καὶ ἀδιαβλήτων παθῶν, id est, Non susceptivum naturalium & inculpabilium Passionum & infirmitatum. Hic Error à Manichæis profluxit, qui finxerunt Christum non verè mortuum esse sed putativè. Qui Error etiam incautiorem Hilarium fascinavit, qui etiam de ἀπαθείᾳ Christi, & putativo ipsius dolore multa disputat lib. 10. de Trinitate: Ubi ἀναισθησίαν corpori Christi tribuit, ut si telum aliquod aut aquā perforet, aut ignem compungat, aut aera vulneret: Ita, inquit, Dominum Iesum quidem passum sed in corpus Domini irruens Passio, nec non fuit Passio,

Aphthardocitæ, unde dicti.
An Passio Christi putativa?
De Aphthardocitis Damascenus.
Iulianus Halicarnassem.
Caianus Alexandrinus unde Caiani.
Aphthardocitæ à Chemnitio descripti.
Iustinian⁹ Imperator hausit aliquid Hæreticum ab Aphthardocitis.
Hilarius hausit quoque aliquid Hæreticum de ἀπαθείᾳ Christi.

Passio, nec tamen naturam Passionis exercuit: Virtus enim corporis sine sensu pœnæ vim pœnæ in se desævientis excepit. Sic putavit Hilarius: Undè cum micâ salis hic bonus Hilarius legendus est hoc loco; Quamvis credatur suum Errorē retractâsse, Bonaventurâ teste. Quantum autē periculi sit in hoc Errore, quas item Ratiunculas prætendant, & quomodo illæ solvendæ sint, prolixè persequitur Chemnitius, dicto loco, quo recurrant Auditores.

Hilarius cum mica salis legendus.

CAP. XIX.

De Nestorianis.

EUtychianismus & Nestorianismus sunt Oppositę planè species unius generis erroris de personâ Christi. Nam, ut testantur Historici, etiā ante diximus, Eutyches vitans vitium Nestorii, cucurrit in contraria. Nestorius enim Eutyche prior erat tempore, sed quia hoc parum pensi habet, de Errore ipso Nestorii dicemus. Ne autem vel actum agamus, vel magnum temporis dispendium hoc loco committere cogamur, remittimus Auditores ad illa potissimum tum veterum tum recentiorum scriptorum loca, in quibus Historia de Nestorio jam ante contracta, & in compendium redacta est. Ex quorum numero est Historia Tripartita lib. 12. cap. 4. & 5. Ex recentioribus, Centuria Magdeburgensis 5. cap. 5. columna, 606. & seqq. Lutherus, Tomo 7. Ienensi German. lib. de Concil. & Eccles. fol. 247. usque 251. Colloqu. Mompelg. de Pers. Christi, pag. 233. & seqq. D. Chemnit. in locis commun. in quibus prolixè duodecim Anathematismos Nestorii, Cyrilli, & Theodoreti recenset & describit. Videatur item luculentum scriptum M. Friderici Petri, Theologi Brunsvicensis, hoc titulo: Calvinianorum Nestorianismus: In cujus Prolegomenis peculiare caput habet de Nestorii vita & Hæresi. Ex Historia Ecclesiastica Socratis lib. 7. Evagrii. l. 1. Nicephori lib. 14. Cyrillo & aliis, quod caput verbotenus hic insererem, nisi quilibet hac cura me sublevare posset. Sufficiet nobis hoc tempore confugere ad promum condum omnis sincerioris antiquitatis, Dn. D. Chemnitium, in libro de duabus Naturis in Christo, ex quo singula Erroris Nestoriani capita excerpemus. Nam plærisque cum Nestorii Errorem recensent & taxant, ita ipsum carpunt, vel quod negaverit cum Arrio Christum verè Deum, vel quod id quod Mediator Dei & hominum factus sit, in utero virginis, de Spiritu Sancto conceptus non fuerit, vel quod tantum negarit, Mariam θεοτόκον, Deiparam non esse dicendam. Quorum nihil est quod huic descriptioni satisfaciat. Plenius igitur Chemnitius noster ex Cyril-

Eutychianismus & Nestorianismus opposita.

Recētiores de Nestorio legendi.

M. Fridericus Petri de Nestorianismo Calvinianorū.

D. Chemnitius promus Condus sincerioris Antiquitatis.

Nestorianismus superficialiter descriptus.

Nestorianismus plenè descriptus. lo hoc modo Nestorii Errorem collegit in cap. 8. dicti libri sui de duabus Naturis. Docuit Nestorius.

1. Verbum assumsisse hominem, qui sc. prius formatus fuerit & illi homini per se subsistenti Verbum postea unitum esse : id est, Verbum assumsisse non Naturam humanam, sed Personam, ita ut duæ sint Christi incarnati Hypostases.

2. In illo assumpto Homine Verbum inhabitasse non personaliter, sed tali modo sicut in Sanctis inhabitat, nisi quod in illum assumtum hominē dona numero plura & gradibus majora cōtulerit, & per hominē illum ut per Organum plura ac majora operatus sit.

3. Unionem Divinæ & Humanæ Naturæ definivit solâ connexione seu commistione dignitatis, secundum participationis Effectum aut solâ communione Virtutis & Operationis in assumtâ carne, sine conventu Naturarum ad unum ὑφιστάμενον.

4. Hominem illum dicebat esse Deum & Filium Dei, non quod Persona ita constaret Divinâ & Humanâ naturâ, atque ita naturâ & essentia esset verus Deus, sed ὁμωνυμίᾳ appellationis, vel propter Deū in illo Homine pleniori Efficaciâ quam reliquis sanctis inhabitantem, ut verius appelletur homo θεοφόρος καὶ θεόδοχος quam Deus : Vel propter Æqualitatem dignitatis & potestatis collatam illi homini à Deo Verbo.

5. Voces Evangelicas & Apostolicas de Christo duabus Personis dividebat, alias attribuens Christo Deo, & non Homini ; alias Christo Homini, & non Deo, ut, Christum Hominem non Deum dormivisse in cervicali, rursus verò Christum Deum & non hominem imperasse mari & ventis; Mariam peperisse Hominem, non Deum. Judæos crucifixisse non Deum, sed Hominem: Λόγον tantum dicebat esse Deum, & non simul Deum & Hominem.

6. Docebat unamquamque Naturam Christi pro se suas exercere Actiones sine communicatione alterius, & alium dicebat esse in Christo qui ageret divina, alium verò qui Humana. Hominem dicebat adjuvari operatione Verbi, item Hominem Christum à Spiritu accepisse virtutem edendi Miracula, qua aliena virtute usus fuerit, cum Spiritus ille proprius ipsius fuerit. Item Hominem Christum coadorari & conglorificari in Deo Verbo. Ita verò videbatur seorsim & separatim ponere Christum Deum, & seorsim Christum Hominem, atque hoc modo ex Christo facere duas Personas, duos Christos, duos Filios, quorum unus sit Deus, alter Homo.

Nestorius seorsim ponit Christū Deum & Christum hominem.

παράστασις & παράθεσις Nestorij.

7. Fuit & hoc Nestorii dogma, Divinam Naturam per παράστασιν seu παράθεσιν, id est, per assistentiā, appositionem seu attingentiam conjunctam

junctam esse Humanæ Naturæ, non per talem περιχώρησιν sicut anima unita est corpori, & ignis ferro.

8. Cyrillus in multis locis hanc opinionem tribuit Nestorianis, carnem Christi unitam Verbo non esse vivificatricem, id est, Divinam naturam in carne habitantem solam vivificare, non adhibitâ ad hoc opus assumtâ Naturâ, sed sine communicatione ejus, eò quod non sit essentialis aut naturalis carnis proprietas, vivificare. Hanc Nestorianam opinionem Cyrillus in valdè multis locis graviter refutat. Hactenus Chemnitius.

Caro Christi non est vivificatrix Nestorio.

Addatur & IX. Error, quem etiam Cyrillus Nestorio tribuit in Epist. Synodicâ in Anathematismo 3. & cap. 28. De Incarnat. Quod sc. finxerit, Deum Verbum donasse Homini nato ex Mariâ ἀξίαν, ὁμοδυναμίαν, εὐδοκίαν, ὁμωνυμίαν, æqualitatem dignitatis, potestatis & appellationis. Et ratione hujus æqualitatis dici Deum conjunctum seu adunatum esse Homini, cum diversis subsistentiis, ut alter sit Deus, alter homo.

Deus adunatus homini C. cũ diversis subsistentijs Nestorio.

10. Docuit etiam Nestorius, Hominem Christum tale organon esse Filii Dei, sicut cum Deus per aliam Personam ut per organon extrinsecum ac separatum aliquid agit & operatur.

11. Finxit Nestorius Hominem Christum ut seorsim subsistentem cum Deo Verbo coadorandum, utpote æqualitate dignitatis ornatum.

12. Dixit quod Natura humana Christi se habeat ad Verbum sicut Templum quoddam ad sacerdotem, & Deum in Christo esse ut hospitem, ut sustentatorem, velut sanctificatorem duntaxat.

Divina & Humana N. conferũtur cum Templo & Sacerdote.

13. Mariam Virginem quæ peperit Dominum nostrum Iesum Christum non θεοτόκον dicendum, neque ἀνθρωποτόκον, sed ad utrumque scopulum evitandum χριστοτόκον nominandam. Quod refutatur à Socrate, l.7.cap.32.

Maria χριστοτόκος non θεοτόκος.

14. Omnia infirmitatis opera, quæ sunt in Christo, veluti dormire, edere, bibere, lacrymari, ea omnia Filium Mariæ operatum esse sine Filio Dei, quæ autem miraculosa sunt Christi opera, illa filium Dei in eodẽ Christo operatum esse sine Filio Mariæ.

15. Eum Filium, qui ex Mariâ natus esset, Dei Filium esse, neque etiam Deum, per contumeliam enim eum trimestrem Deum appellabat, ut refert Socrates l.7.cap.34.

16. Illuc blasphemiæ processit, ut referente Gregorio Maximo dixerit: Non invideo Christo Deo facto, quia si volo & ipse possum fieri. Increpet te Satanas.

Denique & Iohannes Maxentius lib.2. Dialogi sui in eo Nestorium taxat, quod nimis extenderit similitudinem de vestimento sumptã: Nam quando Ecclesia canit cum Sedulio: Beatus Autor seculi, servile

Christum quo sensu carnem induerit.

le Corpus induit &c. Omnia illa in sana sensu rectè dicuntur. Si autem nimis extendatur talis similitudo: Nestorianismus committitur: Sic enim Maxentius: Quam Proprietatem potest habere vestimentum, ad eum, qui ipse est indutus, cum nihil pertineat ad ejus substantiam? Neque enim cum definimus quid sit homo, etiam vestimentum ejus complectimur, quod utique non ejusdem constat esse Substantiæ. Plura de hac re, vide in Schola mea Prophetica, Class. 3. Vaticinio Septimo. p. 443. & seqq.

Nestorianismus fœdus Error. Ex quibus omnibus apparet, Nestorium fuisse totius Diabolicæ nequitiæ capax Instrumentum: Vereque totius Ecclesiæ incendium, ut scribit Socrates lib. 7. cap. 29. Neque tetriorem, neque fœdiorem Errorem, neque pestilentius ullum venenum Nestorianâ peste Satanam in Ecclesiam unquam induxisse, ut rectè fatetur Danæus, ex quâ, eodem teste, multa Absurda sequuntur. *Nestorianismo nihil pestilentius teste Danæo.*

Absurda Nestorii ex Danæo. Primũ enim dũ ita distrahit naturas jam in Christo, ut non distinguat sed prorsus separet & loco sejungat, jã Naturæ Christi Divinæ Humana Natura non erit unita ὑποστατικῶς, vel ut loquitur Paulus σωματικῶς conjuncta & inhabitans, Colos. 2. 9. Ex quo sequitur non unum nobis datum esse Christum, sed duos. Deindè ex eo efficitur, Filium Dei neque assumsisse Humanam Naturam, neque semen Abrahæ, neque etiam carnis & sanguinis nobiscum participem fuisse, contra apertissimũ scripturæ testimonium, quod est Hebr. 2. 14. 16. Secundò Christus iste, qui ex Mariâ natus est, nõ erit Mediator noster, si ab eo in aliam Personã separetur Filius Dei, id est divina ipsius Natura. Solum enim erit homo Filius Mariæ. Itaque nec fons vitæ erit, nec lux mundi, nec Naturam habuerit, quæ Pœnæ peccatorũ nostrorum perferendæ satis esse potuerit, sed ab eâ pœnâ fuerit illa Natura absorpta. Quas absurditates sic rectè ex hoc Nestorianismo sequi colligit Danæus.

Danæus reprobans Nestorium sibi ipsi concionetur. Ut igitur nos ab hoc Errore meritò deterret, Danæus ita & seipsum curet medicus, & caveat sibi, ne dum aliis concionatur, ipse reprobus fiat, 1. Corinth. 9. 27. Nam quod dogma Calvinianum de Personâ Christi merè Nestorianum sit, id luculento opere demonstravit, cujus paulò ante meminimus, post Chemnitium M. Fridericus Petri, & alii nostrorum: Quò brevitatis studio remittimus lectorem.

Remedia contra Nestorianismum & Calvinismum. Ut autem juniores ab hoc tam tetro, fædo, & pestilenti Errore sibi cavere discant, de remediis Orthodoxis maturè circumspiciant, quibus adhibitis tanquam præsentissimo Antidoto præserventur & præmuniantur à tam fædâ lue.

I. Vera Definitio Unionis. Primum ergò Remedium hoc esto: Ut cogitent de verâ & genuinâ Definitione Unionis Personalis, & quæ membra veram Unionis Personalis

sonalis Definitionem ingredi debeant, & in quo vera differentia specifica Unionis Personalis consistat. Veluti, non sufficere ad formam Unionis, nudam sustentationem Humanæ Naturæ à Λόγῳ; sed talem περιχώρησιν seu permeationem statuendam, ut ὑπόστασις τοῦ λόγου facta sit assumtæ Naturæ ὑπόστασις. De quo prolixè legi potest Chemnitius pag. 55. de Duabus Naturis. Secundò accuratè observentur, τὰ ἑπόμενα istius Unionis, quæ tanquam Effectus ex Unione consequuntur, quorum unum nominatur arctissima Naturarum ad se invicem Communicatio: Alterum, ipsorum quoque Idiomatum utriusque naturæ Vera & Realis Communicatio. Cum enim ὑπόστασις ipsa Divinæ Naturæ communicata sit, necesse est & Naturas & Proprietates invicem communicari. Tertiò in Primo communicationis Idiomatum genere cane pejus & angui evitetur ἀλλοίωσις Zvvingliana. Nam quod Deus mortuus dicitur carne, vel secundum aut juxta carnem, id non est accipiendum ita fieri κατ' ἄλλο, quasi hâc distinctivâ particulâ (secundum, aut Juxta) fiat segregatio & separatio alterius (nempè Divinæ) Naturæ: cum distinguere non sit idem, quod segregare vel sequestrare, aliàs nudus homo pro nobis passus, nudus homo natus, nudus homo mortuus fuisset, quod merè Nestorianum est, & omnem vim ac Efficaciam sufficientis passionis annihilat. Quartò, conducit propterea diligenter observare ἰδιοποίησιν, quâ Natura assumens, Affectiones assumptæ Naturæ, sibi appropriat, imputat & asscribit. Quintò magnifacienda sunt Adverbia Damasceni, qui Unionem factam esse dicit ἀτρέπτως, inconvertibiliter, ἀδιαιρέτως, indivisè, ἀδιασπάστως, indivulsè, ἀχωρίστως, insegregabiliter, ἀσυγχύτως inconfusè, ἀδιαστάτως, indistanter. Sextò in operationibus Naturarum semper observetur, quod una Natura agat quod suum est cum communicatione alterius: Vndè pro septimo vel planè evitetur vel dextrè explicetur vocabulum Organi, ut quod Humana Natura sit τοῦ λόγου ὄργανον, non brutum, sed cooperans, Proprium, & unitum; non sicut Baculus Mosis erat organon Mosis, sed sicut corpus est organon Animæ vivum. Octavò de datis in tempore explodatur verbalis Prædicatio, cui excepto solo nomine nihil subsit Rei. Qualis enim est Vnio, talis est & Communicatio. Nonò, in Adorationis cultu non est sequestranda vel per Accidens adoranda, vel ut Accessorium quid coadoranda Christi Humanitas, sed ut Vnitas Objecti seu Personæ est, ita & sit Vnitas in cultu & unus intuitus fidei atque precum, neque coadoretur Christi caro, ut pallium Regis Rege adorato, per Accidens, quod auditu intolerabile est. Denique fiat accuratus delectus similitudinum, quibus tam sublime Mysterium explicetur, Non enim omnes similitudines è trivio hinc-inde petitæ declarant, sed obfuscant & profanant potius tantum mysterium,

II. Realis Communicatio Proprietatum tenenda.

III. Ἀλλοίωσις Zvvinglii repudiáda.

IV. Ἰδιοποίησις defendenda.

V. Adverbia Damasceni mordicus teneda.

VI. Operatiões fiût cû Communicatione alterius.

VII. Vocabula quadã vitanda.

VIII. Explodenda Prædicatio verbalis.

IX. Non sequestretur in adorãdo Christi caro.

X. Similitudinũ habenda justa Ratio.

mysterium, quod ὁμολογουμένως magnum est, 1. Timoth. 3. 16. Explodantur ergò istæ Calvinianorum similitudines, ut sunt, Vnio oceani & Antverpiæ; stellæ & orbis; Thoracis & Brachii: Regis & pallii Regis; Mosis & virgæ ejus, Annuli & gemmæ; Rotæ & clavi in rotâ, &c. In quibus Nestorianismus ipse vel certè evidens Præparatio ad Nestorianismum plenis velis insinuatur. Has & similes cautelas qui diligenter observaverit, ab hac hîc securus esse poterit. Obiter Colophonis loco addo quod Nestorius Incēdarius dictus sit quia est Hereticos igni prosecutus, ô utinam Calviniani in hoc Nestorium non æmulentur: Et esset proculdubio major pax in Europa, quam nunc est.

Nestorius Incendiarius in Hist. Tripart. dictus.

CAP. XX.

De Rhetoriis.

RHetorii vel Rhetoriani, à quodam Rhetorio sic dicti inveniuntur. De quibus ita Philastrius: Alii sunt in Ægypto & Alexandriâ à Rhetorio quodam, qui omnes laudabat Hæreses, dicens: omnes benè sentire, & neminem errare ab eis, sed ambulare benè omnes illos, & malè eos non credere sentiebat. Si itaque omnes laudabat, quem quæso vituperabit? Ergò non retinet quod verum est. Et Photinus ergò laudandus est Hæreticus, qui Christum Dominum negat esse ante secula cum Patre, & omnis hæresis, quæ blasphemat aut in Patrem aut in Filiū, aut in Spiritum. Cur igitur blasphemos Hæreticos laudat, cum eos Christus Dominus ex hoc jam seculo damnaverit, dicens: Non dimitti hominibus Blasphemiam in Spiritum Sanctum blasphemantibus & perseverantibus, neque hic neque futuro? Propter quod & constat, ipsum esse Hæreticum, imò potius nihil scire, qui eos laudandos non vituperandos & abjiciendos judicaverit. Sic Philastrius. Nos illos ita in Arbore nostrâ depinximus, ut utrumque arboris Hæreticæ ramum vinculo constringant & conjungant. Augustinus ita de illis: A Rhetorio quodam exortam Hæresin dicit nimium mirabilis vanitatis, quæ omnes Hæreticos rectè ambulare & vera dicere affirmat, quod ita est absurdum, ut mihi incredibile videatur. Sic rectè Augustinus de Hæretico hoc sensit. Mihi verò de hoc Hæretico illud judicium, ut sentiam ipsum omnium Hæreticorū Hæreticissimum & omnium mendaciorum mendacissimum esse. Nam ut fit inter scurras quandoque, qui mentiendi certamen ineunt, & ordine mentiuntur, ut si ultimus omnium præcedentium Mendacia vera esse affirmet, longè enormius mentiatur, quam omnes illi qui ante ipsum mentiti sunt: Ita quoque censeo hunc Rhetorium omnium atrocissimè

Rhetorius omnes Hæreses laudat & approbat.

Rhetorij utrumq; Arboris Hæreticæ ramū cōstringit,

Rhetorius dum omnes mendaces vera dicere asserit, ipse mendacissimus est.

cissimè

cissimè mentiri, ut qui omnes ante se mendaces, non mentitos esse, sed vera dixisse ἀτόπως κ̀ ἀσυστάτως pronunciet. Nam quis credat Hominem Rationalem isthuc vesaniæ abire posse, ut credat, tot tamque absurdos Hæreticos, neque secum neque inter se invicem consentientes, imò verò sibi ipsis contradicentes; omnes ex æquo vera dixisse & docuisse, dicere aut docere, cum tamen impossibile sit uno plus verum esse posse, aut contradictoria posse simul subsistere? *Exempli gratia*, ut Nestorianam & Eutychianam proximè explicatam Hæresin nobis ad animum revocemus: Nonne illæ duæ sibi invicem contrariæ sunt & contradicunt? Eutychiani enim unam Naturam sic cum alterâ in Christo commixtam asserunt, ut una in alteram transierit, contra Nestoriani sic utramque Naturam ab invicem separant & distrahunt, ut ne quidem in unam Personam coiisse dicant. Jam qui utramque partem verum asserere affirmaverit, nonnè is contradictionem inter Est & Non Est simul stare & veram esse affirmabit? quod qui fecerit, is non refutatione, sed baculo, aut ad minimum Helleboro opus habebit: Mirum ergò imò stupendum omninò est, tantum delirium in hominem sanum cadere potuisse. Neque etiam quicquam Argumentorum occurrere posse putandum est, quod vel leviter in speciem afferri possit, nisi quis fortè illud Pauli & Habacuc huc torquere velit, Justus fide suâ vivet. At verò si uterque dixisset: Quisque suâ fide vivet: Tunc aliquid fortasse præsidij hic invenirent. Non dicit autem quemlibet suâ fide victurum, sed Justum. Fides igitur Justi, Justa fides est, non indiscreta, confusa & ex quovis trivio petita, aut in cujusvis cerebro nata aut fata phantasia. Si quis ex verbis Pauli patrocinium petat, dicentis Rom. 14, 5. Unusquisque in suo sensu abundet; respondemus, in Græco Verbum est πληροφορεῖν, quod significat abũdantem certitudinem Rei cognitæ habere. Quod Lutherus ob id rectè reddidit, Ein jeder sey seiner Sachen gewiß / quod tantum abest ut hanc Hæresin suffulciat, quin potius evertat. Mirandum igitur meritò, quomodo hæc Absurditas ulli hominum potuerit persuaderi.

Vno plus verum esse nequit.

Qui Est & Non simul stare dicit posse, Helleboro indiget.

Rom. 1, 17. Hab. 2, 4. Iustus fide sua vivet, explicatur.

Vnusquisque in suo sensu abundet, quomodo intelligendum.

Sed desinet lector nonnihil mirari, si ad nostra tempora redeat, & recolligat secum, quid ante annos octodecim Satanas per organum suũ Franciscum Puccium evomuerit, qui sub specioso titulo de Christi Servatoris Efficacitate in omnibus & singulis hominibus quatenus Homines sunt, omnium Religionum confusionem, & ex eâ consequentem Epicureismum, in Ecclesiam invehere non erubuit. Omnes enim Religiones in unum commiscet chaos, & unumquemque hominem cujuscunque sit Religionis ac superstitionis, modo Homo sit, sine speciali Dei Gratiâ salvari posse nugatur, modò non extremè sceleratam & omninò belluinam Naturæ & Deo repugnantem vitam ducat. Item docuit, in singu-

Puccius cũ Rhetorijs confertur.

Puccij Hæresis.

singulis hominibus esse substantiam salvificæ fidei,& proinde omnes esse aptos natos ad vitam æternam. Item, singulos mortales esse in statu salutis, antequam degenerent. Omnes & singulos homines esse habendos pro fidelibus. Ignorationem excusare peccantes. Et qui sunt ejus generis Errores alii: Quos ut & reliquos alios valdè crassos, D. Lucas Osiander in libro suo peculiari nervosè refutavit; quo recurrant auditores. Uno verbo: Hæc opinio planè Turcica est. Sic enim habet Alcoranus, Azoarâ 2. Sciendum generaliter, quoniam omnis rectè vivens, Judæus seu Christianus, seu lege suâ relictâ, in aliam tendens, omnis scilicet Deũ adorans, bonique gestor, indubitanter divinum amorem assequitur. Ita videlicet Rhetorii requiem invenerunt apud Mahometistas, ex quibus Puccius hunc Errorem hausit. Vbi & hoc monendum est, Zvvinglium (quem Gualterus posteà excusare & defendere non erubuit) etiam ad hanc opinionem quam proximè accedere, dum Numam Pampilium, & nullos non Ethnicos incredulos, unà cum credentibus salvat, & ex æquo in cœlum vitamque æternam collocat. Cum quo etiam quidam veterum Monachorum faciunt, qui Aristotelem & alios per lucem legis naturæ salvant. Imo verò maximè damnosa est, impura illa & obscura meretrix Parhisiensis scholæ (scribit Lutherus) quæ determinavit Aristotelis dogmata in Moralibus, non dissentire Christi dogmatis, cùm ille aliud non doceat quam per Opera acquiri virtutes: dicens, faciendo temperata efficimur temperati, quod Christiana Conscientia ceu sentinam inferni execratur. Sic Lutherus. Quod probè considerent Papistæ & Calvinistæ, & diligenter perpendant, quam longè absint à Puccianismo & Rhetorianismo. Quæ causa fuit cur immediatè Rhetorios Papismo & Mahometismo in nostrâ arbore præmittere voluerimus. Qui enim illuc dementiæ progressus fuerit, ut omnes sectarios vera dicere & omnes Religiones æquisfacere præsumserit, quid causæ obstiterit illi, quo minus vel ad Papismum, vel ad Mahometismum concesserit?

Lucas Osiander refutavit Puccium.
Turcica fides Iudæum & Christianum justificat.
Puccius fidem suam habet ex Alcorano.
Zuinglius ad Rhetorios accedit.
Monarchi Aristotelem salvant.
In Iudicio de votis Monasticis.

EPILO-

EPILOGUS SEU Peroratio hujus Tractatus de Antichristianismo.

CAP. I.

Antichristianismum esse fruticationem & propaginem omnium Veterum Hæresium.



Andem fit surculus Arbor. Et, Tandem nascuntur in arbore fructus. Id quod & nos de nostrâ Arbore Hæreticâ affirmare non reformidamus. Antichristianismum enim esse ipsissimam fruticationẽ & propagationem omnium Hæresium, non indigere putamus prolixâ Demonstratione. Quis enim non credat Diabolum in tantis tot tantorumque Hæreticorum machinamentis tandem certum scopum sibi habuisse præfixum, eversionem & extremam Panoletriam Christi & ipsius regni, quod ipsum nihil aliud quam Antichristianismum infert. Sicut enim Apostoli plãtãrũt, seminarũt, irrigarũt, ut benedicẽte Christo Regnũ Christi ex ipsorum agriculturâ tanquam fructus excresceret & incrementum sumeret: Ita certo certius est, Diaboli Apostolos plantasse, seminasse, rigâsse suam zizaniam ut maledicente Diabolo Antichristi Regnum ex ipsorum depravatione, tanquam fructus aliquis excresceret & incrementum sumeret. Et hoc ipsum est, cur D. Johannes Hæreticos in genere omnes Antichristos nominet, inquiens 1. Joh. 2. 8. Filioli novissima hora est, & sicut audistis, quod Antichristus venit, nunc Antichristi multi facti sunt. Hæretici omnes Antichristi sunt, tum quod singuli in sese suis pestiferis adinventionibus Christum vel ratione Personæ vel Officii impetant & oppugnent, tum quod omnes junctis viribus in id colliment & conspirent, ut filius perditionis Antichristus magnus hoc modo conciperetur & excluderetur. Quod ut adhuc evidentius demonstremus, observentur diligenter verba D. Apostoli Pauli in 2. Thessal. 2. 3 & seqq. Nam quod ibi Apostolus agat de Antichristo magno extra omnem controversiam

Scopus Diaboli in Hæreticis Antichristianismus.

Cur omnes Hæretici Antichristi dicantur.

mysterium, quod ὁμολογουμένως magnum est, 1. Timoth. 3. 16. Explodantur ergò istæ Calvinianorum similitudines, ut sunt, Vnio oceani & Antverpiæ; stellæ & orbis; Thoracis & Brachii: Regis & pallii Regis; Mosis & virgæ ejus, Annuli & gemmæ; Rotæ & clavi in rotâ, &c. In quibus Nestorianismus ipse vel certè evidens Præparatio ad Nestorianismum plenis velis insinuatur. Has & similes cautelas qui diligenter observaverit, ab hac hîc securus esse poterit. Obiter Colophonis loco addo quod Nestorius Incendiarius dictus sit quia est Hæreticos igni prosecutus, ô utinam Calviniani in hoc Nestorium non æmulentur: Et esset proculdubio major pax in Europa, quam nunc est.

Nestorius Incendiarius in Hist. Tripart. dictus.

CAP. XX.

De Rhetoriis.

RHetorii vel Rhetoriani, à quodam Rhetorio sic dicti inveniuntur. De quibus ita Philastrius: Alii sunt in Ægypto & Alexandriâ Rhetorio quodam, qui omnes laudabat Hæreses, dicens omnes benè sentire, & neminem errare ab eis, sed ambulare benè omnes illos, & malè eos non credere sentiebat. Si itaque omnes laudabat, quem quæso vituperabit? Ergò non retinet quod verum est. Et Photinus ergò laudandus est Hæreticus, qui Christum Dominum negat esse ante secula cum Patre, & omnis hæresis, quæ blasphemat aut in Patrem aut in Filiũ, aut in Spiritum. Cur igitur blasphemos Hæreticos laudat, cum eos Christus Dominus ex hoc jam seculo damnaverit, dicens: Non dimitti hominibus Blasphemiam in Spiritum Sanctum blasphemantibus & perseverantibus, neque hic neque futuro? Propter quod & constat, ipsum esse Hæreticum, imò potius nihil scire, qui eos laudandos non vituperandos & abjiciendos judicaverit. Sic Philastrius. Nos illos ita in Arbore nostrâ depinximus, ut utrumque arboris Hæreticæ ramum vinculo constringant & conjungant. Augustinus ita de illis: A Rhetorio quodam exortam Hæresin dicit nimium mirabilis vanitatis, quæ omnes Hæreticos rectè ambulare & vera dicere affirmat, quod ita est absurdum, ut mihi incredibile videatur. Sic rectè Augustinus de Hæretico hoc sensit. Mihi verò de hoc Hæretico illud judicium, ut sentiam ipsum omnium Hæreticorũ Hæreticissimum & omnium mendaciorum mendacissimum esse. Nam ut fit inter scurras quandoque, qui mentiendi certamen ineunt, & ordine mentiuntur, ut si ultimus omnium præcedentium Mendacia vera esse affirmet, longè enormius mentiatur, quam omnes illi qui ante ipsum mentiti sunt: Ita quoque censeo hunc Rhetorium omnium atro-

Rhetorius omnes Hæreses laudat & approbat.

Rhetorij utrumq; Arboris Hæreticæ ramũ cõstringit.

Rhetorius dum omnes mendaces vera dicere asserit, ipse mendacissimus est.

cissimè

tem si comprehendantur, & in unum colligantur, omnes illæ hæreses, quæ ad Christi officium evertendum conspirarunt, & in primâ & secundâ Classe distributæ sunt, hunc infelicem ortum dederunt uni Antichristianismi Ramo, nimirum Baptismo. Si verò reliquæ duæ classes colligantur, quæ ad Eversionem Personæ & utriusque ejus naturæ Divinæ & Humanæ collimârunt, hunc illæ omnes & singulæ Hæreses in unum collectæ alteri parti Antichristianismi, Turcismo, Alcoranismo, seu Mahometismo initium fecerunt.

Antichristianismus bicornis.

Et hoc etiam haud obscurè ex Apocal. 9. in quibus de hisce duobus Principalibus Erroribus, Papismo & Mahometismo disertè agitur, facilè ostendi potest, & ostensum est à nobis in Commentario nostro Biblico in Apocalypsi: Cum enim præcedenti 8. cap. vaticinatus fuisset Iohannes, de quatuor stellis cadentibus, posteà in sequenti toto cap. 9. videt puteum abyssi reseratum, ex quo tantus fumus exivit, ut de isto fumo obscuraretur Sol & Aer: Undè Locustæ Scorpioides exiverunt qui truculentis Carnificinis homines miserè cruciârunt. Quarum locustarum similitudines erant similes Equis cataphractis loricatis, ferreis & bellicis curribus, habebant adjunctum Brachium seculare, habebant coronas in capite (ut rasi Monachi) ex Auro (ut Papa Romanus.) Quem super se habebant tanquam Regem, qui Angelus abyssi (nempè Purgatorij) est, & dicitur Abaddon, Græcè ἀπολλύων: Idem nimirum ille, quem Paulus in 2. Thessalonic. 2. filium ἀπωλείας Perditionis appellat. Quam Descriptionem, nobis Papisticam Hierarchiam insinuare, cuivis facilè ad oculum patet. Atque ita Papismus ibidem descriptus nihil aliud erit, quam παραφυὰς, germen, Fructus, & efflorescentia hæresium primæ & secundæ classis.

Demõstratio Apocalyptica Antichristum esse biformem.

2. Thes. 2. 3.

Antichristianismus est Efflorescentia Hæresium.

Mox sequitur in eodem dicto 9 capite Apocalypseos, solutio quatuor Angelorum, qui alligati sunt in flumine magno Euphrate, quorum numerus Equestris erat exercitus, Mahomethem innuens qui etiam tam ratione locorum ad Euphratem sitorum, quam ratione gladij & potentiæ bellicæ, quâ suam virulentam Doctrinam propagare satagit ibidem prolixè & vivis quasi coloribus depictus est. Legantur singula dicto loco, & fatebitur omnis Lector, haud oscitanter Prophetias illas cum Eventu, & rerum Experientiâ conferens, omnia κατ' ἰσάρμονσιν quadrare in Antichristianum Regnum Papæ & Turcæ.

Nunc pergemus per Brevem Exegesin demonstrare & deducere, quomodo Hæreses primæ & secundæ præcipuè Classis, in unum Papismi caput, tanquam in venenatum & Gomorrheum aliquod Pomum excreverint & coaluerint: Quæ res expeditu facilis est, nec quicquam

troversiam est. Qui, quamvis longè post venturus esset Paulo idipsum vaticinâte, tamen affirmat idem Apostolus, quod mysterium iniquitatis modo isto tempore operaretur, obstaculum autem ipsi adhuc objectum esse, ne possit in nervum erumpere. Sicut igitur se res habet in progeneratione hominis naturalis, ita etiam res se habet in progeneratione hominis peccati, seu filii perditionis spiritualis: Nihil enim utrobique simul cœptum & perfectum est. Concipitur primum fœtus in utero: fovetur semen: informatur: incipit embryon vivere, moveri, nutriri: donec cum complemento certorum Mensium fœtus excludatur & in lucem edatur. Idem de Antichristo magno homine sceleroso & filio perdito statuendum est. Tempore Apostoli Pauli per Pseudoapostolicos Philetum, Hymenæũ & alios hic fœtus conceptus, fotus, auctus, tantos modò progressus fecerat, ut inciperet ἐνεργεῖσθαι, operari & moveri, hac enim vocula Paulus utitur. Non poterat autem nisi temporis successu tandem excludi & prodire. Debebat enim revelari suo tempore, nam singularis cura sanctorum Apostolorum, & Dei providentia, ardensque zelus multorum fidelium cum gravissimis sanctorum martyrum persecutionibus conatum hunc Diaboli retardabant, & adhuc compescebant. Tandem autem farrago illa Errorum & Hæresium, quæ subindè accumulabatur, in unum Regni Diabolici corpus redacta, totum Antichristianismum constituit & evomuit. Sic prognata & pestilens hæc Antichristi soboles.

Filius perditionis generatur successivè ut Homo per Naturam.

Quid Antichristum retardaverit.

CAP. II.

De duobus ramis Antichristianismi: & primò quidem de Baptismo.

DOctrinam de Antichristo ex professò tractare non est hujus loci: continebimus ergò nos intra metas nostri instituti: Ad quod sufficit brevibus repetere ea, quæ supra (in prolegomenis) de quadripartitâ divisione omnium Hæreticorum diximus, ex hoc fundamento, quod omnes Hæretici Christum negent. Quis enim est mendax, nisi is qui negat, quoniam Jesus non est Christus? inquit Iohannes 1. suâ Canonicâ, cap. 2, 22. Dupliciter autem Christus negatur, vel ratione personæ vel officij. Abnegatio Christi, ratione officij, peperit hactenus duas Hæreticorum Classes: Primam & secundam. Abnegatio Christi ratione Personæ peperit alias duas, Tertiam & Quartam, de quibus luculenter dictum est ex Apocalypsi cap. 8. de quatuor stellis cadentibus. Iam autem

Christus dupliciter negatur.

tem

tem si comprehendantur, & in unum colligantur, omnes illæ hæreses, quæ ad Christi officium evertendum conspirarunt, & in primâ & secundâ Classe distributæ sunt, hunc infelicem ortum dederunt uni Antichristianismi Ramo, nimirum Baptismo. Si verò reliquæ duæ classes colligantur, quæ ad Eversionem Personæ & utriusque ejus naturæ Divinæ & Humanæ collimârunt, hunc illæ omnes & singulæ Hæreses in unum collectæ alteri parti Antichristianismi, Turcismo, Alcoranismo, seu Mahometismo initium fecerunt. *Antichristianismus bicornis.*

Et hoc etiam haud obscurè ex Apocal. 9. in quibus de hisce duobus Principalibus Erroribus, Papismo & Mahometismo disertè agitur, facilè ostendi potest, & ostensum est à nobis in Commentario nostro Biblico in Apocalypsi: Cum enim præcedenti 8. cap. vaticinatus fuisset Iohannes, de quatuor stellis cadentibus, posteà in sequenti toto cap. 9. videt puteum abyssi reseratum, ex quo tantus fumus exivit, ut de isto fumo obscuraretur Sol & Aer: Undè Locustæ Scorpioides exiverunt qui truculentis Carnificinis homines miserè cruciârunt. Quarum locustarum similitudines erant similes Equis cataphractis loricatis, ferreis & bellicis curribus, habebant adjunctum Brachium seculare, habebant coronas in capite (ut rasi Monachi) ex Auro (ut Papa Romanus.) Quem super se habebant tanquam Regem, qui Angelus abyssi (nempè Purgatorij) est, & dicitur Abaddon, Græcè ἀπολλύων: Idem nimirum ille, quem Paulus in 2. Thessalonic. 2. filium ἀπωλείας Perditionis appellat. Quam Descriptionem, nobis Papisticam Hierarchiam insinuare, cuivis facilè ad oculum patet. Atque ita Papismus ibidem descriptus nihil aliud erit, quam παραφυὰς, germen, Fructus, & efflorescentia hæresium primæ & secundæ classis. *Demõstratio Apocalyptica Antichristum esse biformem.* *2. Thes. 2.3.* *Antichristianismus est Efflorescentia Hæresium.*

Mox sequitur in eodem dicto 9 capite Apocalypseos, solutio quatuor Angelorum, qui alligati sunt in flumine magno Euphrate, quorum numerus Equestris erat exercitus, Mahomethem innuens qui etiam tam ratione locorum ad Euphratem sitorum, quam ratione gladij & potentiæ bellicæ, quâ suam virulentam Doctrinam propagare satagit ibidem prolixè & vivis quasi coloribus depictus est. Legantur singula dicto loco, & fatebitur omnis Lector, haud oscitanter Prophetias illas cum Eventu, & rerum Experientiâ conferens, omnia κατ' ἐφάρμωσιν quadrare in Antichristianum Regnum Papæ & Turcæ.

Nunc pergemus per Brevem Exegesin demonstrare & deducere, quomodo Hæreses primæ & secundæ præcipuè Classis, in unum Papismi caput, tanquam in venenatum & Gomorrheum aliquòd Pomum excreverint & coaluerint: Quæ res expeditu facilis est, nec quicquam

Simon Magus caput Papismi.

Vide D. Eckhardi Papa Pharisaisante. Corban Pharisaeorum in Papatu.

Papistae Ha: Apostolici.

Papistae omnes suos Errores Traditionibus salvant.

Cerinthus Traditionum Author.

Papistae tenentur omnes Patrum Errores defendere.

Papistae Nazaraeos imitantur. Evangeliũ Perfectionis mutuatur Papista ab iisdẽ.

amplius indiget, quam accuratam Relectionem & ἀνακεφαλαίωσιν eorum, quae dicta sunt in singulis Classibus Prioribus.

Et initiò quidem qui caput omnium Haeresium est Simon Magus, caput simul Papismi est; Idque duobus potissimum modis, I. ratione Pharisaismi, quem totum totus in se insorpsit. Deindè ratione Avaritiae, quâ res sacras venales habuit. Nam quod Veteres Pharisaei & moderni Pontificij, tam similes inter se sint, ut ovum est ovo, id haud difficile probatu est, & multi nostratium id jam ante peculiaribus scriptis fecerunt. In Iustificatione enim ut caetera taceamus, ad Iustitiam operum confugiunt: Traditiones Patrum cum illis pro Regulâ habent: & Corban Pharisaicam etiam in suas Ecclesias transtulerunt. Imò nihil dicitur in cap. 23. Matthaei, quod Christus contrà Pharisaeos evibrat, quod non etiam Pontificios accuset. Simoniacae venditiones & Emtiones in Ecclesiâ Romano-Catholica tam sunt famosae, ut contrà easdem lapides vociferentur. Hunc excipiunt Apostolici nomine, sed Pseudoapostolici reipsa, à quibus hunc speciosum titulum acceperunt Papistae, qui nihil aliud agunt, quam ut sedem suam Apostolicam omnibus obloquentibus tanquam clypeum Gorgonis praetendant. Ne quid dicam de Traditionibus horum Haereticorum, qui omnia ea, quae ex scripto Dei verbo comprobare nō poterant, hoc unico Pharmaco Apostolicarum Traditionum sanabant, in quo nullum aemulatorem habet studiosiorem Pontificiis nostris. Nam praeterquam quod Apocryphos libros ex plenitudine potestatis canonizent, tantam farraginem habent traditionum, ut aliquot Myriadum numeros illas superare nos alibi contrà Brunsvicensem Jesuitam jampridem demonstraverimus, quae omnes sacrosancto nomine Apostolicarum παραδόσεων obtruduntur & propinātur Ecclesiae. Quibus Cerinthum annumeravimus suprà, & nunc quoque iisdem eodem Jure Pontificios annumerandos esse censemus. Porrò Chiliastarum Error sub specioso Traditionis titulo etiam quibusdam Patribus imposuit, ut suprà dictum est; quos vel defendere necesse habent Pontificii, vel non amplius jurare in omnia veterum Patrum verba.

Nazaraeis etiam communicant, tum quia & ipsi Traditionarii erant, tum quia Justificationem ex lege definiebant, tum quia veteres Leviticas ceremonias deponere nolebant, sed & ipsas mordicus defendendas & frequentandas esse in N. T. putabant. Quid autem aliud agunt nostri Pontificii, quam ut parietes suarum Ecclesiarum mero Judaismo coronent & illustrent, & Judaicas ceremonias sub opinione cultus & necessitatis intrudant? Quid dicam de Evangelio perfectionis, quod etiam in omnibus monasteriis sub consiliorum Evangelicorum titulo Personat: A quibus & visionum & Enthusiasmorum & miraculorum ja-

ctantiam hauserunt. Defendant etiam Pontificii Evangelium totum Hæreticorum cum Bedâ quintum, vel desinant jurare in verba Patrum. Jesuitas etiam cum Nazaræis novum, præter Christianorum nomen, à Jesu sibi assumere, suprà modo annotavimus. Pontificios etiam Nicolaitas esse dupliciter patet; Primò, quia cum ipsis libertatem Evangelii à Christo nobis partam conculcant, & laqueos injiciunt conscientiis, ut illi fecerunt in esu idolothytarum: secundò, quod ex ipsius Ruberti Abbatis testimonio suprà allegato etiam prohibitione Conjugii, quod Cleris interdicunt ad hanc pestem accedant. Angelici etiam sunt Pontificii, quia Angelos colunt, & in litaniis suis Michaelem & alios Angelos & Archangelos invocant, fingunt item Angelorum Apparitiones, ex quibus chilladas piarum fraudum contexerunt, Cætera supra fusius diximus.

Quintum Evangelium Nazaraeorum.

Papista sunt Nicolaita.

Pontificij sunt Angelici.

Ad Antropomorphitas etiam accedunt Pontificii: quia Hierarchiam suam ad morem planè humanum Monarchicum configurant. Deinde quia sic putant agi in cœlis, ut hic inter homines. Nam uti Reges, suos Janitores aut Officiarios suos habent, per quos adiri debent, & sine quibus nulli datur accessus, ita illi quoque Petrum ostiarium, & reliquos sanctos sanctasque Patronos, & Patronas, Mediatores & Mediatrices in cœlis constituunt, sine quibus nulli datur aditus ad Christum.

Pontificij Anthropomorphita.

Pontificii etiam puri puti Origenistæ sunt: Primum ratione Allegoriarum, quibus frequenter usus est Origenes, quæ posteà originem dederunt Anagogis & Moralisationibus monasticis, quibus turpissimè literalem sensum sacrorum Textuum corrumpunt. Deinde ratione Mixturæ, quâ philosophiam commiscent Theologiæ, quod principium dedit Rabis Scholasticis, & nefariis Scholasticorum corruptelis.

Pontificij sunt Origenista.

Ad Origenianos etiam Augustini accedunt damnando Nuptias, ut rem carnalem & Deo displicentem, ex quâ prohibitione non nisi fœdæ pollutiones, peccata Onan & id genus alia scelera subsequuntur.

Pontificij sunt Origeniani.

Aerianis quoque communicant, dum conjugia damnant, si non in solidum, saltem ex parte. Quod ordines integros instituunt eorum, qui Esu carnium abstinent per totam vitam, quod infiniti Ordines Monastici & Clericales ab iis approbantur, ad quorum communionem non nisi continentes admittuntur.

Quomodo Pontificii Heraclitæ & Hierarchitæ sint, id in descriptione harum hæresium suprà ostendimus.

Pontificij sunt Heraclita.

Pontificii quomodo Ophitæ sint, patet 1. si in genere observemus multas superfluas Ceremonias illos in Missâ sua habere, & sacramentum serpentino modo lambere. Deinde quia Draconem magnum è mari ascendentem adorant, imo Draconi insident, uti ex cap. 13. 17. & 18. Apocalypseos

Pontificij sunt Ophita.

amplius indiget, quam accuratam Relectionem & Ἀνακεφαλαίωσιν eorum, quæ dicta sunt in singulis Classibus Prioribus.

Simon Magus caput Papismi.

Et initiò quidem qui caput omnium Hæresium est Simon Magus, caput simul Papismi est: Idque duobus potissimum modis, I. ratione Pharisaismi, quem totum totus in se insorpsit. Deindè ratione Avaritiæ, quâ res sacras venales habuit. Nam quod Veteres Pharisæi & moderni Pontificij, tam similes inter se sint, ut ovum est ovo, id haud difficile probatu est, & multi nostratium id jam ante peculiaribus scriptis fecerunt. In Iustificatione enim ut cætera taceamus, ad Justitiam operum confugiunt: Traditiones Patrum cum illis pro Regulâ habent: & Corban Pharisaicam etiam in suas Ecclesias transtulerunt. Imò nihil dicitur in cap. 23. Matthæi, quod Christus contrà Pharisæos evibrat, quod non etiam Pontificios accuset. Simoniacæ venditiones & Emtiones in Ecclesiâ Romano-Catholica tam sunt famosæ, ut contrà easdem lapides vociferentur. Hunc excipiunt Apostolici nomine, sed Pseudoapostolici reipsa, à quibus hunc speciosum titulum acceperunt Papistæ, qui nihil aliud agunt, quam ut sedem suam Apostolicam omnibus obloquentibus tanquam clypeum Gorgonis prætendant. Ne quid dicam de Traditionibus horum Hæreticorum, qui omnia ea, quæ ex scripto Dei verbo comprobare nō poterant, hoc unico Pharmaco Apostolicarum Traditionum sanabant, in quo nullum æmulatorem habet studiosiorem Pontificiis nostris. Nam præterquam quod Apocryphos libros ex plenitudine potestatis canonizent, tantam farraginem habent traditionum, ut aliquot Myriadum numeros illas superare nos alibi contrà Brunsvicensem Jesuitam jampridem demonstraverimus, quæ omnes sacrosancto nomine Apostolicarum παραδόσεων obtruduntur & propinātur Ecclesiæ. Quibus Cerinthum annumeravimus suprà, & nunc quoque iisdem eodem Jure Pontificios annumerandos esse censemus. Porrò Chiliastarum Error sub specioso Traditionis titulo etiam quibusdam Patribus imposuit, ut suprà dictum est: quos vel defendere necesse habent Pontificii, vel non amplius jurare in omnia veterum Patrum verba.

Vide D. Eckhardi Papā Pharisaisantē.
Corban Pharisæorum in Papatu.
Papistæ Ha: Apostolici.
Papistæ omnes suos Errores Traditionibus salvant.
Cerinthus Traditiónum Author.
Papistæ tenentur omnes Patrum Errores defendere.

Nazaræis etiam communicant, tum quia & ipsi Traditionarii erant, tum quia Justificationem ex lege definiebant, tum quia veteres Leviticas ceremonias deponere nolebant, sed & ipsas mordicus defendendas & frequentandas esse in N. T. putabant. Quid autem aliud agunt nostri Pontificii, quam ut parietes suarum Ecclesiarum mero Judaismo coronent & illustrent, & Judaicas ceremonias sub opinione cultus & necessitatis intrudant? Quid dicam de Evangelio perfectionis, quod etiam in omnibus monasteriis sub consiliorum Evangelicorum titulo Personat: A quibus & visionum & Enthusiasmorum & miraculorum jactantiam

Papistæ Nazaraos imitantur.
Evangeliū Perfectionis mutuātur Papistæ ab iisdē.

ctantiam hauserunt. Defendant etiam Pontificii Evangelium totum Hæreticorum cum Bedâ quintum, vel desinant jurare in verba Patrum. Jesuitas etiam cum Nazaræis novum, præter Christianorum nomen, à Jesu sibi assumere, suprà modo annotavimus. Pontificios etiam Nicolaitas esse dupliciter patet; Primò, quia cum ipsis libertatem Evangelii à Christo nobis partam conculcant, & laqueos injiciunt conscientiis, ut illi fecerunt in esu idolothytarum: secundò, quod ex ipsius Ruberti Abbatis testimonio suprà allegato etiam prohibitione Conjugii, quod Cleris interdicunt ad hanc pestem accedant. Angelici etiam sunt Pontificii, quia Angelos colunt, & in litaniis suis Michaelem & alios Angelos & Archangelos invocant, fingunt item Angelorum Apparitiones, ex quibus chiliadas plurum fraudum contexerunt, Cætera supra fusius diximus.

Quintum Evangelium Nazaræorum.
Papistæ sunt Nicolaitæ.
Pontificij sunt Angelici.

Ad Antropomorphitas etiam accedunt Pontificii: quia Hierarchiam suam ad morem planè humanum Monarchicum configurant. Deinde quia sic putant agi in cœlis, ut hîc inter homines. Nam uti Reges, suos Janitores aut Officiarios suos habent, per quos adiri debent, & sine quibus nulli datur accessus, ita illi quoque Petrum ostiarium, & reliquos sanctos sanctasque Patronos, & Patronas, Mediatores & Mediatrices in cœlis constituunt, sine quibus nulli datur aditus ad Christum.

Pontificij Anthropomorphitæ.

Pontificii etiam puri puti Origenistæ sunt: Primum ratione Allegoriarum, quibus frequenter usus est Origenes, quæ posteà originem dederunt Anagogis & Moralisationibus monasticis, quibus turpissimè literalem sensum sacrorum Textuum corrumpunt. Deinde ratione Mixturæ, quâ philosophiam commiscent Theologiæ, quod principium dedit Ramis Scholasticis, & nefariis Scholasticorum corruptelis.

Pontificij sunt Origenistæ.

Ad Origenianos etiam Augustini accedunt damnando Nuptias, ut rem carnalem & Deo displicentem, ex quâ prohibitione non nisi fœdæ pollutiones, peccata Onan & id genus alia scelera subsequuntur.

Pontificij sunt Origeniani.

Actianis quoque communicant, dum conjugia damnant, si non in solidum, saltem ex parte. Quod ordines integros instituunt eorum, qui Esu carnium abstinent per totam vitam, quod infiniti Ordines Monastici & Clericales ab iis approbantur, ad quorum communionem non nisi continentes admittuntur.

Quomodo Pontificii Heraclitæ & Hierarchitæ sint, id in descriptione harum hæresium suprà ostendimus.

Pontificij sunt Heraclitæ.

Pontificii quomodo Ophitæ sint, patet 1. si in genere observemus multas superfluas Ceremonias illos in Missâ sua habere, & sacramentum serpentino modo lambere. Deinde quia Draconem magnum è mari ascendentem adorant, imo Draconi insident, uti ex cap. 13. 17. & 18. Apocalypseos

Pontificij sunt Ophitæ.

pocalypseos ad oculum patet; & à nobis quoque ibidem est ostensum.

Pontificij sunt Severiani.

Cum Severianis Pontificii quoque faciunt in improbando matrimonio, quod illi opus Satanæ, hi opus carnis Deo displicens proclamant, in quo certè parum distant. Carnis enim opus Deo displicens non nisi opus Sathanæ est. Nam quod Deo displicet, Dei opus non est, quod opus Dei non est, Satanæ opus est. Montanistæ Itidem ipsi Pontifices Romani sunt: qui se fingunt plenariam habere Spiritus illustrationem, & peculiarem Spiritum in scrinio pectoris sui, unde tot Traditionibus ortus datus est, & datur subinde. Quomodo Montanistarum Error etiam Tertullianum occupaverit, ut cum istis secundas nuptias damnaverit, id suprà deduximus. Et improbârunt hoc ipsum in Tertulliano Hieronymus & Augustinus, qui Tertullianum lib. de Bono viduitatis, Cataphrygum & Novatianorum disertissimum adstipulatorem appellat, eumque Hæreses dictas sonantibus buccis non sapientibus inflâsse. Quia ergò Pontificii in omnia Patrum verba jurant, & Jesuitæ quoque è damnatis hisce Tertulliani libris Montanisticis Argumenta contrà nos excerpere & evibrare solent, ideò seipsos quoque Tertullianistas & Montanistas faciunt. Sicut ejus rei evidens documentum præbuit Gretserus in suis Gratiis antè octennium editis, in quibus Lutheri & Lutheranorum Presbyterorum conjugia, scurriliter admodum exagitat, Argumentorum strepitu non nisi ex Tertulliani scriptis Montanisticis petito. Sed incogitantiæ & Extremæ huius dementiæ suæ justas pœnas dedit in Remuneratione meâ contra ipsum editâ, ubi ad oculum convici Jesuitam Gretserum putidum Montanistam esse, his rationibus: Qui cum Tertulliano ex libro 3. ad Uxorem secundùm Montani dogma loquitur, is est Montanista Hæreticus, teste B. Rhenano: Qui ob secundas Nuptias periculũ Hæreseos prædicantibus imminere minatur, hæreticus est damnãs secundas nuptias: Quicunque librum de castitate Hieronymo judice adversus Ecclesiam scriptum, pro vero habet, Hæreticus est: Quicunque non stat Orthodoxorum Patrum sententiæ de libro Monogamias Tertulliani latæ, is hæreticus est, teste B. Rhenano. Qui adhæret violentæ Paulinorum verborum interpretationi cum Tertulliano, est Hæreticus, iterum testante B. Rhenano. Qui immodestè cum Tertulliani Libro de Monogamiâ contrà conjugium loquitur, Hæreticus est. Qui Apostolum legit, non ignorat Librum de Monogamiâ hæreticum esse, inquit Hieronymus. Qui fide adhæret Libro Hæretico, qui Apostolo contrà it, Hæreticus est, &c.

Pontificij sunt Montanistæ.

Gretserus Giesuita est Montanista.

Gretserus Giesuita Hæreticus est.

Atqui Gretserus hæc omnia & singula facit in libro suo Gratiæ dicto: Ergo quantus quantus est, Hæreticus est Montanista. Undè liquet quomodo hujus Hæreseos se participes reddant Papistæ. Si dicant fa-

ctum

Quum hoc Gretserianum non præjudicare toti Ecclesiæ, Ergò agnoscant & proclament, imò comburant Gretserum Professorem Ingolstadianum Hæreseos convictum: Nisi fecerint, erunt ex æquo omnes cum ipso in pari scelere, rogo dignissimi, si Hæretici rogo digni sunt.

Cum Tatianis & Encratitis Pontificii Traditiones & falsos suppositiciosque libros corradunt, & ex iisdem sua dogmata stabiliunt. Conjugiū etiam fornicationi in Clero æquiparant, imò fornicationem cum centum concubinis melius ducunt, quam si Presbyter unam uxorem ducat. Perfectos & Electos suos habent, quibus neque conjugium neque usus carnium conceditur, sub prætextu castitatis & singularis Perfectionis.

Pontificij sunt Tatiani & Encratitæ.

Jovinianistæ sunt Pontificii, quia ut Jovinianus simpliciter conjugium prætulit virginitati: Ita hi simpliciter virginitatem præferunt conjugio, cum neutrum ἁπλῶς verum sit, sed secundum quid. Observa etiam hic nævos & stipulas Hieronymi, quas contra Jovinianum pugnās interspersit, de quibus suprà luculenter diximus, ut de merito cœlibatus & virginitatis, de novo homine, &c. quas refutare nobiscum competit Pontificiis: Ni fecerint, age jurent in omnia & singula Hieronymi & Patrum verba, atque ita scyllam vitando in charybdim irruent.

Pontificij sunt Joviniaanistæ.

Cum Valesiis Origenis castrationem sequentibus huc usque Pontificii faciunt, ut quod illi ferro, hi artibus medicamentorum nefariis faciant & naturam exstinguant, omnemque vim spermaticam arte enecent, unde se Valesiani Erroris reos faciunt, tantum mutatâ modi circūstantiâ, ubi in Effectu conveniunt.

Pontificij sunt Origenistæ.

Pontificii Manichæismi multis modis rei sunt. Nam & illi non prorsus damnabant nuptias, sed auditoribus suis plebeis & imperfectioribus benè concedebant, Electis verò suis, quos ita vocabant, omnīnò interdicebant usum conjugii, quod ex Augustino discimus, Epist. 74. cum de Mallianense Cryptomanichæo scribit, quod Auditorem sanè Manichæorum non electum se esset confessus. Et addit: Auditores autē qui appellantur apud eos & carnibus vescuntur, & agros colunt, & si voluerint uxores habent, quorum nihil faciunt, qui vocantur Electi. Sic ibi. Monachi igitur & sacerdotes Pontificii, quia per Religionem & Ordinem suum Electi sunt, nihil horum faciunt, id est, Manichæisant.

Pontificij sunt Manichæi.

Mallianensis Cryptomanichæus.

Quomodo in cæteris mores eorundem imbiberint, cuivis patet, si quæ superius de hisce Hæreticis dicta sunt, relegat.

Audiani primi Monachi fuerunt, quos proavos suos agnoscant Pontificii Monachi: De quibus ita Historia Tripartita cap. 11.

Audianos agnoscant Proavos suos Monachi.

Est tamen hic prætextus (seorsim vivendi) arrogantiæ plenus, & Pharisaicæ propago doctrinæ, Nā & illi animarum & corporum Medi-

Pontificii Discalceati, nudipedales Silentiarii, Flagellates F. cum accusabant, dicentes: Ut quid cum Publicanis & Peccatoribus manducat Magister noster. Ex quibus discalceati nudipedales, silentiarii, Flagellantes, & ejus furfuris alii suborti sunt, qui adhuc hodiè vivunt & circumcursitant in medio cœtu Romano-Catholicæ Ecclesiæ, ut ipsa αὐτοψία mille testes esse potest.

Pontificii Cathari. Cum Catharis de meritis operum suorum gloriantur.

Pontificii Novatiani. Cum Novatianis non omnes ad pœnitentiam admittunt, sed indè ortum est discrimen casuum reservatorum, quo pœnitentem magis pecuniâ emungant. Item quod pœniteus non possit certus esse de gratiâ. Relapsos etiam hæreticos per pœnitentiam non esse recipiendos Pôtificii docent, quod merè Novatianum est.

Pontificii sunt Pelagiani. Quod Pontificii puri puti Pelagiani sint, in articulo de libero arbitrio & peccato originali, non indiget ampliori demonstratione, sufficiunt ea, quæ nostrates Theologi aliundè demonstrârunt, ad quos suprà Auditorem remisimus.

Pontificii sunt Donatistæ. Cum Donatistis sanctitatis innatæ persuasionem habent, & sibi solis Ecclesiæ veræ titulum adjudicant ipsimet. Elationem item liberi arbitrii cum iisdem inducunt. Item cum iisdem Sacramentorum Virtutem ab Intentione Ministri suspendunt. Et cum iisdem Miracula jactitant. Vide cætera quæ de Applicatione huius Hæreseos ad Papatum suprà diximus.

Pontificii Sarabaitæ. Sarabaitas item in Pontificios Monachos degenerâsse, jam etiam modo suprà ex Marco Antonio de Dominis ostendimus. A Messalianis superstitionem psallendi, multiloquia orandi hauserunt, & quæ sunt alia, quæ tunc diximus cum hanc Hæresin describeremus.

Pontificii Messaliani. Enchitas & Collyridianos etiam esse in Pontificiorum synagogâ suprà modo demonstratum est.

Enchitæ & Collyridiani Papistæ. In Confessione Fidei subterfugiēda Valentini discipulos imitātur.

Vide Cap. 5. 3. Class. supr. His conjunge quæ apud Elcesios classe quarta dicta sunt, qui cum Valentini discipulis item cum Basilide (cap. 10. classe 4.) in Articulo Confessionis Fidem negant.

Pontificii incurrunt sentinam multorum Hæreticorum. Item ex eadem Classe de Macedonianis qui non ex Sacra pagina sed ex Vagina pugnabant & disputabant ut hodiè faciunt Papistæ per Inquisitores Hisp. Hæret. Pravitatis. Cum Marcellina Carpocratis socia adorant Imagines. Vide Cl. 4. cap. 10. Et cum iisdem Carpocratianis nolunt omnia dogmata nisi dignis propalare. Unde oritur interdictio Bibliorum. Sunt item cum Clemente Gnostici Quart Clas. cap. 12. Priscillinistas quoque ex parte imitantur. Ibid. cap. 12. Cum Staurolatris quoque coincidūt. Vide sup. Class. 4. cap. 17. Et Nestorium Incendiarium dictum qui Hæreticos igni persecutus est cum Calvinistis & moribus & dogmate imitantur Pontificii.

Ita

Ita jam ex attentâ huc usque relectione hæreticorum, quos præcipuè in primâ & secundâ Classe descripsimus, κατ' ἐφάρμοσιν patet, Pontificios omnes illos Errores resorbsisse, & veteres Hæreticos in hanc cōmunem sentinam omnes suas sordes deposuisse, quod demonstrandum suscepimus.

CAP. III.

De altero Antichristianismi ramo, Mahometismo.

MAhometismum ortum trahere ab illis potissimum Hæresibus qui Christi Personam & Naturas invaserunt, illud de facili reddemus probabile, si qui præceptores Mahometis fuerint memoriâ repetamus. Machomet vel Magmet vel Mahumedes ex Arabū Ismaelitarum gente originem duxit, alterum Antichristi cornu exorsus est, horribili, Ethnicæ, Judaicæ, Christianæ Religionum confusione, & Armatâ persecutione post Annum Christi 600. cum mysterium iniquitatis in urbe Româ ad fastigium pergeret, & Phocæ præsidio Bonifacius supra omnes Ecclesias esset elatus, ita ut circa idem ferè tempus Mahometismum cum Papismo Diabolus excluserit. Et alterum quidem in Occidentali, alterum in Orientali mundi plagâ, ne ullam mundi partem intentatam relinqueret. Ad erudiendum autem hoc Organum suum Mahometem Diabolus quatuor præceptoribus usus est: Primus erat Sergius Monachus Nestorianus, qui tum exul in Arabiâ vagabatur Secundus erat Johannes Antiochenus Arrianus, Tertius Barra, Persa, Iacobita. Quartus Solam Iudæus & Astrologus. Hi omnes suggestores fuerunt colluviei Religionis, ex omnibus Erroribus & sceleribus compactæ. Ut igitur maxima pars Hæresium, de quibus in tertiâ & quartâ Classe diximus, ortum suum ab excæcatis Iudæis & Pharisæis, qui Divinitatem Christi negarunt, cœperunt, & maximâ ex parte in Arrianismum desierunt: Ita tandem Satanas, quod per Arrium præstare non potuit, assumptâ vi materialis gladii per Mahometem adimplevit, & ita metu gladii verbales digladiationes diversorum Hæreticorum inter Christianos vigentes cōpescuit, & partem capiens ex hoc, ex parte, illo in unum chaos contraxit. Sed nostrum hoc loco non est totam Historiam Mahometis persequi, legatur hic ipse Alcoranus cum variis & eruditis Doctorum virorum additamentis descriptionibus & Refutationibus, operâ & studio Theodori Bibliandri editus in folio. Interim sufficit nunc nobis de capitibus & Erroribus doctrinæ dicere, & ostendere quomodo illa mera sit con-

Machomet Magmet. Mahumedes.

Bonifacius auxilio Phoca elatus.

Quatuor Præceptores Mahometis.

Mahometis gladio docet vel nocet potius.

Theodorus Bibliander edidit Alcoranum.

In Alcorão Pharisaicũ est, Messiam non Deum esse. Ex Simone Mago Alcoranus. Rudimentum primum oppugnandæ Trinitatis: Ex Menandro Alcoranus. Mahometh Ebionita. Mahometh Carpocratẽ & Cerinthum amplectitur. Marciõ & Cerdo, Lucanus. Sethiani Alogiani &c. sunt Evangelista Mahometis. Origeniani Artemon & Samosatenus Alcorani colũna. Alcoranus Manichæorum Heresin imitatur. Arrius & Photinus Propheta Mahometi.

fluentia Hæreticorum, Christi Personam oppugnantium.

Ut ergò à Temporibus Christi statim ordiamur, ex 22. Matthæi satis apparet Pharisaicum hoc fuisse delirium, Messiam non Deum aut Dei filium, sed tantum hominem exsistere, ex quibus id Simon Samarita didicit, qui ausus est se jactare summam virtutem, id est, summum Deum & Christum, Tiberii tempore, apparuisse putativè in Filii personâ: In monte autem Sinai legem Iudæis dedisse in personâ Patris: super Apostolos autem sub Personâ Spiritus Sancti in linguis igneis, quod primum rudimentum est oppugnandæ Trinitatis cum Sabellio & Arrianis. Menander succedens præceptoris sui Simonis impudentissimam gloriationem in se transtulit, semet Salvatorem dicens, qui ad hominum salutem de cœlestibus & Invisibilibus seculis destinatus fuerit, & non in Christi sed suo nomine baptisavit. Ebion Christum solum hominem putavit, & per profectum vitæ ac virtutis virum justum Effectum. Carpocrates & Cerinthus Iesum tantum hominem esse dogmatisaverunt. Marcion & Cerdo eandem vindicavit impietatem: Cujus impium dogma Lucanus excepit. Sethiani quidam putârunt Sem filium Noæ Christum esse. Alogiani usque adeò Verbum & Filium Dei renuerunt, ut etiam Iohannis Evangelium respuerint. Theodotiani tradiderunt Christum hominem tantum esse, quanquam conceptum ex Spiritu Sãcto & Virgine natum. Origeniani non veriti sunt dicere, Christum à Patre tantum distare, quantum à Christo distant Apostoli. Artemonis & Samosateni hæreses asserunt item Christum purum hominem esse, id est, absque Deo. Manichæorum insania est, se formam Christi gerere, Paracletum esse, duodecim discipulos eligere, eosque ad prædicandum stulta ac impia & à diversis Hæreticis mutuata dogmata mittere, quod in fabricando novo suo Alcorano bellè imitatus est Mahomet, Impius Arrius Christum non esse ejusdem substantiæ cum Patre eructavit. Photinus etiam mirificè gloriatus est unum Deum omnipotentem, qui proprio verbo condidisset universa, sed interim strenuè negabat Christi Filii Dei nativitatem ob existentiam antè secula. Nestorii opinionem Sergius Monachus suo Mahometi instillavit, qui ita fecit astare dignitatem Christo, ut cuidam Apostolorum. In Eutychis errorem Monothelitæ, Monophysitæ, Christolytæ & Iacobitæ consenserunt. Hi nimirum sunt illi Patriarchæ, quibus suam originem debet impius Mahometh. Nam quod negat tres in unâ eâdemque Divinitatis Essentiâ personas: Quod negat Deum generare: Quod negat Iesum Christum esse verum Deum: Id suum non est, sed Arrii, Sabellii, Carpocratis, Photini, & aliorum Cacodæmonum. Secundò quod negat Christum

stum passum & crucifixum, Sed alium sui similem suspensum & interfectum, id Manichaicum & Marcioniticum est. Tertiò quæ de creatione delirat, Valentinianorum nugæ sunt. Quartò quod Diabolis salutem spondet, id Origenisticum est. Quintò quod legis Ceremonias, circumcisionem, delectum ciborum, & corporis, imprimis autem ani lotiones, uti necessarias ad salutem retinet, id Ebionitarum est. Sextò quod per creaturas jurat id Priscillanistarum est. Septimò quod matrimonii sanctam institutionem tollit, id Gnosticorum & Manichæorum est. Octavò quod vinum damnat, id Severianum est. Nono pœnitentiam negat lapsis cum Novatianis. Decimò Antichristum à Christo denuò redeunte interficiendum ante Extremum diem: Quo interfecto omnes Iudæos ad Legem suam convertendos esse docet, id ex Chiliastis, Ebione & Cerintho accepit. Plurimorum item Hæreticorum, non tantum eorum de quibus Tertia & Quarta, sed & de quibus primâ & secundâ classe diximus ineptissima placita Mahometh, ut divina Oracula suscepit & suscipienda propinavit. Imò verò nihil aliud dicit vel docet, quam quod non tantum Hæretici ante ipsum, sed quod & PseudoIudaicæ & Ethnicæ religiones olim tradebant. Nihil interim affirmat de Remissione Peccatorum, meras evomit Blasphemias in Filium Dei, negat Christum mortuum pro peccatis: negat resurrexisse ad vitam nostram: negat Spiritum Sanctum & ejus dona: Non docet quid sit peccatum: Non monstrat causas humanarum calamitatum: Nihil potest dicere de verâ Invocatione in fide, negat Christum Iudicem venturum super vivos & mortuos, licet Resurrectionem mortuorum & diem Iudicii credat. Et denique eam doctrinam, quæ propria est Evangelii istam abjicit; & ipsius secta mera confusio est, ex blasphemiis, immundicie, latrociniis, sæviendi contrà eos, qui invocant Filium Dei cum flagitiosis libidinibus polygamiæ conjuncta. Plura qui volet, legat hic D. Philippum Nicolai, qui pulchrè docet, quomodo ex Arrianismo & Nestorianismo Mahometismus conflatus sit, In collatione Arrianorum & Calvinistarum.

Lotio Ani Turcis necessarium ad salutē.

Mahometh PseudoIudaicam & Ethnicam religionem tuetur.

Mahometica Doctrina summa.

Mahometismus conflatus ex Arrianismo & Nestorianismo.

troversiam est. Qui, quamvis longè post venturus esset Paulo idipsum vaticinâte, tamen affirmat idem Apostolus, quod mysterium iniquitatis modo isto tempore operaretur, obstaculum autem ipsi adhuc objectum esse, ne possit in nervum erumpere. Sicut igitur se res habet in progeneratione hominis naturalis, ita etiam res se habet in progeneratione hominis peccati, seu filii perditionis spiritualis: Nihil enim utrobique simul cœptum & perfectum est. Concipitur primum fœtus in utero: fovetur semen: informatur: incipit embryon vivere, moveri, nutriri: donec cum complemento certorum Mensium fœtus excludatur & in lucem edatur. Idem de Antichristo magno homine sceleroso & filio perdito statuendum est. Tempore Apostoli Pauli per Pseudoapostolicos Philetum, Hymenæū & alios hic fœtus conceptus, fotus, auctus, tantos modò progressus fecerat, ut inciperet ἐνεργεῖσθαι, operari & moveri, hac enim vocula Paulus utitur. Non poterat autem nisi temporis successu tandem excludi & prodire. Debebat enim revelari suo tempore, nam singularis cura sanctorum Apostolorum, & Dei providentia, ardensque zelus multorum fidelium cum gravissimis sanctorum martyrum persecutionibus conatum hunc Diaboli retardabant, & adhuc compescebant. Tandem autem farrago illa Errorum & Hæresium, quæ subindè accumulabatur, in unum Regni Diabolici corpus redacta, totum Antichristianismum constituit & evomuit. Sic prognata & pestilens hæc Antichristi soboles.

Filius perditionis generatur successivè ut Homo per Naturam.

Quid Antichristum retardaverit.

CAP. II.

De duobus ramis Antichristianismi: & primò quidem de Baptismo.

DOctrinam de Antichristo ex professo tractare non est hujus loci: continebimus ergò nos intra metas nostri instituti: Ad quod sufficit brevibus repetere ea, quæ supra (in prolegomenis) de quadripartitâ divisione omnium Hæreticorum diximus, ex hoc fundamento, quod omnes Hæretici Christum negent. Quis enim est mendax, nisi is qui negat, quoniam Jesus non est Christus? inquit Iohannes 1. suâ Canonicâ, cap. 2, 22. Dupliciter autem Christus negatur, vel ratione personæ vel officij. Abnegatio Christi, ratione officij, peperit hactenus duas Hæreticorum Classes: Primam & secundam. Abnegatio Christi ratione Personæ peperit alias duas, Tertiam & Quartam, de quibus luculenter dictum est ex Apocalypsi cap. 8. de quatuor stellis cadentibus. Iam au-

Christus dupliciter negatur.

tem

tem si comprehendantur, & in unum colligantur, omnes illæ hæreses, quæ ad Christi officium evertendum conspirarunt, & in primâ & secundâ Classe distributæ sunt, hunc infelicem ortum dederunt uni Antichristianismi Ramo, nimirum Baptismo. Si verò reliquæ duæ classes colligantur, quæ ad Eversionem Personæ & utriusque ejus naturæ Divinæ & Humanæ collimârunt, hunc illæ omnes & singulæ Hæreses in unum collectæ alteri parti Antichristianismi, Turcismo, Alcoranismo, seu Mahometismo initium fecerunt.

Antichristianismus bicornis.

Et hoc etiam haud obscurè ex Apocal. 9. in quibus de hisce duobus Principalibus Erroribus, Papismo & Mahometismo disertè agitur, facilè ostendi potest, & ostensum est à nobis in Commentario nostro Biblico in Apocalypsi: Cum enim præcedenti 8. cap. vaticinatus fuisset Iohannes, de quatuor stellis cadentibus, posteà in sequenti toto cap. 9. videt puteum abyssi reseratum, ex quo tantus fumus exivit, ut de isto fumo obscuraretur Sol & Aer: Undè Locustæ Scorpioides exiverunt qui truculentis Carnificinis homines miserè cruciârunt. Quarum locustarum similitudines erant similes Equis cataphractis loricatis, ferreis & bellicis curribus, habebant adjunctum Brachium seculare, habebant coronas in capite (ut rasi Monachi) ex Auro (ut Papa Romanus.) Quem super se habebant tanquam Regem, qui Angelus abyssi (nempè Purgatorij) est, & dicitur Abaddon, Græcè ἀπολλύων: Idem nimirum ille, quem Paulus in 2. Thessalonic. 2. filium ἀπωλείας Perditionis appellat. Quam Descriptionem, nobis Papisticam Hierarchiam insinuare, cuivis facilè ad oculum patet. Atque ita Papismus ibidem descriptus nihil aliud erit, quam παραφυὰς, germen, Fructus, & efflorescentia hæresium primæ & secundæ classis.

Demõstratio Apocalyptica Antichristum esse biformem.

2. Thes. 2. 3.

Antichristianismus est Efflorescentia Hæresium.

Mox sequitur in eodem dicto 9 capite Apocalypseos, solutio quatuor Angelorum, qui alligati sunt in flumine magno Euphrate, quorum numerus Equestris erat exercitus, Mahomethem innuens qui etiam tam ratione locorum ad Euphratem sitorum, quam ratione gladij & potentiæ bellicæ, quâ suam virulentam Doctrinam propagare satagit ibidem prolixè & vivis quasi coloribus depictus est. Legantur singula dicto loco, & fatebitur omnis Lector, haud oscitanter Prophetias illas cum Eventu, & rerum Experientiâ conferens, omnia κατ' ἐφάρμοσιν quadrare in Antichristianum Regnum Papæ & Turcæ.

Nunc pergemus per Brevem Exegesin demonstrare & deducere, quomodo Hæreses primæ & secundæ præcipuè Classis, in unum Papismi caput, tanquam in venenatum & Gomorrheum aliquod Pomum excreverint & coaluerint: Quæ res expeditu facilis est, nec quicquam

9. Collatio. Nono. Sacerdotes & studentes in Hospitalibus Turcicis, qui ibi scripti habentur, pro Refectione, obligantur ibi peragere speciale Officium pro anima illius, qui fundavit: haud secus, ut in Papatu Missæ & Orationes fiunt pro defunctis Benefactoribus.

10. Collatio. Decimo In varietate etiam Ordinum inter Turcas & Papistas magna est affinitas. Quidam enim ex eis præ se ferunt maximam patientiá, & isti nudi incedunt coopertis tantum ventribus. Et in ista specie Religionis inveniuntur aliqui tantæ perfectionis, ut quasi impassibiles sint, ut nihil Exterioris Impressionis sentire valeant. Alii ex iis magnam præ se ferunt Abstinentiæ Virtutem, ut rarissimè cibum & potum sumant. Alii ita magnam paupertatem habent, ut omnino nihil de terrenis rebus cogitare, aut curare dicantur, nec in crastinum aliquid retinere. Alii perpetuum silentium tenent. Alii visionibus. Alii revelationibus variis sunt donati. Alii raptus alii Exstases supernaturales habent. Alii solitarii in nemorib. & solitudinibus vitam ducunt. Alii in Civitatib. Hospitalitatem exercent: Alii ex mendicitate continua vivunt. Alii habitalites circa sepulchra nominatorum Sanctorum, & custodientes, & de Votis & Oblationib. populi viventes. Sunt enim tantæ Exemplaritatis in omnib. eorum dictis & factis in morib. & motibus tantam præferentes Religionis ostensionem, ut non homines, sed Angeli videantur esse, inquit Septemmont. cap. 14. Confer hæc cum Monachis & Eremitis Papalibus.

11. Collatio. Turc. & Pap. Undecimo. Ipsi dicunt, se præ cæteris à DEO Electos & quasi amicos DEI, se ab omnibus debere honorari. Dicunt se gratiam DEI specialiter ab aliis & præ aliis consecutos, ita ut nemo possit salvari, nisi mediante gratiâ eorum. Si autem quoque offenduntur, statim indignationem imprecantur & Anathemate feriunt. Hæc eadem vox Clericorum Papalium est.

12. Collatio Duodecimo. Gloriantur etiam utrinque de signis & prodigiis mẽdacib. eorum, qui post mortem claruerint & adhuc quotidie claret. (Septemmont. cap. 15.)

13. Collatio. Decimo-tertio. Hinc nascitur quoque magna conformitas in cultu Deorum tutelarium & auxiliarium, in quo uterque Antichristus gentilisat. Turcæ habent Deastrum magnæ Reputationis & Venerationis, cui nomen Sedihasi, id est, sanctus victor, cujus sepulchrum sacrum est: quod qui violat creditur non manere impunitus: Et certa persuasio est, nunquam aliquem fuisse fraudatum desiderio suo, de his qui implorant ejus auxilium in quacunque necessitate, permaxime autem in negotiis belli. Item alium Deastrum Ascik passa habent Patrem Amoris, qui in matrimonio existentibus, sive in partus periculo, sive habendæ

prolis desiderio, sive in rixis Conjugalibus imploratur. Alius Deaster ipsorum Vanpassa discordantibus patrocinium confert. Alius Scheych passa conturbatis & tribulatis solatio est. Alius Chidirelles qui Viatoribus præcipuè necessitatem patientibus, solet esse auxilio, & apparere solet griseo equo insidens. Vide eundem. cap. 15.

Decimoquarto. Multi etiam sunt, qui pro Sanctis habentur, quorum nomina nesciuntur: nihilominus sepulchra eorum habentur in magna Veneratione: nam si pro pluvia habenda vel serenitate consequenda, vel pro quarumque alia necessitate sollicitudo incumbit, conveniunt super sepulchra eorum (pro-ut Pontificii in suis processionibus faciunt) & Vota sua & Orationes facientes magnam spem exauditionis suæ reportant. Idem ibidem. *14. Collatio Turc. & Pap.*

Decimoquinto. Par etiam ratio est Votorum, nam Vota faciunt & munera his Deastris offerunt, in omni genere animalium, & aliarum rerum permutatione, quæ annuatim à Rege & principibus, & totius Vulgi multitudine, communiter ad eorum sepulchrum deferuntur. *15. Collatio. Idem ibidem.*

Decimo sexto. Conveniunt etiã iidem cũ iisdem, ratione prætensorum miraculorum, quæ ad ista Vota facta, sequi creduntur. De his enim signis & prodigiis Turcorum hos audet Septemmontanus fateri, quod major celebritas eorum sit inter omnes Mahometistas, quam habeatur de Sancto Antonio. Conferat cum hac pietatis specie, Lector, Cultum Pontificium qui Mariæ de Loretta Mariæ Aspricolli & Georgio & Rocho, & Christophoro Magno, & mille aliis in Papatu exhibetur, ita ut singulis Sanctis singulæ inspectiones & Patrocinia committantur, non ovum ovo similius esse deprehendet, quam Mahometismus Papismo est. Adde denique quod Mahometistæ in hisce nugis majorem Zelum præ se ferant, quam Papistæ, qui tantus est ut Mahometi Religionem Ceremoniis & moribus multò speciosiorem quam omnium Pontificiorum Religiosorum & omnium Clericorum esse deprehendatur. Miracula enim & monstra Abstinentiæ & disciplinæ Turcicæ nõ tantum conveniunt, & non tantum certant cum Pontificiis, sed & horum Zelum in superstitione sua longis Parasangis post se relinquunt, ut idem Septemmont. passim in libro suo testatur. *16. Collatio Turc. & Papist.* *Vltima Collatio Turc. & Papist.*

Hactenus diximus de collatione Mahometicæ, & Pontificiæ Religionis, quoad accidentalem & Externam formam: Nunc etiam de Interna dicemus. In illa enim non minus conveniunt.

Et primò quidem in eo conveniunt, quod neutra pars Rea esse velit Idololatriæ. Nam quod Mahometistam attinet, is nihil vulgatius & frequentius habet in ore, quàm unum esse DEUM, & se unius illius DEI cultorẽ esse; & vivus mortuusq; mactandus esset quam contrarium asse- *Collatio Turc. & Papis quoad internam formam. I.*

reret. Interim tamen ut paulo ante diximus, homunciones suos & Deastros Mahometem cum sanctulis suis venerantur & colunt. Si quid nostri Pontificii hac in parte agant, ignoras, Papatum ignoras. Nam ille in cinerem redigendus est, qui Papistam Idololatrem pronunciat cum tamen in suis sanctis Idolis, tota die, nihil aliud agant. Atque ita conveniunt in articulo de DEO.

II. Secundo. Quod Personam Christi attinet, in eo jam sæpe ostendimus, quomodo conveniant: Nimirum ut Mahometistæ Personæ Christi divinitatem, ita hi Officium Christi impugnant. Nam quoad Propheticum Christi Officium Mahometistæ & Papistæ Christum novum Legislatorem faciunt, qui librum Legiferum omnisque Magisterii picturam Testamentum ac Evangelium attulerit Azoara. 5. Quod Hilasticũ ipsius officium spectat, id tanti non faciunt, ut in solo illius merito salutem quærendam esse censeant.

III. Tertio, de Angelis utrinque hanc Fabulam tenent, quod singulos homines bini circumstent Angeli, alter à dextris, alter à sinistris, cum tamen Sacra Scriptura nullum hic numerum definiat.

IV. Quartò. Sicut Mahometus nullum majus peccatum novit quam Alcoranum contemnere, eique contradicere, ita Pontifex nullum majus peccatum novit, quam decreta sua contemnere iisque contradicere.

V. Quinto. De lege docet idem Azoara quarta & quinta: DEI legem non esse impossibilem & intolerabilem. Et Deum levia & possibilia præcepisse, cum hominem fragilem & debilem effecerit, quod idem Papistæ cum Pelagianis statuunt.

VI. *Azoara. Nona.* Sexto. De Sacræ Scripturæ insufficientia etiam consentiunt, Mosen non omnia scripsisse, sed plura in absconditis tradidisse, nec omnia Patrib. enodâsse. Azoara decima sexta. Quod postea aperuit abyssum Traditionum Apostolicarum apud Pontificios.

VII. Septimo. Salutem ascribit Mahometh operib. Azoara 37. Sic enim ait. Hæc sunt Secreta Alcorana hujus libri clari viam rectam docentis, & spem bonam pollicentis orantibus & Decimantibus recte, diei que futuræ credentibus. Idem & militantes & qui eos juvant gratiam peccatorum mereri asserit, & Eleemosynas & orationem ex opere operato mercedem mereri, docet. In summa bonis operibus asscribit salutem.

VIII. Octavo, Jejunio etiam cum Pontificiis certum tempus, tanquam à DEO præscriptum definit Azaora 2. Laudat etiam Orationem pro mortuis.

IX. *Azoara. 30.* Nono, Papæ & Mahometis eadem quoque est Autoritas, cui in omnibus obtemperandum est.

X. Decimo. Contra Alcoranum disputantes excommunicantur, uti disputan-

disputantes contra Papæ decreta.

Undecimo. Ciborum etiam discrimen tenendum, sub opinione peccati statuit, cum Papistis. XI.

Duodecimo. Antichristum nondum venisse, sed paulò antè extremum judicium venturum & à Christo interficiendum esse, etiam inter ipsos communis opinio est. XII.

Decimotertio. Iidem & etiam inter se Purgatorium esse statuunt. XIII.
Et ut cum Purgatorio claudamus placet hic Bernhardi de Lutzenburg Theologiæ Professoris & Ordinis prædicatorum, verba ex Tractatu de Purgatorio, ex magno Zelo scilicet profecta, Epilogi loco adjicere, in quibus ex abundantia cordis sui sic loquitur: Sciat Lector Hæreticos (Lutheranos intelligit) Purgatorium non intraturos, sed infernus erit eorum Hospitium. Et Saraceni (nota bene) fidei nostræ æmuli (audi Saraceni sunt fidei Pontificiæ æmuli) erunt eorum Judices. Nam & hi Purgatorium ponunt. Dicit enim Mahometus in Alcorano in decimo Articulo fidei suæ: Crede quod homines transibunt per Purgatorium, & ibi stabunt aliqui amplius, aliqui minus. Sic ille. En Saracenos testes & judices tantæ controversiæ, omni exceptione, nî fallor, majores. Tanta est horum duorum capitalium Christi hostium convenientia & consonantia, quid igitur mirum, quod utrinque fremant & conveniant in unum adversus Dominum & adversus Christum ejus? Verisimile igitur Lutheri Vaticinium est, Pontificem in perniciem Evangelii se propediem conjuncturum esse, cum Turcico Imperatore & illum in nos excitaturū. Sed nos ex Tertulliani libro I. de præscriptionibus, memores simus, tam Dominicarum prænuntiationum, quam Apostolicarum Literarum, quæ nobis & futuras hæreses pronunciârunt, & fugiendos præfinierunt.

Confeßio Papistarū quod Saraceni sint fidei Pontificiæ æmuli.

Filius Dei constringat omnes Antichristi conatus, servet pusillum suum gregem, & sanctificet nos in veritate sua: Sermo ejus veritas est. Amen.

Tantum de Hæreticis dixisse sufficiat Antiquiorum seculorum, si Deus mihi deinceps vitam concesserit etiam appendicem sectariorum nostri seculi, cum bono Deo, subjiciam. Interim hisce acquiescat Lector & valeat.

Τῷ Θεῷ δόξα.

Quia supra cap. 4. Diximus ex Tertulliani Sententia, *Philosophos esse Patriarchas Hæreticorum*, voluimus pro assertione & Declamatione hujus Dicti, Centuriam sententiarum quarundam, ex Ecclesiæ Do-

ctoribus & nonnullis aliis Sapientibus collectarum, subjicere, ex quibus non tantum veritas hujus Dicti constare, sed & quilibet Christianus cujuscunque is sit Ordinis præmuniri potest, ut in studio Philosophiæ ita pergat, ne Ancillam Dominæ præferat, & per Philosophorum deceptus jacturam Fidei faciat. Cavete igitur vobis ne quis nimio Studio & amore Philosophiæ, hoc est, Rei per se bonæ Abusu, Fidei suæ jacturam patiatur. Diabolus enim non tantum Rebus per se Malis, sed & per se Bonis malè uti, & contrà salutem totius generis humani, abuti potis est. Vale iterum Lector optime.

AUCTORES QUI IN HAC CENTURIA CITANTUR.

D. Paulus apostolus.
Concilium Carthaginense.
Concilium Turonense.
Honorius papa tertius.
Origenes.
Athanasius.
Ciprianus.
Gregorius Nazianzenus.
Chrysostomus.
Hieronymus.
Augustinus.
Ambrosius.
Lactantius.
Bernardus.
Hadrianus Cardinalis sancti Chrysogoni, qui adhuc superest.
S. Thomas Aquinas.
Magister sententiarum.
Ioannes Gerson.
Antonius ordinis prædicatorum.
Matthæus Vegius.
Franciscus Picus.
Polycraticus.
Xenophon ethnicus.

CENTURIA SENTENTIARUM, DE ABUSU PHILOSOPHIÆ.

Probatissimorum Sapientum, & Ecclesiæ imprimis Doctorum, ante Annos centum collectorum.

PAULUS I. AD CORINT. IV.


Apientia hujus mundi stultitia est apud Deum. Et ad Ro. 1. Dicentes se sapientes, stulti facti sunt. Item 1. ad Corin. 1. Stultam fecit Deus sapientiam hujus mundi. Item Coloss. 2. Videte ne quis vos decipiat per Philosophiam.

Hiero-

Hieronymus in Esaiam.

Tamdiu videtur humanus sermo habere rationem, quàm diu divinæ scientiæ non fuerit comparatus. Cùm autem mendacium veritati, quasi stipula igni appropinquaverit, citò voratur & deperit. *Philosoph. humanus sermo mendaciũ est.*

Augustinus ad Dioscorum.

Humilitati saluberrimæ maxime adversatur quædam (ut ita dicã) imperitissima scientia, dum nos scire gaudemus, quid Anaxagoras, quid Anaximenes, quid Pythagoras, quid Democritus senserit, & cæteri hujusmodi, ut docti eruditique videantur, cum hoc à vera doctrina, eruditioneque longe absit. *Philosoph. imperitissima scientia. Philosoph. à vera erudítione longe abest.*

Aug. libro 2. de sermone Domini in monte.

Vehementer metuendum est, ne studio altercandi & contendendi, quisquam non videat quod à paucis videri potest. *Hoc nõ metuunt scho. theolo. qui perpetuo altercãtur.*

Aug. in Iohannem.

Magni periculi res est, si post prophetarum oracula, post apostolorum testimonia, post martyrum vulnera veterem fidem, quasi novellam, discutere præsumas. *Ergo magni periculi scho. theolo. qui nihil non discutit.*

Aug. in libro de natura boni.

Quidam perdiderunt sensum, studio sciendi & contradicendi. *Caveat qui semper contradicunt.*

Ambro. ad Gratianum imperatorem.

Quid insipientius, quàm de Dei majestate argumenta discutere?

Ambrosius de fide ad Gra.

Mens tua percipit lectionem, edat lingua confessionem, aufer hinc argumenta, ubi fides quæritur. In ipsis gymnasiis suis jam dialectica taceat, non quæro quid loquantur philosophi. Infra. Non creditur philosophis, creditur piscatoribus, non creditur dialecticis, creditur publicanis. *At scholastici jubent ut jugiter resonet. At nunc à philo. vel latum discedens unguẽ perjurus est.*

Ambrosius in Hexameron.

Philosophos suis relinquamus contentionibus, qui mutuis disputationibus se refellunt, nobis autem satis est ad salutem, non disputationum controversia, sed præceptorum veritas, non argumentationum astutia, sed fides mentis. *Quærũt tamen scho. theolo. quã omnes. præ se simplices magno contemptu vocant ipsi forsan dupli.*

Hieronymus ad Theophilum.

Fides pura & aperta non quærit strophas & argumenta verborum, quod simpliciter creditur, simpliciter confitendum est.

Ambrosius in Hexameron.

Vos igitur quæso naturaliter æstimare quæ dicimus, probabiliter, ac simplici mente & sedulo ingenio pensare dignemini, non secundum

philoso-

philosophiæ traditionem, & inanem seductionem, suasoria verisimilia colligentes, sed secundum regulam veritatis, quæ oraculis divini sermonis exprimitur.

Verũ scholastici theo. putant argumentationes fidẽ fulcire, aloquin ruituram.

Ambrosius de incarnatione verbi.

Hæc est dialecticorum gratia, si videatur verbis expugnare & refellere veritatem. Contra, Diffinitio fidei est, ut veritas non verba pendantur, denique verba philosophorum, excludit simplex veritas piscatorum.

Nunc veritatẽ piscatorum excludit Aristoteles.

Ambrosius ad Gratianum de fide.

Omnem hæretici vim venenorum suorum, in dialectica arte constituunt, quæ philosophorum sententia diffinitur, non astruendi vim habere, sed studium destruendi, sed non in dialectica complacuit deo salvũ facere populum suum. Regnum enim Dei in simplicitate fidei est, non in contentione sermonis.

Nũc omnis vis theologia scho. in dialectica est.

Hieronymus in epistola ad Titum.

Geometria, arithmetica, & musica, habent in sua scientia veritatẽ, sed non est scientia illa, scientia pietatis. Scientia pietatis est, nosse scripturas, & intelligere prophetas, Evangelia credere, prophetas non ignorare.

Non idem scholastici dicunt.

Si hæ sunt partes philosophia hic ei detrahit.

Ambrosius in Hexameron.

Quid mihi quærere, quæ sit terræ mensura circuitus, libenter fateor me nescire, quod nescio, immo quod scire nihil proderit.

Muti theo. schola. hæc ne legunt quidem.

Augustinus de ordine disciplina.

Astrologia & geometria, & alia hujusmodi, ideo despecta sunt à nostris, quia nihil ad salutem pertinent, sed magis mittunt in errorem & à Deo avocant.

Quorundã sententia turpissimũ est hæc nescire.

Ambro. libro primo officiorum.

Quid tam obscurum, quam de astronomia & geometria tractare? & profundi aeris spatia metiri, relinquere causas salutis; errores quærere?

Nunc contra despiciuntur, qui hæc negligunt.

Ambrosius in Hexameron.

De terræ quoque qualitate vel positione, nihil prodest ad spem futuri, cum satis sit ad scientiam, quod divinarum scripturarum series comprehendit.

Hæ partes philosophia causa sunt errorũ.

Hoc negãt scho. theol.

Aug. super Genesim.

Quæri solet, quæ forma, quæ figura cœli credenda sit secundum scripturas nostras. multi enim multum disputant de his rebus, quas majori prudentia auctores nostri omiserunt, ad beatam vitam non profuturas

Hæc prudẽtia nunc contra stultitia nominatur.

turas dicentes,& quod pejus est occupantes multum prolixa, & rebus salubrioribus impendenda temporum spacia. Infra. Breviter dicendum est de figura cœli hoc scisse auctores nostros, quod veritas habet, sed spiritum Dei, qui per ipsos loquebatur, noluisse ista docere homines nulli saluti profutura, quibus movendis atque tractandis, non est mihi tempus, nec illis esse debeat, quos ad suam salutem & sanctæ ecclesiæ necessariam utilitatem cupimus informari.

At nunc spiritus scholasticorum theo. vult docere hac.

Ambrosius in hexameron.

Itaque vos, qui valentiores estis, cum videtis mathematicos, dicite, telam aranearum texunt, quæ nec usum aliquem potest habere, nec vincula.

Mathematica aranearum tela.

Aug. de civitate Dei.

Et illos quidem philosophos in impia civitate, qui deos sibi amicos esse dixerunt, in dæmones malignos incidisse certissimum est, quibus tota ipsa civitas subditur, æternum cum eis habitura supplicium.

Philosophi in dæmones inciderunt, & schol. theo. in Phil. collige lector quid sequatur.

Aug. de verbis apostoli.

Beata vita non est nisi æterna, hanc volunt omnes, sed ad tam magnam possessionem,& tam grandem felicitatem, construxerunt sibi viã erroris philosophi,& alii dixerunt hanc, alii dixerunt non hanc, sed hanc tenuit eos via quia superbis Deus resistit.

Viam philos. scholast. & ambulant & cogunt ambulare.

Hieronymus in epistola ad Titum.

Philosophi quoque & barbari, de Deo varia sentientes quæsierũt Deum, sed quia non recte quæsierunt, fuerunt eorum fatuæ quæstiones, ab his igitur Paulus revocat.

Sed contra: Pau. advocant schola. vel numero superaturi.

Hieronymus ad Gala.

Animales reor esse philosophos, qui proprios cogitatus putant esse sapientiam, de quibus recte dicitur, Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei.

Benè putant, non enim est.

Ambrosius in Psalmum XXXVI.

Philosophi in sermone divites sunt, fidei inopes, veritatis extorres,& sunt plerique domini sacerdotes, in sermone pauperes, abstinentia & virtute sublimes, illi multis loquuntur perfidiam, isti paucis fidem astruunt.

Apud philos. tamen schola: veritatem aureo affectat piscari hamo.

Augustinus in Psalmum VIII.

Philosophi hujus mundi bene intelliguntur fidei Christianæ inimici, Sapientiam defendere videntur, cum inimici sint ejus.

At nunc in amicitiam recepti sunt à scholasticis theologis.

Hierony-

Hieronymus ad Latam.

Contrarium faciunt scho. theo.

Non rerum causæ, sed rerum creator inquirendus est.

Augustinus super Genesin.

Periculosus error philosophos putare magnos.

Periculosius errant quidam infirmi fratres, qui cum philosophos de cœlestium corporum numeris, vel de quibuslibet elementorum huius mundi quæstionibus, subtiliter, & copiose differere audiunt, evanescunt. & eos sibi suspirio præponentes, & magnos putantes, & saluberrimæ pietatis libros cum fastidio repetunt.

Augustinus ad Macedonium.

Sed retinet schola. theolo.

Abiiciamus obsecro te falsorum philosophorum vanitates, & insanias mendaces.

Hiero. in Ecclesiasten cap. ultimo.

Vani sunt philosophi.

Sacra scriptura dilatatur in sententiis, cōstringitur in verbis, quod est contra philosophos vanos.

Ambro. in epistolam ad Coloss.

Philoso. à Christo abstrahit, qua potest esse apertior philosophia detractio?

Philosophiam dicit terrenam, per quam solent seduci qui cupiunt prudentes iudicari in mundo. Et infra. Cavendam monet traditionem istam, quia mundi cultrix est, non Dei, nec ad Christum, sed à Christo abstrahit.

Ambros. in Hexameron.

Insignis philosophia detractio.

De cordis oculis loquor, quos habent sapientes mundi, & non vident, in luce nihil cernunt, in tenebris ambulant, dum dæmoniorum tenebrosa rimantur, & cœli alta videre se credunt. Porro autem à fide devii, perpetuæ cæcitatis tenebris implicantur. Aperiunt os, quasi scientes omnia, acuti ad vana, hebetes ad æterna, & longæ disputationis anfractu prudentes, inscii propriæ inscitiæ.

Ambrosius in Lucam.

Philos. porcorum siliqua seducit.

Sunt, qui porcos accipiant pro gregibus dæmoniorum, siliquas pro exili virtute inanium hominum, sermonumque iactantia, qui nihil prodesse possunt inani quadam philosophiæ seductione.

Origenes in Exodum.

Magna dialectica laus.

Super illud, & fit scyniphes, hoc animal pennis suspenditur per aera volitans, sed ita subtile & minutum ut oculi visum, nisi acute cernentis, effugiat. Corpus tamen cum insederit acerbissimo terebrat stimulo, ut quem volantem videre quis non valet, sentiat stimulantem, hoc ergo animal arti dialecticæ comparatur, quæ minutis & subtilibus verborum stimulis animas terebrat, & tanta calliditate circumvenit, ut deceptus nec videat, nec intelligat unde decipiatur.

Augu-

Augustinus de civitate Dei.

Contra philosophorum calumnias defendimus civitatem Dei, hoc est, ejus ecclesiam. Infra. Philosophi quærunt, quid in doctrina Christiana reprehendant.

Et scholastici cōtra te August. defendunt philo.

Grego. Nazian. in libello de Arria.

At quid dialectica religionem decorare se credit, ubi magis per dialecticam religio fœdatur, illa nobis quodammodo nunc Gigantomachia fabulosa reparatur, dum adversum Deum pugnatur in terris, & dū omnis sermo cum quæstione profertur, fit lingua bellatrix, verba sunt jacula, sermo est gladius, tota die absq, ullo fine pugnatur. Infra. Arguamus Aristotelis angustam de providentia sententiam & artem verborū ejus infidelem.

Dialectica religionem fœdat, & contra Deum disputat, & tamen schola. theo. ei suppetias ferunt.

Cyprianus epistola 4. secundi libri.

Inter Christianos & Philosophos plurimum distat Et cum apostolus dicat, Videte, ne quis vos prædetur per philosophiam, & inanem fallaciam. Vitanda sunt quæ non de Dei clementia veniunt, sed de philosophiæ duriori præsumptione descendunt.

At nunc à scho. nemo putatur theologus nisi fuerit & philo.

Cyprianus in libro de Bo. pa.

Patientiam maxime tota observatione tueantur, hanc se sectari quoque philosophi profitentur, sed tam illic patientia falsa est, quàm & sapientia falsa est. unde enim vel sapiens esse, vel patiens possit, qui nec sapientiam, nec patientiam Dei novit, quando de iis, qui sibi sapere in mundo videntur, ipse moneat & dicat. Perdam sapientiam sapientum, & prudentiam prudentum reprobabo. Item beatus apostolus Paulus plenus Spiritu Sancto, & vocandis formandisque gentibus missus, contestetur & instruat dicens. Videte, ne quis vos deprædetur per philosophiam & inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum, quia in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis. Et alio loco. Nemo se, inquit, decipiat. Si quis putet sapientem esse se in vobis, mundo huic stultus fiat, ut sit sapiens. Sapientia hujus mundi, stultitia est apud Deum. Scriptum est enim. Reprehendam sapientes in astutia eorum. Et iterum, Cognovit Dominus cogitationes sapientum, quia stultæ sunt. Quare si sapientia ibi esse non potest, nec & vera patientia. Nam si sapiens ille est, qui humilis & mitis est, Philosophos autem nec humiles videmus esse, nec mites, sed multum sibi placentes, & hoc ipso, quod sibi placeant, Deo displicentes, apparet illic non esse veram patientiam.

Sed defendunt scholares.

Vide lector utrū credas scholasticis an Paulo.

Et usquā non regnat hæc stultitia.

Augustinus sermone de resurrectione domini.

Hoc dixerunt valde magni philosophi mundi hujus, de quibus dicit scriptura nostra, Stultam fecit Deus sapientiam hujus mundi. Infra.

At scholasticorum beneficio, facta est prudentissima.

Proposui vobis, quid dicant etiam philosophi mundi hujus, quorum Deus sapientiam, tanquam veram stultitiam reprobavit.

Gerson in sermone Domini LXX.

Nostrorum judicio errat Gerson: nec mirũ, cum omnes errent qui cum eis nõ sentiunt.

At ii à quæstionarijs cum ingenti gaudio exciperetur.

Observandum est circa vineam sapientiæ, ne in eam jaciantur externa, & adulterina quarundam scientiarum semina, juxta Dei præcepta Deut. 22. Vinea altero semine non seminetur. Vitandæ quoque sunt, & explodendæ araneæ, quæ ipsi Minervæ (quæ sapientiæ dea fingitur) ideo invisæ feruntur, quod in subtilissimorum sed fragilium filorum contexione seipsas eviscerant. Debent autem solida esse & fortia sapientiæ documenta, nec tam crassæ subtilitati, quàm planæ veritati deservientia. Nec ob aliud tantum Cato magnus expelli voluit ab urbe Carneadem quam quod sophisticæ subtilitati plus æquo deditus, veritatem aut obvoluere, aut offuscare videretur.

Gerson sermone Do. LXX. post Pent.

Attende lector, ad talem hodie pervenimus.

De theologia loquor, non quæ ad verbosam & sophisticam loquacitatem, & chimerinam nescio quam mathematicam redacta est, sed qui fidem metit moresque componit.

Gerson in libro de Distin. vera. visio. à fal.

Pulchra descriptio scholasticorum.

Vina nempe theologica.

Examinator hujus monetæ spiritualis debet esse theologus arte pariter usuque peritus, non quales sunt, qui semper addiscentes, nunquam ad scientiam pietatis perveniunt, quales garrulosi, verbosi, protervi, contentiosi, plus ad epulas vinaque descernendum, quam actus suos dijudicandum industrij & seduli.

Gerson in lectione super Marcum.

Graphica scholasticorum theol. descriptio.

Themata schola ipsis digna. Nota lectori, sicut non sunt.

Cur appellantur Theologi nostri temporis sophistæ, & verbosi, immo & fantastici, nisi, quia relictis utilibus intelligibilibus pro auditorum qualitate, transferunt se ad nudam logicam, vel metaphysicam, aut etiam mathematicam, ubi & quando non oportet, nunc de intentione formarum, nunc de divisione continui, nunc detegendo sophismata theologicis terminis adumbrata, nunc prioritates quasdam in divinis, mensuras, durationes, instantia, signa naturæ, & similia in medium adducentes, quæ & si vera solida essent, sicut non sunt, ad subversionem tamen magis audientium, vel irrisionem quam rectam fidei ædificationẽ proficiunt.

Gerson tract. 7. super magnificat.

Hoc hac tempestate fit.

Devotio nihil habens de philosophia, vel theologia scholastica, sufficit ad salutem, philosophia vero & theologia sine devotione dispergunt superbos mente cordis sui, deprimunt & avertunt, ut se misceant quæstionibus infinitis.

Ger-

Gerson tract. 7. super mag.

Quæ necessitas est, totum intelligendo seu discernendo, Deum nostrum per universum labilis vitæ tempus studium consumere, nec tamē attingere? videmus effici potius tales temerarios assertores, garrulos, inflatos, aridos, sine devotione, sine pietate. Experta loqueris (inquit Magister) pro diebus nostris. Quod circa laudanda est præ talibus idiotarum simplicitas amativa.

Respondeat theol. schol. Felices idiota qui aratem melioribus impendunt.

Gerson in sermo. de omnibus sanctis.

Hæc omnia Augustinus, Gregorius, Hugo, & cæteri theologi, nobis valde impares, passim cantant, & nos circa pugnas verborum, circa fantasiarum fumos, plus obnubilantes quam illuminantes, plus fumantes quàm flammantes, languemus, arctamur, arescimus, atq; vanescimus.

Et nos scholastici theologi.

Franciscus Picus in epi. ad Anto. Faven.

Magna de me tibi promittis, si modo pergam philosophari. Sed vereor mi Antoni, ne ab hoc philosophiæ studio omnino temperem, aut forte desistam, dicam tibi de hac re quod sentio, afferri scilicet nobis, hoc negotium nimis affectantibus, multum nocumenti, parum emolumenti. Communem usum, aut (ut significantius dixerim) abusum culpo quē nisi vitare magnopere nixi fuerimus, Christiani animi venenum in cor irrepit, nempe ambitio, quæ postmodum mortiferam pariat superbiam, unde plerunque fit, ut hujus sapientiæ in qua quotidiè versamur amatores, sapientiam illam non quæ genita est, sed æterna, omnino posthabeant tum nudi & elati caduca gloria, sed videamus oro unde animo efferamur, unde nos ipsos æstimamus nimis. Nam quantula est nostra cognitio cum minimam naturalium rerum scientiam teneamus, & illa ipsa quæ ignoramus, quum multum maxima, vel tacite clament in vanū scilicet, & falso nos ipsos doctos aut profiteri, aut existimare.

Per philosophiam venenum in cor irrepit.

Fran. Picus libro primo de studio humanæ & divinæ philosophiæ.

Præcipiebat Corinthijs Apostolus, ut caverent ne per inanem philosophiam seducerentur. Infra. In eo negocio occupati, sacras literas aut negligunt, aut ut decet, non æstimant, aut tarde capessunt. Quos die & nocte queritur Hieronymus in dialectica arte torqueri. Infra. Eo vitij genere nostra tempestate non parum multi irretiuntur, curiosius quid Aristoteles, quàm quid præcipit Christus vestigantes, semper addiscentes, ut dicit Apostolus, nunquam ad scientiam veritatis pervenientes. Infra. Ejus animus, qui quotidie in disputationibus versatur plurimum à recto in Deum affectu impeditur. Infra. Postremo nec parva morum populatio contingit à superbia, vanaque gloria, studiorum eorum occasione. Quod quisque, puto, literis deditus experitur, nisi se falli cupit. Quā-

Contraria præcipiunt schola. Quasi sine Arist. Christus intelligi nō posset. Perpende lector qualem affectū schola. theolo. habere potest. Quā hoc nescit

In academijs versatus. doquidem bellare oportet, & conferre pedem, fiunt prætereà contentiones, discordiæ, odia scaturiunt.

Maphæus Vegius libro 5. de perseverentia religio.

Philosoph. per philosophos detractio. Recte Diogenem carpere solitum mathematicos legimus, quod solem & lunam & sydera intuentes quæ ante pedes essent negotia negligerent: Recte quoque dialecticos, quorum inutiles ratiocinationes sophisticasque conclusiones damnās, acriter insectabatur. In quo & præclare Polemon ille, cujus non minor fuit vitæ integritas, quàm doctrina dicere solebat, oportere in rebus exerceri, non dialecticis speculationibus uti.

Xenophon in epistola ad Eschinum.

At scholastici Aristotelem Sacris præferunt. Omnibus patet, res divinas cognitione humana comprehendi nō posse. Quando enim ô Eschine Socratem quispiam audivit de cœlestibus aliquid corporibus dicere, aut ad subtiles linearum speculationes perdiscendas exhortari?

Maphæus Vegius in libro de bono perseverantia.

Quid si in Aristotelē incidisset. Julianum apostatam non alia causa Christum redemptorem nostrum negâsse traditum est, quàm quod Platonis studiosior factus, humilitatem fidei nostræ irridere, contemptuique habere cœpit.

Ambrosius de obitu Theodosii.

Insudare philosoph. periculosum. Julianus salutis suæ reliquit auctorem dum philosophiæ se dedit errori.

Policraticus libro septimo.

Ari. dæmonis filius opera patris sui docet. Fuerunt qui Aristotelem incubi dæmonis filium crederent, propter agilitatem corporis, perspicaciam ingenij, & gloriæ appetitum, quam multiplici industria omnibus præcipere consueverat, licet nominum & verborum turbator habeatur. *Arist. verborum turbator.*

Chrysostomus super illud Pauli, Languens circa quæstiones & pugnas verborum.

At contra scho. opinātur quæstiunculis omnia posse invenire. Respondeant quæstionarij theo. Languere quærere est. Ex quæstione & concertatione verborum inveniri nihil potest. Quæ enim fides profitetur sola succedens quæstio, neque ostendit, neque permittit intelligi, ex quibus oriuntur blasphemiæ, hoc est opiniones & perversa dogmata ex quæstione ducuntur. Denique de Deo, quæ non oportet opinamur, cum in quæstiones incidimus. Infra. Vides quàm multa ex verborum pugnis dixerit nasci, nefarium quæstum, ignorantiam, superbiam.

Antonius archiepisco. ordi. prædica.

Virulenta Arist. doctrina. Hæresiarcham Aristotelem fuisse non dubitant, qui viderunt ejus virulen-

virulentam doctrinam, atque seditiosam, pariterque credunt beato August. Theologorum præcipuo, lib. 8. c. 12. qui eum sic appellat.

S. Thomas contra Genti.

Si qui velint articulos fidei demonstrare sicut aliqui nituntur, patebit risui fides Christianorum apud sapientes hujus seculi, æstimantes ipsos fideles talibus rationibus moveri ad assentiendum, tanquam urgentibus, cum in rei veritate non cogant.

Aperta Averba nesferunt Aurelianensem quam ipsam.

Ambrosius.

Ori manum admove, scrutari non licet superna mysteria, licet scire quod natus sit filius, non licet discutere quomodo natus sit. Illud mihi negare non licet, hoc quærere metus est.

At scholastis totam etiam fidē in utrunq; vertere licet.

Magister Sententiarum.

A quibusdam solet quæri, utrum una tantum sit sapientia patris. Infra. Hæc & his similia tanquam sophistica, & à veritate longinqua abijcimus, responso indigna avertentes.

Si hac sunt indigna, à gratia quæ monstra nunc sunt invecta.

Hadria. tituli s. Chrisogo. cardina. qui adhuc superest, in epi. ad regem Anglia.

Admodum animo commovebar, plerosque obstinate negare, sine Aristotelis doctrina, quod eam vel solam philosophiam discerent, sacram scripturam intelligi non posse, eruditissimo quosque Theologos, qui Aristoteli & humanis rationibus addicti non fuerint, sacras literas ignorare, viderem que scholas, ac religiosorum conventus omnes, non tam sacræ scripturæ, quàm humanæ philosophiæ studio resonare, perquirere cæpi & scrutari quatuor doctores ecclesiæ, clarissima fidei nostræ lumina, quibus ipsi, aut salva fide non credere, aut sine suo periculo detrahere non auderent, ex quorum libris ea colligi, quæ eorum ad comprimendam opinionem visa sunt pertinere.

Eadem nūc est totius scholæ sententia.

Facilius tigrim retro currere cogeris.

Lactan. libro 3. institut.

Cum sit nobis divinis literis traditum, cogitationes omnium philosophorum stultas esse, idipsum re & argumentis docendum est. Infra. Loqui bene potuerunt, ut homines eruditi, vere autem loqui nullo modo, quia veritatem non didicerunt, ab eo qui eius potens esset.

An à Lactantio hic dissentient nostri quē Hiero. valde laudavit.

Lactan. libro eodem.

Si neque sciri quicquam potest, ut Socrates docuit, nec opinari oportet ut Zeno, tota philosophia sublata est. In multas sectas divisa est, &

At scho. in Aristotelech sola vo-

vitatē esse putant vel invito Augu. quæ Platonicos præfert.

omnes varia sentiunt. In qua ponimus veritatem. In omnibus certé non potest, designemus quamlibet, nempe in cæteris omnibus sapientia non erit. Transeamus ad singulas eodem modo, quicquid uni dabimus cæteris auferemus. Una quæque enim secta omnes alias evertit, ut se suaque confirmet. Nec ulla alteri sapere concedit, ne se desipere fateatur.

Lactantius eodem libro.

Nulla divina eruditio, hoc est, vera theologia desyderat dialecticā, & scho. theo. desyderat consulde lector.

Dialecticam divina eruditio non desiderat, quia non in lingua sed in corde sapientia est. Sciant errare se, qui philosophiam putant esse sapientiam, non trahantur auctoritate cujusquam, sed veritati potius accedant.

Lactantius eodem libro.

Facessant non dicunt schola. sed sunt boni viri.

Maximum argumentum est, philosophiam neque ad sapientiam tendere, neque ipsam esse sapientiam, facessant omnes philosophi, qui vitam humanam non instruunt, sed turbant. Quid enim docent, aut quem instruunt, qui seipsos non instruxerunt? Quem sanare ægroti, quem regere cæci possunt, huc ergo (nempe ad scripturam sacram) nos omnes, quibus est cura sapientiæ conferamus. Infra. Quid nobis iniqui sumus, & sapientiam suscipere cunctamur, quam docti homines, contritis in quærendo ætatibus suis, nusquam reperire potuerunt, qui vult sapiens ac beatus esse, audiat Dei vocem, discat justitiam.

Philo. sapientiam nō, invenerūt.

Athana. in pri. epist. ad Corinth.

Philosophos constat frigidis & inutilibus rebus vacasse.

Conci. Carthagi. Quartum.

Concilium episcopos à philosophia detrahit.

Episcopus, gentilium libros non legat, hæreticorum autem perlegat, pro necessitate & tempore.

Hono. ter. in ca. super Spe. Necle. vel Mo.

Cum physica pars sit philosophia Papa phil. detrahit.

Contra religiosas personas de claustris exeuntes, ad audiendum leges, vel physicam. A. pre. noster olim statuit in concilio Turonensi, ut nisi infra duorum mensium spacium, ad claustrum redierint, ut excommunicati ab omnibus evitentur. Infra. Quia veræ theologiæ studium cupimus ampliari, ut dilatato sui tentorii loco, funiculos suos faciat longiores, ut sit fides catholica circuncincta muro inexpugnabili bellatorum, quibus resistere valeat ascendentibus ex adverso, ad Archidiaconos, decanos, plebanos, præpositos, cantores, & alios clericos personatus haben-

habentes, nec non presbyteros, nisi ab his infra spacium præscriptum destiterint, hoc extendi volumus, & mandamus appellatione postposita firmiter observari.

Alex. 3. in concilio Turonensi.

Ne occasione scientiæ spirituales viri mundanis rursus actionibus involvantur, statuimus, ut nullus omnino post votum religionis, & post factam in aliquo loco religioso professionem, ad physicam leges ve mundanas legendas, permittatur exire. Si vero exierint, & ad claustrum suum infra duorum mensium spacium non redierint, sicut excommunicati ab omnibus evitentur.

Physicam ne legant religiosi.

Hiero. in Esaiam.

Sicera inebriantur, qui abutuntur sæculari sapientia, & dialecticorum tendiculis, quæ non tam tendicula sunt appellanda, quàm phasmata, id est, umbræ quædam & imagines, quæ cito pereunt.

Hier. in epist. ad Titum.

Dialectici, quorum princeps Aristoteles est, solent argumentationum retia tendere, & vagam rhetoricæ libertatem in syllogismorum spineta concludere. Si hoc illi faciunt, quorum proprie ars contentio, quid debet facere Christianus, nisi omnino fugere contentionem.

Dialectica Christianis fugienda.

Hiero. in epist. ad Ephe.

Nonne vobis videtur in vanitate sensus, & mentis obscuritate ingredi, qui diebus ac noctibus in dialectica arte torquetur, qui physicus perscrutator oculos trans cœlos levat, ut & ultra profundum terrarum, & abyssi quoddam inane demergitur?

Si creditur Hieronymo, cur non obtemperatur?

Hiero. contra Heluidium.

Non dialecticorum tendiculas, nec Aristotelis spineta conquirimus, ipsa scripturarum verba ponenda sunt.

Aristo. spineta.

Hiero. contra Pelagia.

Hæc tortuosa argumentatio est, an ecclesiasticam simplicitatem, inter philosophorum spineta concludemus? Quid Aristoteli & Paulo? quid Platoni & Petro?

Plurimum Arist. cum scholasticis doctoribus. Licet nihil cũ Paulo.

Hiero. in Ecclesiasten.

Lege Platonem, Aristotelis revolve versutias, & probabis esse verum quod dicitur, labor stultorum affliget eos.

Stultus philosophorũ labor affliget eos.

Hiero.

Hieron. in Epist. ad Eusto.

Aristot. fatuorum sapientum imitator. Vel princeps potius.

O sancta fatuitas, non hanc fatuitatem Athenis Plato didicit, non Aristoteles, non Anaxagoras, non cæterorum multorum mundi sapientum turba percepit, non certe miser ego Hieronymus fatuorum sapientum imitator antequam sancta verba legerem. Infra. Attende & tu fatuorum sapientum imitator Aristoteles.

Hiero. ad Stesiphontem.

Tertullianus.

Pulchre quidam nostrorum ait, philosophi patriarchæ hæreticorũ, ecclesiæ puritatem, perversa maculavêre doctrina.

Hieronymus in epistola ad Galatas.

Præter schol. theol. qui illis omissis Arist. crepãt.

Quotusquisque nunc Aristotelem legit, quanti Platonis vel libros novere, vel nomen. Vix in angulis otiosi eos senes recolunt. Rusticanos vero & piscatores nostros, totus orbis loquitur, universus mundus sonat.

Aug. in libro Retra.

Displicet mihi quod multum tribui liberalibus disciplinis, quas multi sancti multum nesciunt.

Aug. ad Memorium.

Quid mirũ nam superbißimus philosophus cum non posset Euripi naturã investigare, in illum se præcipitãs, demersus est, prius tamen hoc testatus elogio. Arist. non cepit Euripus Arist.

Literæ quas variarum servi libidinum liberales vocant, nihil in se habent congruum libertati. &c.

Aug. in Psalmum CL.

Dixit hoc Aristoteles, adjunge illum petræ, & absorptus est, quid est Aristoteles? audiant, quia apud inferos contremiscit.

Aug. in libro retra.

Laus quoque ipsa, qua Platonem vel Platonicos, sive Academicos philosophos tantum extuli, quantum impios pios homines non oportuit, non immerito displicuit, contra quorum errores magnos, defendenda est Christiana doctrina.

Aug. in libro confess.

Perrexi ad Simplicianum, ubi autem commemoravi legisse me quosdam libros Platonicorum, congratulatus est mihi, quod non in aliorum philosophorum scripta incidissem, plena fallaciarum & deceptionum.

Ambro. in epistola Pauli.

Non (inquit Apostolus) in sapientia verbi, id est, in sapientia philosophorum, quæ dicitur sapientia, & si non sit. Vel ideo dicitur sapientia verbi, quia verbosos facit. Per illam enim sapientiam crux Christi evacuatur.

Ambro-

Ambrosius in Psalmo. CXVIII.

Circa elementa mundi est, phalerata magis quam vera sapientia, ut est philosophia omnis, quæ aliena quærit, cum sua nesciat, scrutatur cœli plagas, mundi spacia rimatur, quæ sibi prodesse nihil possunt. Infra. Nihil nobis cum philosophia, ne quis assertionem nostram per philosophiam deprædetur. Sic enim Arrianos in perfidiam ruisse cognovimus, dum Christi generationem putant usu hujus seculi colligendam, reliquerunt Apostolum, sequuntur Aristotelem, reliquerunt sapientiã, quæ apud Deum est, elegerunt disputationum tendiculas, & aucupia verborum, dialecticæ disciplinam, cum clamet Apostolus. Ne quis vos deprædetur per philosophiam, & inanem seductionem.

Vide lector quod incendium philosoph. excitavit, cui detrahere nō licet ne doctrinabiliter condemneris.

Gerson 4. parte 13.

Monendi videntur magistri, quatenus suos baccalaureos & scholares monerent fugere aut dimittere vanissimas doctrinas, inutiles & steriles, sicut jam Deo propicio sophismata sunt expulsa à Theologia.

At nūc fortiter sunt revocata, quoniam & sophistarum clypeus Lovanij excusus est.

Gerson ibidem.

Fundamenta nimio studio accipere à philosophantibus paganis curiositas est, in Theologica eruditione periculosa, & tanquam ademptrix pœnitentiæ, & credulitas evitanda. Tradunt hi qui conversationem & doctrinam Origenis conscripserunt, quod nimis biberat de aureo calice Babylonis. Infra. Deferatur qualiscunque si inutilis est, acutissima subtilitas, quid enim arista acutius? quid aranearum tela subtilius? verum etiam quid inutilius invenitur? Discamus non tam disputare quàm vivere. Infra. Omnes morimur, & tamen super nescio qualibus quæstiunculis, tam crebra & inutili argumentatione occupati, diem exitus nostri nequaquam attendimus.

Philosophia Origenem in errorem traxit.

Contra, ad disputationes suas habeatur quæstionarij magis quā ad pietatem.

Hiero. in Esaiam. cap. 6.

De sapientia sæculari dominus loquitur per prophetam, perdam sapientiam sapientum, & prudentiam prudentum reprobabo, quia auctorem sui sensum habet, qui ex conditione Dei generatur, videtur quidem de patre nasci, quod interpretatur Moabi, sed quia adulter est, & adversarius populo Dei, de incestu & spelunca, ac nocte generatur, unde & in nocte perijt in errore scilicet sempiterno. Infra. Pereunte autem nocte, Moabitide, etiam murus ejus, qui dialectica arte constructus est, in eadem nocte vastatus est, atque destructus, & æterna taciturnitate conticuit. Porro ar, quod interpretatur antidicos, id est, adversarios, hoc ostendit, quod hæc sapientia, quæ adversaria Dei est, ecclesiastico sermone contra eam pugnante, superata sit.

Et quæstionarij eam defendunt.

Aeterna quo pacto rursus caput extulit hac ætate.

Hiero. in Esaiam cap. LXV.

Hæretici sua dogmata dialectica arte firmant.

Sacrificant quoque hæretici super lapides, quando errores suos & exquisita mendacia dialectica nituntur arte firmare, & in quadrum extruere.

Hiero. in epist. ad Ephe.

Dialectica ars diaboli.

Paulus adversariorum verba atque rationem, quibus veritatem evertere nitebantur, videbat non facile posse superari, & omni calliditate plenas, dialecticæ quoque immo diaboli arte contextas sperabat Dei auxilium.

Hiero. in Ozea.

Dialectica ecclesiastici opprimuntur ab hæreticis.

De hæreticis manifestus est sensus, quod sophismatibus suis, & arte dialectica, sæpe opprimunt ecclesiasticos.

Hiero. in Naum. cap. 3.

O insignis philos. detractio, & de Hiero. condemnatrix.

Omnia hæreticorum dogmata sedem sibi & requiem inter Aristotelis & Chrysippi spineta reperiunt. Inde Eunomius profert, Quod natum est, non fuit antequam nasceretur. Inde Manichæus, ut Deum à conditione malorum liberet, alterum mali inducit auctorem. Inde Novatus subtrahit veniam, ut tollat pœnitentiam. Et ut sub diem cuncta concludam sermone, de illis fontibus universa dogmata argumentationum suarum rivulos trahunt.

Hiero. adversus Luciferianos.

Arriana hæresis argumentationum rivulos de Aristotelis fontibus mutuatur.

Hiero. in Ezechie.

Vide lector quid Ecclesia Ari. debeat philosophorum inventa simulacra sunt ægypti.

Sed & nobis, quando eximus de Ægypto, jubetur ut offensiones oculorum nostrorum abjiciamus, ne scilicet his delectemur, quibus antea delectabamur in seculo, ne simulachris Ægypti polluamur, adinventionibus videlicet philosophorum atque hæreticorum, quæ recta idola nominantur.

Hiero. ibidem.

Ethnicorũ sapientia Christiana fidei confessores impugnat.

Ethnicorum arguta sapientia, juncta malitie hæreticorum, Impugnat ludum in quo vera confessio est, & non potest prævalere, sicquoque eadem arrogantia Syriæ, id est, philosophorum cum filiabus alienigenarum illudit Hierusalem.

Hiero. ad Fabiolam.

Dogmata philos. deceperunt homines.

Mihi videntur Ægyptiorum primogenita dogmata & philosophorum, quibus deceptos homines atque irretitos tenebant.

Hiero. in Amos cap. 1.

Vectes Damasci, quasi seræ fortissimæ atque robustissimæ, hi intelligantur, qui instructi sunt arte dialectica & argumentis philosophorum, verbi gratia, Ostium vocatur, qui falsum dogma concepit, & peperit, ut Arrius in Alexandria, vectes ejus, & seræ fortissimæ Euticius & Eunomius, qui syllogismis & enthymematibus, immo sophismatib. quæ ab aliis malo inventa sunt roborare conantur.

Si dialectica & philosoph. argumẽta sunt vectes aut sera hæreticorum, mirũ est quo pacto scholastici his innixi hæreses evadunt, si tamen evadunt.

Eusebius de præpa. evan. lib. 4.

Nunc aliorum quoque philosophorum sectas, immo vero nugas, compendiose ponamus, quorum errores non à meipso, sed contra dictione ac pugna inter eos mirabili cognosces, quos quando inter se, aut cum aliis comparo, non facile negaverim illos claros fuisse viros, quando vero hebræorum theologis atque philosophis comparo, & doctrinã doctrinæ illorum confero, caduca & frivola omnia quæ philosophi excogitaverunt mihi videntur. Infra. Nec mirum, illa divinitus edita sunt hæc humanitus.

Philosophorum nugæ.

Omnia philosophorũ caduca & frivola.

Bernardus in Cantica.

Quæso, ut indices mihi ubi pascas, ubi cubes in meridie, id est, in manifesto, ne seducta incipiam vagari post greges sodalium tuorum, quemadmodum & ipsi vagi sunt nulla stabiles certitudine veritatis, semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis pervenientes, hæc sponsa dicit propter philosophorum & hæreticorum varia & vana dogmata.

Philosophi nulla veritatis certitudine stabiles sunt.

F I N I S.

INDEX PRIMUS:

CAPITUM IN HOC TRA-
ctatu contentorum.

PROLEGOMENA IN HÆRE-
seologiam.

De Hæreticis in genere.



PRIMA CLASSIS.

SECUN-

SECUNDA CLASSIS.

TERTIA CLASSIS.

QUARTA CLASSIS.

EPILOGUS

SEU

PERORATIO HUJUS TRACTATUS DE ANTICHRISTIANISMO.

SECUNDUS INDEX, juxta Temporis seriem post Christum.

IN Arbore nostrâ, Lector, Haeresiologicâ, non potuimus semper tenere Temporis successionem, sed coacti sumus quandoque ex Materiae necessitate, facere Congregationem similium. Nonnunquam etiam, ut Institutum nostrum absque remora, eò concinnius obtineremus, de quibusdam, qui minorum gentium esse videbantur, planè silere. Ne tamen, etiam hac ex parte desiderium tibi relinqueremus, voluimus Chronologicè jam juxtà vitas Imperatorum ire, per Ordinem Haereseon se invicem subsequentium, ut vel uno intuitu pateret, quo loco singuli essent locandi. Satis autem videbatur rem ad umbilicum, hoc est, ad Primordiū Antichristi usque quod aetatem Centuria sexta complet, deducere. Nam post illud temporis vetera-Novatantum reiterata sunt. Vale.

SECUNDUS INDEX, IN QUO RECITANTUR OMNES HAERETICI, SECUNDUM Centurias Magdeburgenses, usque ad Anno Christi 600.

Primordium Antichristi.

Primæ Centuriæ Hæreses post Christi Ascensionem.

Simoniani, sub Tiberio, & aliquot Imperatoribus seqq.
Elyma Magus, sub Claudio.
Menandriani, sub Tito, & aliquot seqq. Imperatoribus.
Ebionæi.
Cerinthiani.
Nicolaitæ.
Pseudoapostoli seu Apostolici.
Antichristianismus gliscens.

Secunda Centuria Hæreses.

Gnosticorum Hæresis sub Adriano.
Valentiniani sub Antoninis.
Marci Hæresis.
Cerdon & Martion.
Encraticæ Tatianum Ducem secuti.
Cataphrygon Hæresis, quæ etiam Montanistarum & Pepusianorum dicta est, sub Commodo Imper.
Florinus & Blastus Hæretici, qui Valentini Errores sectati sunt.

Tertia Centuriæ Hæreses.

Beryllus in Artemonis Hæresin lapsus, sub Imp. Gordiano.
Arabiana Hæresis, sub Philippo.
Helchesaitarum Hæresis.
Novatii seu Cathari, sub Decio.
Noetiana & Sabelliana seu Patripassianorum Hæresis, sub Gallo.
Nepotiana Hæresis, sub Galieno.
Samosateniana Hæres. sub Claudio & Aureliano.
Manichæi, sub Probo.
Hierarchæ seu Hieracitæ.

Centuria Quarta Hæreses.

Arrius & Arriani, sub Constantino Magno ejus filiis & aliquot seqq. Imper.
Meletiani.
Eusebiana Hæresis ab Arrii assecla, Eusebio Nicomediensi.
Asteriana, ab Asterio Cappodoce, Sophista, ad Arrianismum transiente.
Semiarriana Hæresis.
Duliani,
Macedoniana, sub filiis Constantini M.
Marcellus & Photinus, sub Constantino & Constante.
Luciferiani.
Audæani.

Anthropo-

Anthropomorphitæ.
Donatistæ. } Sub Constantino Iuliano & aliis.
Circumcelliones.
Permeniani.
Ioviniani, sub Imper. Ioviniano.
Apollinarii, sub Valentiniano & Valente.
Euphemitæ, } Messalianicæ sectæ addicti.
Martyriani,
Sataniani.
Aëtiani, Eunomiani seu Anomæi.
Theophroniani seu Eunomotheophroniani.
Eutychiani seu Ennomiætychiani.
Eustathii Hæresis.
Pneumatomachi, puta Arriani, Macedoniani, & Eunomiani.
Potentini Hæresis etiam illuc refertur.
Tropici.
Aeatiani Aetii sectatores, & Leonani.
Aeriani.
Priscilliani seu Priscillianistæ, sub Gratiano.
Dorothei. } Sub Theodosio.
Psatyriani seu Gothiani.
Helvidiani seu Anticidicomarianitæ, sub Eodem.
Collyridiani.
Mylvii Hæresis, extollentis Virginitatem, & infamantis Conjugium.
Patriciani & Symmachiani.

Centuria Quinta Hæreses.

Marcionis Hæreses adhuc grassans.
Montanistæ.
Novatiani.
Manichæi adhuc grassantes.
Et Manetis sectatores: Adimantus Faustus, Felix, Fortunatus, Secundinus.
Sabelliani.
Hieracitæ adhuc grassantes.
Tertullianistarum reliquiæ.
Arrianismus adhuc grassans, & nonnullæ aliæ superiores.
Messalianitæ seu Euchitæ.
Abeloitæ seu Abelonii.
Anthropomorphitæ etiamnum grassantes hoc seculo.
Nazareni.
Priscillianistæ ex superiori seculo huc usque durantes.
Pelagius cognomento Briton, Honorii & Theodosii tempore.
Nestorius & Anastasius Nestorii Hæresin amplectens.
Eutychetis & Dioscori Hæresis contra quam Marcianus Imper. Synodum conscripsit.
Acephali vindices Doctrinæ Eutychis.
Prædestinatorum Hæresis, quod nec piè viventibus prosit bonorum Operum labor, si sint reprobi: nec Impiis obsit impietas si sint prædestinati.

Vincentii

Vincentii victoris Hæresis, circa Animam errans.
Vide August. lib.3. De Anima, & ejus Origine cap. ult.
Adversarius Legis & Prophetarum. August. lib. 2. contra Eundem.
Paterniani seu Venusiani à Paterno orti. Vide Aug. lib. Contra Iulianum.
Donatistæ, quorum assedæ sunt Gaudentius, Parmenianus. Ticonius, Cressonius, Petilianus, Fulgentius, Emeritus.

Sexta Centuria Hæreses.

Hæc ætas sub Imperiis Iustiniani Primi & XXIII. Heraclii Imperatoris, præter superiores Hæreses adhuc grassantes, tulit novas: veluti.
Agnoetas.
Tritheitas.
Iacobitas.
Armenios. Et insuper originem dedit Papismo & Mahumetismo: huic in Oriente, illi in Occidente: quo Tempore Heraclii Terræmotus in Palæstina factus est, signum gladii in cælo visum, quod per 30. dies meridiem versus stetit, in portentosam significationem Bigladiati & Bicipitis Antichristi: quem percussit nunc Deus ore gladii, & finem tandem impositurus est cum fine Mundi. Quod ut citò fiat, orandus est Iesus Christus Iudex vivorum & mortuorum. Amen.

TERTIUS INDEX PERSONARUM & rerum, in margine annotatarum juxta ordinem Alphabeticum.

A.

Tertius Index.

Gg 2 Cal-

cum

Inter-

Mon-

Oo 2

FINIS.